



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>



*P. Room*

458

Per. 14198 f.  $\frac{209}{4}$




P. Room

458

Per. 14198 f.  $\frac{209}{4}$

1911



BIBLIOTHECA  
HAGANA

HISTORICO-PHILOLOGICO-  
THEOLOGICA,


AD

CONTINUATIONEM  
BIBLIOTHECÆ BREMENSIS  
NOVÆ

CONSTRUCTA.

---

CLASSIS QUARTÆ,  
FASCICULUS PRIMUS



AMSTELODAMI & LUGDUNI BATAV.

Sumptibus Bibliopolarum

HENR. VIROOT & JOA. LB. MAIR,

MDCCLXXI.





**S Y L L A B U S,  
S C R I P T O R U M,  
F A S C I C U L I P R I M I  
C L A S S I S Q U A R T Æ.**

**I. JOANNIS NICOLAI RICHTERI, V. D. M.**  
*Ernestovillani prope Bipontum, Commen-  
tatio posterior ad I COR. XV: 27, 28.,  
qua nova bujus loci explicatio cum breviori  
PSALMI OCTAVI interpretatione eruditorum  
examine subjicitur.* pag. 1.

**II. JOANNIS MEDHURST, S. Tb. D. & V.**  
*D. M. Bremensis Observationes Miscel-  
laneæ.* pag. 75.

**III. JOSUÆ VAN IPEREN, A. L. M. Philos.**  
*D. & V. D. M. Verani, Observatio  
Critica de Sacris quibusdam Fluvialibus  
& Aſchera Dea.* pag. 81.

**IV. THEODORI FREDERICI STANGE, Scholæ  
Reformatæ Duffeldorpiensis Rectoris, Spe-  
cimen Animadverſionum Grammaticarum  
ſuper nonnullis Sacrarum litterarum lo-  
cis.** pag. 128.

**V. HBN**

V. HENRICI OOSTERBAAN, *Theologiæ inter  
Mennonitas Amstelædamenses Professoris,*  
*Epistola ad Editores Dictionarii Ency-  
clopædici Eburodunenses, de Mennonitis  
Amstelædamensibus, eorumque doctrina.*  
pag. 133.

VI. BENJAM, KENNICOTT, S. Th. D. &c.  
*Status Conlationis Hebræorum Manuscri-  
ptorum Veteris Testamenti, qualis fuit  
sub finem anni ab incepto opere OCTAVI  
1767.* pag. 151.

VII. — — — *Status Conlationis &c.*  
*qualis fuit sub finem anni ab incepto  
opere NONI 1768.* pag. 166.

VIII. LITTERARIA. pag. 175.

Pag. 10. in notis lin. 2, 3. dele *Angelitatem.*





I.

JOHANNIS NICOLAI RICHTERI  
COMMENTATIO POSTERIOR


A D

I Cor. XV: 27, 28.

Q U A

NOVA HUIUS LOCI EXPLICATIO  
CUM BREVIORE PSALMI OCTAVI  
INTERPRETATIONE  
ERUDITORUM EXAMINI SUBJICITUR.

§. I.

 Postquam priore dissertatiuncu-  
la (\*), quæ hypothesein Viri  
summe reverendi, RUTGERI  
SCHUTTE, suspectam reddunt,  
exposui; mea jam de his ver-  
bis sententia exponenda est, ita, uti arbi-  
tror

(\*) Monendum Lectorem humanissimum duco,  
me in hac, quam summe venerando Schuttio  
opposui, Dissertatiuncula nonnulla fuisse im-  
mutaturum, si res adhuc integra fuisset.  
Con-

Bibl. Haganae Cl. IV. F. I. A

## 2 Jo. Nic. Richteri, Comment.

tror, comparata, ut & Patri coelesti & Filio Ejus unigenito suum cuique honorem tribuat: De scopo & *συναφια* horum verborum nonnulla sunt præmittenda. Constat, in toto hoc capite hunc Apostolo fuisse finem, ut Corinthios, qui Evangelium acceperant, atque adhuc in eo steterant, *vs. 1.*, in fide futuræ mortuorum resurrectionis confirmaret, & contra molimina adversariorum muniret. Erant enim inter ipsos quidam, qui dicerent, resurrectionem mortuorum nihil esse, *vs. 12.* Qui cum in medio Corinthiorum Christianorum (EN TMIN, ait Apostolus) versarentur, & consuetudinem cum illis haberent, ipsi procul dubio fidem Christi amplexi, sed ad speciem tantum atque eum in finem amplexi erant, ut tanquam lupi pellibus ovium vestiti eo graviora Religioni Christianæ, errores fundamentales disseminando, vulnera infligerent. Tales Ephesi fuerunt Hymenæus, Philetus atque Alexander *1 Tim. I: 20. 2 Tim. II: 17, 18.* Hypothesis doctissimi SCHURTHII, quæ Gnosticos illos fuisse statuit, nullo nititur fundamento solido; quemadmodum, ut ingenue, quid

Conscribenti enim eam, quam jam hic conspicias, cogitationes quædam subnatæ sunt a prioribus leviter discedentes. Quales si tibi occurrant, priores ex posterioribus, Tuis curis dijudicari atque emendari velim.

quid sentiam, fatear, omne illud studium, Gnosticos ubique in epistolis Paulinis thesesque erroribus eorum serius natis oppositas & querendi & inveniendi, nullum mereri applausum mihi videtur. Quid enim opus est, ad eos confugere purioris Evangelii adversarios, quorum feriores fuisse originem probabile est, cum alii tum temporis adversarii fuerint, quibuscum Apostolo nostro disputandum fuisse novimus. Illi, quibus se hoc capite opponit Paulus, libros Mosis & Prophetarum divinos agnoscebant. Provocat enim ad hos Apostolus, ut erroneam esse eorum doctrinam doceat. Quis igitur dubitet, ex Judæis eos fuisse? Et cum mortuorum resurrectionem negaverint, quis non agnoscat Sadducæos?

§. 2.

Argumenta, quibus Corinthiorum animos in fide future mortuorum resurrectionis confirmare studet Paulus, ad quatuor quem commodissime referri possunt; acque ex hac, quam supponunt, veritate ducta sunt: meo Pauli ministerio ex Judæis ad fidem & spem Christianam vocati estis, baptismoque religioni Evangelicæ initiati. Primum igitur demonstrat Apostolus, tolli & fidem illam & spem, ad quam vocati sint Corinthii,

A 2

negata

## 4 Jo. Nic. Richteri Cōmment.

negata mortuorum resurrectione, *vs.* 1-2c  
Tum ostendit, tolli & fidem in V. T. I-  
bros, Evangelii prænuntios, quam tanquam  
Judæi habuissent, assumpto Evangelio non  
abjectam, *vs.* 20-29. Docet porro, bap-  
tismum, & speciatim eum, qui in coet-  
Corinthiorum super sepulchris mortuorum  
peragi solet, (\*) plane inanem nec ullius si-  
gnificationis esse, si nulla futura sit mortuo-  
rum resuscitatio, *vs.* 29. Addit denique, se-  
cum Apostoli munere fungatur, nequiquam  
tot pericula, tot ærumnas ipsamque, quam  
quotidie metuere debeat, violentam mor-  
tem subiturum esse, nisi de feliciore vita  
resurrectionem insecutura omnino sit con-  
victus, *vs.* 30, 31, 32.

### §. 3.

Dictum, cujus explicationi hæc est de-  
stinata opera, altera argumentorum a Com-  
mate 20 usque ad 29 propositorum classe  
contineri per se patet. Adducuntur verita-  
tes quædam ex V. T. libris haustæ, Evan-  
gelioque in clariori lumine collocatæ, ex  
quibus veritas futuræ resurrectionis indubi-  
tatis ratiociniis derivari potest. Mortem  
unius

(\*) Videtis *Observationem meam ad 1 Cor. XV: 29. de  
baptismo super mortuis*, in *Bibl. Brem. nova Cl.  
V. Fasc. II. Num. IV.*

posterior ad 1 Cor. XV: 27, 28. §

unius hominis delicto esu veneni in orbem terrarum introductam, miserosque adeo red-ditos aliena culpa omnes omnino homines esse, ex historia Protoplastorum Mosaica haud ignorare debebant Judæi. Poterant hinc argumentari, ab æquitate, justitia & misericordia divina hoc expectari posse, ut itidem unius hominis causa ministerioque hanc miseriam, quam Protoplastis debemus, hoc mortis in humanum genus dominium sublaturus Deus sit, vs. 20, 21, 22. Didi-cisse pariter debebant Judæi ex Psalmis CX: & VIII. Messiam, defunctum suo in hac terra munere, ad dextram Dei sessurum, omnesque Deum hostes Ejus, quin omnes creaturas, mente præditas, sub pedes Ejus subiecturum esse. Ex utroque autem judi-cium ferre & poterant & debebant, resur-rectionem mortuorum quam certissime ex-spectari posse, vs. 24-28.

§. 4.

Videamus primum, quodnam argumen-tum ex Psalmo CX. derivetur, ad demon-strandam resurrectionem mortuorum. Quan-quam enim nonnisi de commatibus 27 & 28 agere constitui; illud tamen, quod proxime præcedit, argumentum non omnino præ-tereundum est, cum alterum ex altero illu-



sciri queat. Peracta resurrectione finem  
 futurum esse docet Apostolus, ut ad argu-  
 mentum ex Psalmo CX. ducendum viam sibi  
 muniat. *Εἶτα*, ait, *τὸ πλθ.* Intelligen-  
 dum est *τὸ πλθ* *πυ αἰωνθ* *τουτου*, *finis hu-*  
*jus totius*, *Ἐξ* *αὐτῆς* / quæ a consumma-  
 ta per terræ exornationem creatione ince-  
 pit, atque universali judicio finietur. Quo-  
 circa hic finis tum futurus esse dicitur, *ὅταν*  
*ᾠθεῖω τὴν βασιλειαν τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ*, post-  
 quam tradiderit Christus regnum Deo & Patri.  
 Hæc enim *ᾠθεῖωσις τῆς βασιλειᾶς* postrema  
 erit actio, qua judicio ultimo colophonem  
 Christus impositurus est, atque in eo confi-  
 stet, ut, finitis imperiis *πυ αἰωνθ* *τουτου*,  
*imperia του μελλονθ* *αιωνθ* *διεπινοηθη* &  
*constituenda* *περιδοθη* *Patři*. Qui alium huic  
 phrasi sensum tribuunt, admodum falli mi-  
 hi videntur. Est *βασιλευα* *regia dignitas*, *re-*  
*gium imperium*, de qua notione minus insue-  
 ta nemo dubitare potest. Quum igitur re-  
 giam dignitatem Patri traditurus Christus sit;  
 quis hoc ita accipiat, ac si Pater tum de-  
 mum regnare atque imperare incepturus sit?  
 Nunquam enim regiam dignitatem deposuit  
 Deus & Pater, nec deponere potuit: Unde  
 nec de tali ejus redditione hic cogitandum  
 est. Neque absortum foret, hanc phrasin  
 ita accipere, ac si Filius Dei, *τὴν βασιλειαν*  
*ᾠθεῖωσιν τῷ Θεῷ*, tum depositurus regiam pote-

potestatem, solique Patri relicturus sit. Novimus enim, Ejus regnum *εις τους αιωνας* duraturum, Filiumque Dei & heredem omnium in æternum futurum esse. Quid igitur superest, quam ut distributionem & constitutionem imperiorum novorum, locum futuro sæculo habiturorum, quam Christus peracto judicio Deo & Patri permissurus est, intelligamus? Sed annon & Christi hæc erit prærogativa? Nonne enim Hic sententiam hanc feret: *Δευτε οι ευλογημενοι του Πατρος μου, κληρονομησατε την βασιλειαν?* Quid igitur doceamus, solum Patrem illum fore, qui imperia futuri sæculi distribuat constituatque? Respondeo: aliud est, invitare benedictos Patris, ut regnum hereditent; aliud, illud ipsum conferre; aliud, annunciare illis, ipsos reges fore constituendos, aliud constitutio ipsa: illud Christi, hoc Patris est. Sunt enim quædam, quæ Pater suæ solius potestati servavit, *Αδ. I: 7*; atque in his & distributio novorum imperiorum præmiorumve vel maxime locum habere videtur. Quare, quemadmodum Pater Christum ad dextram suam collocavit, ita etiam a se benedictos collocaturus veluti in thronis est, ut futuro sæculo cum & sub Christo imperent. Vocantur hi ob hanc causam *ευλογημενοι του Πατρος*, & Paulus huc respiciens, *ευλογητε*, inquit, *Ο ΘΕΟΣ και ΠΑΤΗΡ του*

## 8 Jo. Nic. Richteri, Comment.

κυρια ἡμῶν Ἰησοῦ χριστοῦ, ὁ εὐλογησας ἡμᾶς ἐν  
 πάσῃ εὐλογίᾳ πνευματικῇ ἐν τοῖς ἐπερχομένοις ἐν χρι-  
 στῷ, *Eph. I: 3.* Ad hanc enim εὐλογίαν πνευ-  
 ματικὴν, quam inter coelites, per τὰς ἐπερχο-  
 νίας intelligendos, a gratia Patris propter  
 Christum exspectandam habent fideles, hoc  
 maxime pertinet, quod τὴν βασιλείαν regiam  
 dignitatem hereditaturi sint. *Filii Dei* etiam  
 hac de causa dicuntur reges futuri sæculi,  
 item *heredes Dei & coheredes Christi*, *Rom.*  
*VIII: 17.* Patris enim est ἡ βασιλεία, *Matth.*  
*VI: 13;* & Christus ipse testatur, collocare  
 ad dextram sinistramque suam, hoc est, re-  
 giam conferre dignitatem, non esse suam,  
 sed quibus a PATRE paratum est, *Matth. XX;*  
*23.* Taceo plura, quæ ad hanc sententiam  
 confirmandam afferri poterant. Neque e-  
 nim arbitror, fore, qui eam in dubium vo-  
 cent, aut in erroribus ponant.

### §. 5.

Quodsi igitur a Patre novâ imperia consti-  
 tuenda sunt futuro sæculo, antea abrogan-  
 da erunt imperia vœtera; atque hæc actio,  
 quæ Christi erit tanquam Judicis, traditio-  
 nem regni præcessura est. Tradet, ait A-  
 postolus, regnum Deo & Patri, *postquam*  
*cessare fecerit omnem principatum & potestatem,*  
*& vim, vs. 24.* Intelligendi sunt per hæc  
 nomina

nomina (αρχαι, ἐξουσιαι, δυναμεις) quicunque hoc sæculo ex Angelis imperarunt, inferioremve potestatem aut potentiam habuerunt. Respicit Paulus ad theologiam Judaicam, in revelatione divina fundatam, cum, uti sæpius, τας αρχαι και τας εξουσιαι και τας δυναμεις a se invicem discernit. Erant enim Judæis inter Angelos אלהים ארונים צבאות.

Neque enim hæ voces, cum sunt nomina Dei, aliter nisi præmissa voce יהוה intelligendæ sunt, ut sit Jehova Elobim, Dominus יהוה Elohim, (\*) Jehova Adonai sive Adonenu, דו.

(\*) Videre hinc est, quod εἰς τὴν παροχὴν monere liceat, cur plurali Elohim verbum numeri singularis adjungi soleat. Regitur enim hoc ab omiſſa voce Jehova. Singularis sane est eorum sententia, qui exinde Trinitatis mysterium exſculpere ſatagunt. Cur enim nec ea Dei nomina, quæ singularis sunt numeri, verbum plurale adjunctum habent, quo idem doceant? Quodſi autem voci Elohim verbum plurale adjicitur, non Deus, ſed aut αἱ αρχαι, aut Angeli in genere intelligendi ſunt, e. gr. Gen. III: 5. Pſ. VIII: 6. Neque enim, quod ad priorem locum attinet, cum ſapientia Protoplaſtorum, quantulaecumque fuerit, conciliari poteſt, ipſos non ad majorem ſimilitudinem, ſed æqualitatem Dei adſpiſſe. Quis ex hominibus tam ſtupidus eſt, tam veſapus, modo aliquam ſummi Numinis cognitio-

Dominus meorum sive nostrorum Adonim, & *Febova Zebaoth* Dominus exercituum seu τῶν δυνάμεων. *Elohim* igitur Apostolo nostro ἀρχαί, *Adonim* ἐξουσίαι, & *Zebaoth* δυνάμεις dici videntur. Neque enim videre est, unde hoc Angelorum imperantium potentiamque exercentium discrimen hauserit, nisi ex hoc fonte. Conjecturam profero. Si qui altius sapiunt, neque longam suam eruditamque de his Dei nominibus disputationem sibi eripi patiuntur, equidem non invideo. Hos igitur, qui hoc sæculo ex Angelis aut imperarunt, aut inferiorem sub his potestatem tenuerunt, aut non dominantes insigni tamen vi potentiaque præditi erant, καταργήσῃ, cessare faciet Christus, scilicet sententia in eos ferenda. Declarabit enim eis, quæ imperia gesserint, aut quas potestates tenuerint, aut quam potentiam exercuerint, eorum finem consummato sæculo, a Deo constituto, jam adesse, novasque nunc, quibus paratum sit, a Deo Patre conferendas esse dignitates regias.

## §. 6.

nem habeat, ut illud animo suo moliri audeat? Aliud vero erat, ad æqualitatem Angelitatem Angelorum aut Archangelorum adspirare, ad quorum quippe imaginem, uti ad Dei, creatus erat primus homo, Gen. I: 26, 27. Ignosce, quæso, æque Lector, hanc de rebus haud fundamentalibus aliter, ac vulgo fieri solet, sentiendi libertatem.

§. 6.

Atque ita sibi viam munivit sanctus gentium Apostolus, ad argumentum ex *Psalmo CX* ducendum pro futura mortuorum resurrectione. Probandum nimirum ipsi fuit, cessatura esse ea imprimis imperia, quæ Christo adversa fuerunt, in quibus ὁ ἔχων τὴν κρᾶτιν τῷ θανάτῳ, τέτυκται ὁ διαβολῶν, *Hebr. II: 14.* vel maxime locum habet. Provocat igitur Paulus ad dictum ex *Pf. CX: oportet enim, inquit, Christum regnare, usque dum posuit Deus omnes hostes sub pedes Ejus, vs. 29. βασιλευειν & sedere ad dextram Dei* Paulo hic unum idemque est. Qui enim ad dextram regis in solio sedet, juxta regis solium constituto, proximus a rege est, hujusque nomine atque auctoritate potestatem regiam exercet. Complectitur ergo sessio Christi ad dextram Patris munus regium in Ipsum collatum, cujus pars munus Ejus judiciale. *Ponere sub pedes*, seu, uti in *Psalmo* est, *sub scabellum pedum*, locutio, uti infra pluribus ostendetur, non a victore hostes devictos pedibus proculcante, sed itidem a rege in solio sedente desumpta est. Inferior folii pars scabellum, in quo pedes regis in solio confidentis quiescunt. Et qui adeo sub scabellum folii regii sunt positi, regem tanquam judicem

dicem suum venerantur, ejusque sententiæ se submittunt. Quum igitur Pater Messiam solium conscendere, ad dextram sui Ipsius throni (fas sit ita loqui) constitutum, atque ita ad dextram suam considere jubet, usque dum posuerit omnes hostes sub scabellum pedum Ipsius; regnare jubet Messiam, ultimoque loco omnium judicem, agere, dum omnes Ejus hostes coegerit, Ipsum tanquam Judicem revereri, judicioque Ejus se submittere.

§. 7.

Applicat Paulus vs. 26. hoc Patris edictum, quod *Psalmo CX* enarratur, ad scopum suum, mortisque imperium abolendum esse ex eo demonstrat. *Ultimus, ait, hostis cessare cogitur mors.* Clarum est, repræsentari hic mortem tanquam personam; quoties autem hoc modo repræsentatur, angelus mortis, hoc est, diabolus, mortis habens imperium, intelligendus est. Idem enim de voce *θανάτου*, quod de voce *αμαρτια*, cum ut persona sistitur, monendum. Recte me hoc statuere, ex loco parallelo *Hebr. II: 14.* haud obscure intelligitur. Idem enim, quod hic, de morte dicitur, Christum ipsam *καταργησεν*, loco allato de diabolo prædicatur: *ἵνα ΚΑΤΑΡΓΗΣΗ ΤΟΝ ΤΟ ΚΡΑΤΟΣ ΕΧΟΝΤΑ ΤΗ ΘΑΝΑΤΩ.*  
Quod.

Quodsi igitur Christum ex edicto Patris tam diu regnare oportet, donec hostes Ejus omnes sub scabellum pedum Ipsius positi sunt; etiam diabolus, cum sit hostis Christi, tanquam *ἡ κρατὶς ἐχθρῶν τῶ θανάτου* sub pedes Ipsius ponendus, eoque adigendus est, ut iudicio Christi se subjiciat, morteque cesset imperare. Jam cum æternum morte imperaret, nisi mortui in vitam revocentur: veritas futuræ mortuorum resurrectionis ex *Psalmo CX* sano ratiocinio derivari poterat.

§. 8.

Cum hoc argumento aliud jam connectit Apostolus, ex *Psalmo Octavo* desumptum, atque ita quidem, ut & prius corroboret nerveoque instruat, & simul novum proferat argumentum. *Πάντα γὰρ, αἶτ, ὑπέταξεν ὑποτῆς ποδῶν αὐτοῦ, omnia enim subiecit sub pedes Ejus.* Paulo, cum hæc verba ex *Psalmo octavo* adducit, primum hunc finem fuisse, ut priori argumento, quod ex *Psalmo CX* formaverat, robur nervumque daret, ex particula *γὰρ* intelligitur. Quæstio nimirum moveri poterat Apostolo, utrum ad hostes illos, qui sub pedes Messiae ponendi sunt, jure etiam serpens ille veterator, mortis tenens imperium, referatur, & annon vocem *omnes* ex suo ipse ingenio addiderit. Neque enim



enim dicitur in Psalmo כל אֹיְבֵיךָ OMNES tui  
*hostes*, sed tantum nude אֹיְבֵיךָ *hostes tui*. Re-  
 spondet Apostolus ad hanc quæstionem, si  
 ipsius responsum liceat ἠπαρξεν: Nolite  
 credere, vocem παντας, in loco adducto  
 haud exstantem, ex meo me ingenio adde-  
 re, maleque adeo illud Dei edictum a me  
 explicari, cum & angelum mortis ad hosti-  
 um illorum numerum referendum esse do-  
 ceam: OMNIA enim, teste Psalmo Octavo,  
*sub Ejus pedes subjecit*. Quemadmodum igitur  
 de hoc Apostoli sine dubitari nequit; ita  
 nec alter, quem dixi, in dubium vocari  
 potest, in eo consistens, ut simul novum  
 pro futura mortuorum resurrectione argu-  
 mentum ex his Psalmi octavi verbis elice-  
 ret Paulus.

## §. 9.

Antequam vero ipsam hujus dicti expli-  
 cationem adgrediamur; pedem sistamus at-  
 que examinemus necesse est, utrum in hoc  
 Psalmo de Messia sermo sit. Novi enim,  
 esse Viros doctissimos, (\*) qui aliter sen-  
 tientes Messiaë nullam in hoc Psalmo mentio-  
 nem

(\*) Vid. Ill. Michaëlis Commentarius in Epistolam  
 ad Hebræos, vernacula lingua exaratus ad  
 Cap. II: 6, 7, 8.

nem fieri contendunt, allaborantque, ut Pauli verba quater ex eo ratiocinantia cum sua opinione concilient. Labet primum generatim quædam monere, antequam ipsum Psalmum paullo propius inspiciamus. Paulum ad eum provocare, neque adeo tantummodo phrasi ex eo desumpta uti, ex eo clarum est, quod verbis, πάντα γὰρ ὑπέταξεν ὑπὸ τοῦ ποδῶν αὐτοῦ, statim explicationis demonstrationisque causâ subjungat: ὁ κύριος ὁ ἐπισημασμένος, quando vero dixit, scilicet David, aut qui in eo fuit Spiritus. Nonne enim hinc apparet, Apostolum ex hoc Psalmo ipsa verba in subsidium vocare? Si vero hoc, vel ea de causâ ad hunc Psalmum provocat, ut aliquid ex eo demonstraret, vel alium in finem. Prius per particulam demonstrativam γὰρ sub oculos cadit, neque alia demonstratione indiget. Quidnam vero ex his Psalmi verbis demonstraturus erat Paulus? Patet, eam, ut jam ostendi, veritatem esse, non male se in hostium sub pedes Messie ponendorum numerum etiam mortis angelum referre; atque, uti sic ex Psalmo CX veritas futuræ mortuorum resurrectionis pateat, ita etiam eandem ex his Psalmi octavi verbis derivari posse. Quam igitur veritatem si hinc deducturus erat Apostolus, vel eam in illis vere propositam cognovit, vel non. Si non cognovit,

vit,

vit, atque ipse adeo probe intellexit, errari in Psalmi explicatione, si verba adducta de Messia exponantur; aut piam fraudem commisisse censendus esset, cujus nemo ipsum Christianus infimulabit; aut ex infirmis Corinthiorum principiis ratiocinari dicendus est. Hac igitur sola causa se ultimo loco tueri possunt, qui Messiae nullum in hoc Psalmo cernunt vestigium, Corinthios Davidis verba de Messia interpretari solitos fuisse; unde ex iis per ipsorum explicationem veritatem futuræ mortuorum resurrectionis derivare salva animi ingenuitate potuerit. Jam vero ostendant Viri illi doctissimi, quid causæ Apostolo fuerit, ut ad ejusmodi locum demonstrationis causa provocaverit, in quo vere nulla inest probandi vis, cum alia argumenta proferre potuisset. Doceant præterea, non solum credentes Corinthios, sed ipsos etiam Sadducæos, Pauli adversarios, ita verba Psalmi exposuisse; quod nullam probabilitatis speciem habet. Annon autem horum derisui calumniæque se exposuisset Paulus, explicationem ipsis obtrudendo, quam nullo nixam fundamento haud tueri potuisset? Cogitent denique Viri illi doctissimi, obstare loca parallela, quo minus hæc ipsorum hypothesis probetur. Neque enim hic tantum loci ex his Davidis verbis rationes suas subducit

posterior ad 1 Cor. XV: 27, 28. 17

Apostolus, sed etiam tribus aliis locis, *Eph.* I: 22. *Phil.* III: 21. *Hebr.* II: 8. atque ita quidem subducit, ut manifestum sit, ipsum de Messia hunc Psalmi locum intellexisse.

§. 10.

Tantum igitur cum habeamus & tam præclarum Psalmi octavi interpretem, quo meliorem nobis ne exoptare quidem poteramus; quinam nos, quæso, sumus, ut talem ducem, eodem, quo David, Spiritu actum, non sequendum nobis statuamus? Verum enim vero ne sola Apostoli auctoritate nixi existimemus, eum, cujus pedibus Deus omnia subiecit, Messiam esse: adeamus ipsum Psalmum, videamusque, annon ex eo certiora indicia pro veritate hujus explanationis facientia erui possint. Thema, quod in hoc Psalmo pertractatur, ex initio & fine ejus haud obscure intelligitur. Quum enim David eadem, qua Psalmum inchoavit, eum etiam claudat sententia; quis dubitet, ea, quæ interjecta sunt, singula ad sententiam illam vel illustrandam vel demonstrandam pertinere? Thema igitur pertractandum his verbis proponitur:

*Domine dominorum nostrorum,  
Quam magnificentum est nomen tuum in tota terra!*

*Bibl. Hagane Cl. IV. F. I.*

B

Neque

Neque vero hoc Psalmo docere voluit divinus vates, Deum, si regnum naturæ spectemus, multa magnaque in toto terrarum orbe nominis sui gloriosi documenta dedisse; sed hoc potius: plane singulari, plane insolita, summaque admiratione, summa adoratione dignissima ratione suam in hac terra gloriam illustrasse Deum. Hoc enim docere arbitrator verba prioribus addita:

אֲשֶׁר תָּנָה הוֹדָה עַל הַשָּׁמַיִם

*Quæ (scil. terra) gloriam tuam super coelos ponit.*

Notum est, quam crucem fixerit vox תָּנָה interpretibus, & quot diversas maximamque partem coactissimas interpretationes pepererit, quas confutare non est hujus loci. Mihi תָּנָה idem est ac נָתַנָּה, syllaba ן metri causa omissa. (\*) Vox אֲשֶׁר ad nomen הָאָרֶץ manifesto respicit. Docet igitur

(\*) Ne quis temere me hoc statuere arbitretur, aliud ex eodem verbo proferre licet exemplum omissæ syllabæ ן. Loco enim נָתַנָּה dedisti, exstat נָתַן 2 Sam. XXII: 41. coll. Ps. XVIII: 41; ex quo patet, Hebræos poeticè

tur Vates divinus, Deum non solum, uti in  
 coelis, ita etiam in terra nomen suum ad-  
 mirabile magnificentique reddidisse, sed  
 etiam ea ratione illustrasse, ut hic terrarum  
 orbis gloriam Dei super ipsos tollat evehat-  
 que coelos. Quis jam, si hæc vera sit ex-

politice dixisse תָּהוּ, תָּהוּ, תָּהוּ, תָּהוּ, תָּהוּ, תָּהוּ

cetera. Tam facilis est hæc explicatio &  
 tam nativa, ut jam minime necesse sit, vo-  
 cem תָּהוּ aut cum SCHULTENSIO laudem, aut

cum venerab. VENEMA *domicilium fixum* ver-  
 tere, quasi substantivum sit nomen a radice  
 תָּהוּ; aut cum summe venerando TELLERO in

egregio ceteroquin libello: Beurtheilung der  
 Gramerschen Uebersetzung der Psalmen / statue-  
 re, esse adjectivum generis masculini, ab  
 eadem radice descendens; aut ab eorum stare  
 sententia, qui infinitivum תָּהוּ esse con-

tendunt. Nihil sane interpretibus prius in  
 mentem venire debebat, quam תָּהוּ ad  
 vocem proxime præcedentem תָּהוּ respi-

cere. Quod si suspicati essent aut cogitas-  
 sent, ad eandem sine dubio, quam dedimus,  
 expositionem sua sponte facillimoque nego-  
 tio ducti essent.

positio, non expectet enarrationem plane singularis summaque admiratione dignissimi in hac terra operis divini, quo majus ipsi coeli non viderint? Et quodnam illud est? Num hoc, quod Deus hominem terræ dominum constituit, uti volunt, qui nullum Messiae in hoc Psalmo vestigium cernunt? Languida sane explicatio, atque ab ingenio vatis divini quam maxime abhorrens! Cogitemus autem Filium Dei, humana indutum carne in terris versantem, minoremque Angelis factum, ut gratiæ divinæ participes redderentur homines; nonne hoc Dei opus plane singulare tantæque magnitudinis est, ut vel in coelis majus factum non sit?

## §. II.

Alterum argumentum, ex quo patet, de Messia in hoc Psalmo sermonem esse, petimus ex his, quæ insequuntur verbis:

*Ex ore parvulorum lactentiumque fundasti laudem  
Propter inimicos tuos,  
Ad faciendum cessare hostem & truculentum.*

Habemus enim optimum summumque horum verborum interpretem, ipsum Christum, illa ex historia sua exponentem. Indignantibus summis sacerdotibus & scribis,  
etiam

etiam pueros ipsi in templo Hosianna ex-  
clamare, quærentibusque ex eo, utrum au-  
dieret, quod illi dicerent; Hic, *annon*, in-  
quit, *legistis: ex ore parvulorum lactentiumque*  
*parasti laudem*, Matth. XXI: 15, 16. Sunt  
quidem, qui hoc nonnisi *per accommodatio-*  
*nem* dici arbitrantur. Quis vero, si hoc su-  
matur, responso Christi nervus erit? Doce-  
re voluit inimicos suos Sanctissimus Serva-  
tor, non esse, cur hoc tenellorum factum  
tantopere mirentur, etiamsi plane insoli-  
tum & præter naturam sit. Quod ut doce-  
ret, ad hoc ipsos Psalmi octavi dictum ab-  
legat. *Annon* autem male sanæ contortæ-  
que explicationis eos Christum accusaturos  
fuisse arbitremur, si alium sensum verbis  
Davidis potuissent tribuere? Finge tibi hoc  
Christi responsum: *Nolite mirari, etiam bos*  
*pueros, bos tenellos Hosianna mihi acclamare;*  
*scriptum quippe est: ex ore parvulorum la-*  
*ctentiumque parasti laudem: quamvis enim*  
*hoc dictum, ut verum fatear, aliter accipi queat*  
*debeatque, nihil tamen obstat, quo minus etiam*  
*ad hunc casum applicetur; quam infirmus fo-*  
*ret hic sermo, & quam a sapientia Christi*  
*alienus? Fortissima vero erat atque ad com-*  
*primendam inimicorum linguam aptissima*  
*hæc responsio: Evenit jam, quod David, va-*  
*tes divinus, cecinit: Hi sunt illi parvuli, hi te-*  
*nelli illi vix balbutientes, ex quorum ore Deus*  
*laudem*



laudem mihi paravit, idque propter vos, mihi inimicos, ut a vestro in me odio desistatis, aut, si minus, inexcusabiles sitis, atque inprimis ad absterrendam hostem singularem, sanguinis mei cupidum, Cajapham; a consiliis suis truculentis. Malè vertit Lùtherus, ac si ה demonstrativum vöcibus עוֹלָלִים & יִנְקִים

præmissum sit. Vertendum enim est: aus dem munde junger Kinder und Eüglinge, ut non de omnibus in genere parvulis, sed tantum de certis quibusdam, iisque suo tempore simul existentibus, hoc dictum explicandum esse intelligamus. Cum igitur hic factum enarretur plane singulare, (annon epim mirabile insolitumque est, tenellos, per ætatem cognitione Dei nondum imbutos, & vix loqui incipientes, ora ad laudem Dei seu Messie aperire?) atque ita comparatum, ut inimicos Dei, & ex his singularem quendam, truculenta foventem consilia, & attentos reddere, & malos eorum animos immutare possit; factum, quod non nisi ex historia Christi (\*) explicari potest: cur sub-

jectum

(\*) Prötulit summe venerandus TELLERUS in libello jam adducto speciosam horum verborum interpretationem; cui parum absuit quin calculum adjicerem, nisi melior Christi explicatio succurrisset. Intelligit omnes in genere parvulos, qui, dum loqui, dum organis

ad

posterior ad 1 Cor. XV: 27, 28. 23

jectum Psalmi octavi non agnoscamus Mes-  
siam?

§. 12.

Commata insequentia Psalmi nostri, quar-  
tum & quintum, haud sunt difficilia expli-  
catu, si hypothesi nostræ detur locus:

*Cum coelos tuos intueor,  
Opus tuorum digitorum,  
Lunam & stellas, quas aptasti:  
Quid est miser homo, quod ejus recordere?  
Et filius Adami, quod eum visites?*

Clarum enim est, describi infimam homi-  
nis conditionem, vi cujus tanto opere di-  
vino, quantum ipsi coeli non viderunt, in-  
dignissimus existit. Coelorum, operis sum-  
mæ sapientiæ potentiæque divinæ, ferena  
nocte

ad loquelam datis uti incipiunt, potentiæ  
sapientiæque Dei præcones sint; atque Atheos  
confutare & confundere queant. Sed si va-  
tes divinus hoc indicare voluit; quid opus  
fuit, hostem quendam singularem eundemque  
sævum sanguinisve cupidum a reliquis Dei  
inimicis discernere? Quam venerabilis VERN-  
MA sententiam exornavit, primos Evangelii  
præcones, Apostolos, hic cum aliis inve-  
niens, ea nimium arbitraria est, quam ut nos  
diutius detinere queat.

B 4

postea spectator David infinitam Dei majestatem sensit, admiratur, adorat. Quacumque si humillimam hominis naturam comparet, atque hanc præ illa plane nihilum esse deprehendat; stupet attonitus, Deum tantæ magnitudinis opus, quale liberatio per Messiam est, in ejus gratiam potuisse suscipere. Quid enim, quæso, nisi ad hoc liberationis opus respici agnoscas, est *recordari hominis hominemque visitare*, seu specialissimam ejus habere curam? Si tibi idem sit; quod benefacere, aut terrestria intelligenda sunt beneficia, aut majus aliquod & gravius. Illa homo cum animalibus communia habet, neque adeo verisimile est, quamvis gratissimum mereantur animum, Davidem locutionibus illis, singulare quid & speciale designantibus, ea descripturum fuisse. Specialissimam enim Dei curam, quod nemo non videt, phrasas, recordari hominis eumque visitare, exprimunt. Quod si igitur ejusmodi Dei opus intelligendum est, quod omnibus terrestribus beneficiis longe majus graviusque existit, & quod miser homo nunquam expectare poterat, si infinitam Dei majestatem cum sua exiguitate, suo nihilo compararet: quid superest, quam ut missionem Filii Dei in orbem terrarum, Ejusque *κατασκευασίαν*, verbis insequentibus descriptam, intelligamus? Hac enim Deus docu-

documentum dedit luculentissimum, se hominis in summam delapsi miseriam pro misericordia sua recordari, tenerrimamque habere curam. Annon ergo hunc Psalmum de Messia agere fatendum est?

§. 13.

Jam vero ad ea Davidis dicta devenio, quorum potissimum causa breviorum hujus Psalmi explicationem suscepi. Dicit primum Vates divinus v. 6.:

*Et paullum eum minorem fecisti Angelis;  
Sed gloria & honore coronasti eum.*

Quinam is sit, de quo hæc ταπεινωσις & υπερψωσις prædicatur, non expresse & nominatim dicitur. Unde Viri illi doctissimi, qui nonnisi prærogativas hominis in hoc Psalmo depingi autumant, satis causæ habere arbitrantur, vocem מְנַחֵם aut מְנַחֵם ex proxime antecedentibus revocare, neque adeo Messiam hic agnoscere. Verum enimvero non una est causa, quæ hanc hypothesein falsitatis arguit. Neque enim (1.) hæc hypotheseis scopo Psalmi conveniens est. Descripturus erat David, ut vidimus, illud opus divinum, propter quod hic orbis terrarum gloriam Dei super coe-

los ponit, seu, quod idem est, homo majori adeo fortiorique, quam ipsi Angeli, ad Deum collaudandum ratione obligatus est. Quodsi vero illa explicatio, quæ hominem esse vult, quem Deus minorem Angelis reddiderit, locum inveniret, plane nulla mentio illius operis divini fieret. Cum (2.) Vates divinus dixerit, Deum ei, cujus inimici etiam Dei sunt inimici, & in quibus singularis quidam, isque sanguinis cupidus memoratur, ex ore parvulorum lactentiumque laudem parasse: annon expectandum fuit, subjectum hoc nobilissimum, miraculo isto a Deo honoratum, clarius descriptum iri? Ubinam vero hæc descriptio, nisi in his sequentibusque verbis quærenda sit? Docuerat (3.) David, indignum esse hominem specialissima tenerrimaque Dei cura. Quare aliqua saltem hujus curæ divinæ declaratio expectari poterat: quam vero in dominio homini in animantia concessio invenire nollem. Quemadmodum hæc ex ipsa Psalmi structura petita sunt argumenta pro Messia militanti; ita etiam ex ipsis hisce verbis haud obscura indicia ejusdem veritatis erui possunt. Cum enim (α.) demonstrare velit David, Deum hominis recordari curamque habere; quid causæ est, cur ejus depressionem subter Angelos memoret? Qui enim beneficia alterius deprædicare cupit;

ca,

XV: 27, 28  
 Etiam, Et  
 etiam pro  
 etiam  
 etiam

am litteram non nisi in fideles *caro* vocantur *de de Ejus ossibus*, Eph. V: am non nisi de Eva, typo terat. Fuit quoque gravis-  
 a propter Spiritus Dei impe-  
 ojectos ejusmodi nominibus de-  
 quæ proprio significatu potius in-  
 oditos quadrant; scilicet eadem  
 o quam plurima de Christo vatici-  
 on ita clare sunt proposita, ut non  
 , typis Christi, conveniant, & lumine  
 . T. destitutis primo luceant intuitu: quam  
 tionem afferre & illustrare non est hujus  
 i. Est igitur Davidis dictum hoc modo  
 elligendum: Subjecit omnes creaturas  
 mente præditas sub pedes Ejus; eas scili-  
 cet, quarum pecudes, armenta bestiarumque  
 agri, aves coeli & pisces maris, marium  
 semitas peragrantes, imagines exstiterunt,  
 cum Adami dominio hæc animalia subjecit  
 Deus.

§. 16.

Post digressionem satis longam, quam ne-  
 cessariam fuisse existimo, ut jam pateat,  
 demonstrationem Pauli solido niti fundamen-  
 to, eo nunc, unde digressi sumus, pedem  
 referre licet. Primum considerandum est  
 ipsum dictum, ex Psalmo, quem perlustra-  
 Bibl. Haganae Cl. IV. F. I. C vimus,

## §. 14.

Quum vero, ut jam monui, קְבוֹד & הַדָּר, gloria & honor, nonnihil differant, videamus nunc, quam ipse David exaltationis Messiae explicationem addat. Dicit:

*Dominari eum fecisti operibus manuum tuarum;  
Omnia sub pedes ejus subjecisti.*

Prius membra ad gloriam, posterius ad honorem alterius declarandum pertinet, quo coronatus Messias est; Messias inquam. Latent enim etiam in his verbis indicia quaedam, manifestum facientia, ea non de homine ejusque prerogativis, sed de Christo Ejusque ad dextram Patris collocatione interpretanda esse. Eum, de quo David loquitur, Deus primum dicitur dominum regemve constituisse *operum manuum suarum*. Atque hæc opera, juxta interpretationem, quam rejiciendam puto, nonnisi terra & animalia terræ sunt. Sed latius patet locutio, *opera manuum Dei*, quam ut tam arctis eam limitibus definire liceat. Coelos, lunam & stellas *opus* (notes, quæso, singularem numerum) digitorum divinorum dixerat divinus Vates, v. 4. Hic *plurali* numero *operum manuum Dei* mentionem facit, ea  
utens

utens locutione, quæ ad universam creationem designandam adhiberi solet. Summa igitur adest probabilitas, intelligenda esse omnia illa opera divina, quæ alioquin coelorum terræque nomine venire solent. Quorum omnium cum Deus subjectum sermonis Davidici regem constituerit; quis Messiam non agnoscat? Neque vero hunc Deus solummodo operum suorum Dominum declaravit, sed etiam *omnia sub. Ejus pedes subjecit*. Clarum est, uti infra pluribus ostendetur, hanc locutionem a rege desumptam esse, quatenus in sublimiori sedens solio seu tribunali judicis personam sustinet, accusatoribus reisque infra pedes ejus stantibus. Idem igitur est, ac si David hæc adhibuisset verba: *omnium judicem Eum constituisti*. Quarum jam creaturarum homo, si ipse sit subjectum sermonis, judex a Deo constitutus est? *Animalium*, inquiunt. Sed quis unquam solium aut tribunal conscendit, ut ovium boumque lites dirimat? Quis adscendere ex abyssu marium belluas & descendere aves jubet, ut infra scabellum pedum suorum compareant, suamque judicis sententiam audiant? Annon ex hoc clarum est, non de homine ejusque prærogativa hanc locutionem potuisse adhiberi, sed de solo Christo explicandam esse? Declarat igitur his verbis Vates divinus, quo pacto Deus  
Mes-



Messiam & gloria & honore coronaverit: gloria quidem, cum Eum coelorum terræque Dominum seu summum omnium Regem constituit, data in coelo & in terra potestate; honore autem, cum omnia sub Ejus pedes subjecit, seu honorem Judicis universalis in Eum contulit.

## §. 15.

Haftenus nihil in hoc Psalmo deprehendimus, quod nos offendat, aut impedimento esse possit, quo minus Psalmum de Christo exponamus. Jam vero ultimo loco ea nobis occurrunt verba, quæ omnem nostram, quam adhuc instituimus, disputationem uno quasi ictu profligare videntur. Recenset enim David, ut, quæ subjecta sint, doceat,

*Pecudes armenta que cuncta,  
Atque etiam bestias agri,  
Aves coeli & pisces maris,  
Peragantes marium semitas.*

Quod si, ajunt; terrestria sunt animalia, quæ David sermonis sui subjecto subjecta esse dicit, & creaturæ mente præditæ silentio prætereuntur, quæ tamen imprimis memorandæ erant, si de Messia fermo sit; quemnam hic intelligere fas est, nisi hominem?

Ferre

Ferre enim non possunt Viri illi doctissimi sublimem eorum explicationem, qui a sensu litterali discedentes animalia *mystica* intelligunt. Atque ipse ego haud diffiteor, magis ingeniosam quam veram eorum mihi sententiam videri, qui, coccejo duce, per *oves* homines modestæ indolis, per *boves* robustos & laboriosos homines, per *bestias agri* ecclesiæ hostes, per *aves* sublimium rerum scrutatores, per *pisces belluasque marinas* paganos & parvos & magnos designari putant. (\*) Quid igitur agendum? Licetne ob hunc nodum, vindicæ omnino dignum, interpretationem damnare, tot tantisque veritatis indiciis insignitam? Licetne propterea ipsum Christum sapientemque Apostolum infidos habere interpretes, aut, ut hoc vitemus, & Psalmum & Christi Paulique dicta contorquere? Minime vero, sed si nobis hic nodus haud sit solubilis, ne omnino insolubilem judicemus. At potest solvi, mea quidem sententia, facem divino Apostolo præferente. Eos enim descripturus Paulus, qui olim dominium Christi confessori sententiæque Ejus judiciali se submissuri sunt, *Phil. II: 10.* in tres eos distribuit classes, ad primam *τους επουρανιους coelestes*, ad alteram *τους επιγειους terrestres*, ad tertiam deni-

(\*) Conf. doctissimus venerabilis **VENERABILE** Commentarius in Psalmos ad h. l.

denique τῶν καταχθονίων *subterraneos* referens. Cum id, quod loco adducto de Christo prædicatur, ex V. T. tabulis, nimirum *Jes. XLV: 23, 24.* haustum sit; admodum verisimile est, Paulum etiam hanc creaturarum mente præditarum distributionem ex iisdem V. T. tabulis hausisse, & nisi me omnia fallunt, ex hoc Psalmi nostri dicto. Animalia, quæ David enumerat, primum *terrestria* sunt, pecudes, armenta bestiarumque agri; tum *coelestia*, aves; denique *subterranea*, belluæ marinæ, infimas marium semitas peragrantes. Tribus his animalium classibus dominari fecit Adamum Deus, ut Christi totidem creaturarum mente præditarum classibus dominaturi imaginem ferret. Cum enim, quod negari nequit, Adamus Christi fuerit imago, inprimis quatenus regia dignitate ornatus fuit; tres quoque classes subditorum ipsi animalium tanquam imagines τῶν ἐπουρανίων, καὶ τῶν ἐπιγείων, καὶ τῶν καταχθονίων, imperio sententiæque Christi subditorum, considerari poterant. Noli hoc mirari. Neque enim hic tantum loci animalia mente præditarum creaturarum imagines existunt. Quis nescit purorum & impurorum animantium discrimen, quorum hæc emblemata gentilium sub veteri oeconomia fuisse constat? Est quoque in sacro Codice haud insolitum, ut de antitypo aliquid prædic-

dicetur, quod secundum litteram non nisi in typum quadrat. Ita fideles *caro* vocantur *de carne Christi*, & *os de Ejus ossibus*, Eph. V: 30. quod ad litteram non nisi de Eva, typo ecclesiae, dici poterat. Fuit quoque gravissima causa, quapropter Spiritus Dei imperio Christi subjectos ejusmodi nominibus describeret, quæ proprio significato potius in Adami subditos quadrant; scilicet eadem ratio, ob quam plurima de Christo vaticinia non ita clare sunt proposita, ut non aliis, typis Christi, conveniant, & lumine N. T. destitutis primo luceant intuitu: quam rationem afferre & illustrare non est hujus loci. Est igitur Davidis dictum hoc modo intelligendum: Subjecit omnes creaturas mente præditas sub pedes Ejus; eas scilicet, quarum pecudes, armenta bestiaeque agri, aves coeli & pisces maris, marium semitas peragrantes, imagines exstiterunt, cum Adami dominio hæc animalia subjecit Deus.

§. 16.

Post digressionem satis longam, quam necessariam fuisse existimo, ut jam pateat, demonstrationem Pauli solido niti fundamento, eo nunc, unde digressi sumus, pedem referre licet. Primum considerandum est ipsum dictum, ex Psalmo, quem perlustramus,  
*Bibl. Hagane Cl. IV. F. I. C. vimus,*

vimus, allatum: *παντα γαρ υπεταξεν ιπσο τους ποδας αυτου.* Quamvis enim hujus sententiæ sensum tribus, ut ajunt, verbis jam attulerimus; erunt tamen nonnulla diligentius nunc curatiusque enucleanda. Quæritur primum, qui Christo omnia subjecerit. Non moverem sane hanc quæstionem, solutu minime difficilem, nisi quibusdam in more esset, tantum non omnia loca, in quibus mentio fit του Θεου, de *Deo Triuno* explicare. Verentur enim, sed sine causa, ne, si de solo Patre exponant, honori Filii Spiritusque Sancti quidquam derogent. Unde fit, ut & ultima Apostoli verba, *quo Deus sit omnia in omnibus*, de *Deo Triuno* interpretari soleant. Quam autem explicationem cum probare nequeam, Patrique Coelesti sit dandum, quod, testibus Filio Dei Spirituque Sancto, Patris est; paucis demonstrabo, Eum, qui subjecit, **PATREM** esse. Quodsi ad antecedentia verba oculos tuos convertas, Lector, vides, nominari v. 24. **TON ΘΕΟΝ και ΠΑΤΕΡΑ, DEUM & PATREM.** De Eodem v. 25. dictum fuit, quod omnes hostes sub pedes Christi positurus sit. Idem igitur procul dubio & hic intelligendus est, cum aliud subjectum ex antecedentibus suppleri nequeat. Tribuitur etiam *τουτω τω υποταξαντι* **FILIUS** v. 28. Est vero Hic **FILIUS** **NON DEI TRIUNIUS**, sed **PATRIS μονογενης**

**ΠΑΤΡΟΣ**, *Job. I: 14.* Quemadmodum hæc, ex ipsa verborum *συναφεια* petita, factis demonstrant, **PATREM** esse, qui subjecit; ita etiam aliunde quædam pro eadem veritate in subsidium vocare licet. **PATER** *Christum ad dextram suam collocavit*, *Eph. I: 17, 20.* uti & **PATRIS** *est, collocare ad dextram sinistramque Christi*, *Matth. XX: 23.* Hujus vero tanquam pars considerari debet illa actio, qua Deus sub pedes Christi omnia subjecit. Cum enim Pater dicitur ad dextram suam collocasse Christum, hoc idem omnino esse observavi, ac si summum omnium & Dominum & Judicem Eum constituisse diceretur. Cui ergo totum tribuitur, eidem etiam pars tribuenda est. Diserte quoque ipse Dei Filius testatur, **PATREM** *sibi omne judicium dedisse*, *Joh. V: 22.* **PATREM** *potestatem dedisse judicium exercendi*, *v. 27.* Eandem veritatem testatur Paulus *Phil. II: 9, 10, 11.* Conferas etiam *Eph. I: 22.* cum commate 17, & videbis, **DEUM Domini nostri Jesu Christi & PATREM GLORIÆ**, qui pedibus Christi subjecit cuncta, vocari. Annon triste deplorandumque esset, si exstituri sint, qui, licet ipsi haud diffiteantur, **PATREM** in opere gratiæ **SUMMUM JUDICEM** se manifestare, illam tamen veritatem, toties & tam diserte in Evangelio traditam, tanquam errorem atque hæresin damnare audeant?

## §. 17.

Ea, quæ sub pedes Christi subjecta a Patre sunt, ΠΑΝΤΑ dicuntur. Colligi nequit ex hac voce, quamvis sit neutrius generis, atque adeo quæcunque sub se comprehendere videatur, etiam res vita, sensu ac mente carentes ad ea referendas esse. Quum enim munus Christi judiciale hic describatur, solæ autem mente præditæ creaturæ sententiam Judicis audire & revereri queant; reliquæ creaturæ, licet *dominio* Christi subditæ, sub pedes tamen Ejus subjectæ dici nequeunt. Nec mirum est, non πάντας sed παντα dicere Apostolum. Vox enim ὅς in Psalmo octavo adhibita aliter transferri non potuit. Recensuimus jam has creaturas, quæ coram tribunali Christi comparere, & sententiæ Ejus subicere sese tenebuntur, atque ex Psalmo octavo quodammodo illustravimus. Sunt primum omnes sancti Angeli, sive in hoc ævo αρχαι, sive εξουσιαι, sive δυναμεις fuerint. Hi enim ab Apostolo Phil. II: 10. εἰσπραγνιστοί, & Apoc. V: 13. παν κλισμα εν τω ουρανω dicuntur, in Psalmo octavo *avium coeli* emblemate depicti. Sunt porro omnes omnino homines, sive bonum egerint, sive malum, 2 Cor. V: 10. parvi & magni, Apoc. XX: 12. mortui & viventes, Rom. XIV: 9. ἐπιγνητοί a Paulo,  
&

& παν κλισμα εν τη γη Apoc. V. dicti, atque a Davide sub *animalium terrestrium* imagine propositi. Sunt denique angeli rebelles cum Satana, principe suo, dicti a sancto Apostolo *καταχθονιοι*, atque in Apocalypsi *παν κλισμα υποκατω της γης και επι της θαλασσης*, qui repræsentantur juxta Psalmum octavum ab infima animalium classe, *belluis marinis*, *sub terra* circumjacente in infimis marium semitis commorantibus. Neque vera hanc solam ob causam των καταχθονιων nomine insigniuntur, infelices illi genii, sed hac potissimum de causa, quod mortuos *sub terra* positos quasi vinculis constrictos tenent, mortis habente imperium eorum principe. (\*) Dici etiam propterea videntur *κοσμοκρατορες ΤΟΥ ΣΚΟΤΟΥΣ ΤΟΥ ΑΙΩΝΟΣ ΤΩΝ ΠΥΝΟΥ*, Eph. VI: 12.

§. 18.

(\*) Aliam hujus denominationis rationem protuli in *Dissert. ad Pbil. II: 9, 10, 11. in Bibl. Brem. nova Cl. II. Fasc. II. N. IV.* sed solido, uti nunc video, fundamento destitutam. Varia in hac dissertatione & addi & melius dici poterant, si jam tum videre licuisset, Paulum, tres creaturarum classes enumerantem, ad tres illas animalium classes a Davide recensitas respexisse.



## §. 18.

Quorum omnium ut Judicem a Patre Christum constitutum esse significet Paulus, ex Psalmo octavo hac phrasi utitur: ὑπεβῆεν ἔνω πους ποδας αὐτου. Demonstranda autem est paucisque illustranda sensus, quem huius phrasi tribuimus, veritas. Id facile intelligitur, eam ex ritu quodam, quo quis supra reliquos elatus hos *infra pedes* suos conspicit, interpretandam esse. Quum vero varius fuerit apud veteres eminentiæ ostendendæ modus, specialis ritus in subsidium vocandus, & quis, dispiciendum est. Solebant primum victores hostes devictos pedibus subigere & proculcare. Jam cum sint, qui phrasin, τιθῆναι ἔνω πους ποδας, ab hac consuetudine desumptam esse putant, & ἕνωτασσειν ἔνω πους ποδας idem significare videatur; non admodum mirarer, si iidem verbis Apostoli hunc sensum tribuerent: *omnes enim Ejus hostes tanquam devictos Ipsius pedibus subjecit, quos victorum more proculcet.* Verum enimvero cum per πάντα non tantum hostes Christi intelligendi sint, sed, quod dubio caret, ceteræ etiam creaturæ mente præditæ; calculum hæc hypothesis meretur nullum. Poterat porro in mentem venire & venit Romanorum mos triumphandi. Victor enim Imperator curru ve-

ctus

Etas triumphali supra reliquum exercitum eminebat, omniaque post tergum & ad pedes suos subordinata habebat. Sed ostendi priori dissertatiuncula, quam parum hæc consuetudo ad illustrandum Apostoli dictum adhiberi possit. Quid igitur superest, quam ut ad Reges respiciamus, solium, ut leges ferrent & jus dicerent, conscendere solitos? Quod enim cum fecissent, supra omnes eminebant, subditique coram folio ipsorum stantes sub pedes eorum subjecti erant. Solebant nimirum Regum solia in altiori loco collocari, uti ipsa per se erant excelsa, pluribusque gradibus conscendebantur. Ita magnificus Salomonis thronus *sex gradus* habebat, I Reg. XI: 18; ipsumque Deum in folio *celso & elato* sedentem vidit Jesaias, cap. VI: 1. Subditi autem, qui coram throno regis comparuerant, in inferiori stabant loco, atque ita sensu proprio *sub pedes* Regis subjecti erant. Neque vero soli reges foliis insidebant, sed etiam, qui sub ipsis regnabant, eorum amici. Atque his tanto major habebatur honos, quo in elatiore throno prope regis solium in altissimo loco constitutum sedere ipsis licuit. Sic *Salomo in folio suo sedens apponi iussit solium matri regis, quæ sedit ad dextram ejus*, I Reg. II: 19. *Evilmerodach, Rex Babyloniæ, posuit solium Jeboiacinis, regis Judæ, supra solium reliquo-*

rum regum, qui erant secum in Babylonia, 2 Reg. XXV: 31. Et Abasverus posuit solium Hamanis supra solium omnium principum, qui erant apud ipsum, Esth. III: 1. Quemadmodum hæc generatim ad illustrandam sessionem Christi ad Patris dextram faciunt; ita etiam speciatim huic dicto Apostoli aut potius Davidis nonnihil luminis adfundunt. Jam enim propius probare licet, τὸ ὑποτασσέναι τὰ πάντα ὑπὸ τῆς ποδῶν τῆς χειρὸς eam significare actionem Patris, qua Christum non solum generatim ὑπερῴωσεν, hoc est, in summum evexit solium, sed etiam speciatim edixit, voluit, jussit, ut omnes creaturæ mente præditæ Eum Judicem agnoscant, atque adeo die judicii coram Ipso se sistant, Ejusque sententiæ se subjiciant. Duplex quidem causa sollemnis fuit, quapropter Reges solia sua conscendere solebant; primum ut leges ferrent, tum, ut jus dicerent justitiæve exercerent. Atque ex eadem hac duplici causa etiam Servator solium suum conscendit. Sed quod ad potestatem legislativam Christi attinet, nomine & auctoritate Patris exercendam; eam his verbis indicari minus arbitror. Complexus enim eam erat David verbis proxime antecedentibus; *Dominari Eum fecisti operibus manuum tuarum*, quippe quod est, Dominum, Regem & Legislatorem omnium constituisti. Quæ igitur sententia cum jam proposita fuerit;

rit; cur eam verbis nostris repeti existime-  
 mus, haud ignorantes, reges ipsorumque  
 ministros, foliis insidentes inprimis iudicum  
 officio functos esse? *Stabiletur*, ut locum  
 afferamus haud obscurum, *stabiletur benigni-  
 tate folium, cui insideat constanter in tentorio  
 Davidis iudex & procurans jus, Jes. XVI: 14.*  
 Hinc, quæ regibus *folia* erant. eadem simul  
*tribunalia* ipsis fuerunt. Et quem Christus  
 die iudicii conscensurus est *thronum gloriæ*,  
 idem & *tribunalis* nomine insignitur, *Matth.*  
*XIX: 28. Rom. XIV: 10. 2 Cor. V: 10.*  
 Habebant hæc tribunalia, seu, quod nunc  
 idem est, *folia, scabellum pedum*, quæ eorum  
 pars fuit inferior. confer *1 Chron. XXVIII: 2.*  
*Jes. LXVI: 1. Ps. XCIX: 5. Ps. CX: 1.*  
*Ps. CXXXII: 7. Thren. II: 1.* Cum ergo  
 Paulus dicit, Patrem omnia subiecisse *sub pe-  
 des* Christi, potuisset etiam, sensu eodem  
 manente, dicere *sub scabellum pedum* ipsius,  
 uti videre est, si comma 25. cum *Psalmo*  
*CX: 1.* conferas. Pedes regum; qui tribu-  
 nalibus insidebant, tam erant in scabello ela-  
 ti, tam eminentes, ut, qui coram ipsis sta-  
 bant, *sub pedibus* regum starent, atque ita  
*sub pedes ipsorum subjecti essent.* Quis igitur  
 addubitet, munus iudiciale, in Christum a  
 Patre collatum, his verbis designari? Et  
 quis adeo dubitet, loco impropriae hujus  
 locutionis hanc posse substitui magis pro-  
 priam

priam: *omnium judicem Eum constituit*, aut, ut Pauli verbis utar, *ἄνωσε κερτιν των παντων*, Act. X: 42. XVII: 31? Provocamus superpondii causa ad locum vere parallélum, aliquoties jam adductum, Phil. II: 6, 10. *Propterea Eum evexit in summum solium — ut omne genu se flectat.* Quid enim est *genua flectere*, nisi sententiæ judicis se subicere? quod alibi demonstravi. (\*) Sed dubium moveri potest. Dicitur jam nunc Pater sub pedes Christi omnia subjecisse. Jam vero nondum evenit, ut omnes coram tribunali Christi se stiterint, Ejusque sententiæ se submiserint. Ergo de munere Christi judiciali hæc verba explicari non possunt. Verum enimvero hæc objectio non mihi, sed ipsi Paulo movetur. Hic enim fatetur ipse, *νυν κρω ὀρωμεν αυτω τα παντα υποταγμενα*, *nunc nondum videmus Ei omnia subiecta*, Hebr. II: 8., hoc est, tempus illud nondum apparuit, quo omnia se Ei subiectura sunt; & dixerat tamen, jam nunc Patrem Ipsi omnia subjecisse. Patet ergo, ut nodum solvam, de

(\*) In Dissert. jam cit. ad h. l. Quæ si mihi, ut dies diem docet, nunc conscribenda esset, vocem *ὑποταγμενα*, ad sublime solium manifesto respicientem, ea, quam supra verbo tetigi, ratione explicarem: *Evexit Eum in summum solium*, seu, quod idem est, *posuit solium Ipsi- us supra omnes thronos coelestes.*

de edicto Patris, quo Christum solemniter ratione omnium Judicem declaravit, verba Apostoli exponenda esse. Atque hæc est ratio, cur dixi eorum declarandorum causa hæc posse substitui: *CONSTITUIT Eum Judicem, cujus sententia omnes omnino mentes se subicere debebunt.*

§. 19.

Superavimus arcem causæ, atque eam, a qua reliquarum pendet lumen, sententiam debita luce collustravimus, postquam dictum Apostoli, ex Psalmo Octavo allatum, in aprico, ut sperare licet, posuimus. Jam enim, quæ supersunt, faciliori modo expediri poterunt. Addit primum Apostolus: *ὅταν δε ειπη, ὅτε παντα ὑποτακται, δηλον ὅτι εκτὸς τῆς ὑποταξάντος αὐτω τῶ παντα*, quando vero dicitur, quod omnia subjecta sunt; manifestum est, nonnisi excepto Eo, qui Ipsi omnia subjecit, scil. hoc intelligendum esse. Quæritur, cuinam fini hæc addat Paulus. Minime vero, quæ summe reverendi SCHÜTTII est sententia, ut errori Gnosticorum, qui fuerit, ipsum Deum Filio subiciendum esse, obviam iret. Neque enim opus est, finem e longinquo, ut mihi videtur, petitum, nec probabili fundamento nixum statuere, si is proxime adsit & vel præsumi queat. Nam cum Apostolus ad dictum V. T. demonstrationis causa provocaverit; annon ab eo expectari poterat, ut pervum demonstrandi ostenderet? Et facit hoc

hoc, nisi me omnia fallunt, his verbis, quod brevior eorum explicatio planum reddet. Dicens Apostolus, ὅταν εἴπῃ, subjectum, quod dicit, omittit, facile quippe supplendum. Idem enim est, ac si scripsisset: ὅταν δε εἴπῃ ὁ εἰπων, cum vero dicit dicens, hoc est, cum vero dicitur. Non insolita hæc est loquendi ratio nec in Hebræo nec Græco codice. Ex utroque exemplum afferre liceat. De Mose dicitur Deut. XXXIV: 6.

וַיִּקְבֹּר אֹתוֹ scil. הִקְבֵּר & sepelivit eum sepeliens; hoc est, & sepultus est. Et Paulus Eph. V: 14. Διο λεγει, inquit, scil. ὁ λεγων, propterea dicit dicens, hoc est, propterea dicitur: evigila, qui dormis, atque ex mortuis surge, & Christus Solis instar tibi illucescet (\*) Quando igitur dicitur in Psalmo Octavo, ὅτι πάντα ὑποτακῶσι, quod omnes creaturæ mente præditæ Christum Judicem agnoscere, Ejusque sententiæ se submittere debent; quid consequitur, si sint ΠΑΝΤΑ? Hoc consequitur, absque ulla controversia, præter Eum, qui subjecit, neminem exceptum esse. Ἀλλῶν, ait Apostolus, ὅτι εκτος τε ὑποταξάντων αὐτῷ τε πάντα. Suppleas post vocem εκτος vocem μόνου, quæ salvo sensu omitti, facileque ex ingenio addi potuit; & omnia plana erunt: manus

(\*) Illustrare propediem, favente Deo, vexatissimum hunc locum, sedet animus.

*manifestum est, neminem, quicumque & cujuscunque dignitatis sit, ex horum numero excipiendum esse, præter Eum solum, qui Ipsi omnia subjecit, h. e. præter Patrem. Judices nunc, quæso, humanissime Lector, utrum (verbis utor doctissimi SCHUTTI) hæc Apostoli observatio mira & inexpectata sit. Necessariam eam fuisse confiteberis mecum, ut nervum demonstrationis ostenderet, seu, quod ex Psalmo Octavo ratiocinium deduci voluit, solido fundamento superstrueret Paulus. Docuerat ex Psalmo CX, Deum sub pedes Christi hostes Ejus positurum esse. Quæri poterat, utrum OMNES intelligendi sint, omninoque nullus excipi debeat. Respondet ex Psalmo Octavo Paulus, plane nullam mentem, sive bona sit, sive mala, excipiendam esse. Cum enim OMNIA Christo subjecerit Deus; patere, nullam hic admitti posse exceptionem, si, quod ipsa rei natura docet, ab eo solo discesseris, qui Ipsi omnia subjecit. Efficit igitur hæc Apostoli observatio, primum, ut argumentum pro futura mortuorum resurrectione, ex Psalmo CX derivatum, suo jam nervo non careat; tum, ut dictum Psalmi Octavi tanquam novum ejusdem veritatis argumentum considerari queat debeatque. Duplici autem ratione hanc veritatem inde derivare licet, quod, posito ipso fundamento, nostro ipsorum judicio*



dicio permittit Apostolus. Primum, si omnes creaturæ mente præditæ sententiæ Judicis universalis se subicere debebunt; debebit & angelus mortis, serpens veterator: hic vero summa injustitia, summa injuria, sed permittente Sapientissimo Numine, imperio mortis in omne genus humanum positus est, postquam Protoplastos ad esum veneni, quod ipsos cum posteris mortales reddidit, seduxit. Cum igitur injuste dominetur; hoc imperio non in æternum potiturus sed exuendus erit, & exuetur sententia Christi Judicis in eum ferenda, verboque Ipsius omnipotente executioni illico danda. Quod si igitur Judex divinus in Satanam hanc feret sententiam, ut mortem in humanum genus dominari cesset; surgent mortui quam certissime. Potest, quod est alterum, hoc argumentum in hunc modum inflecti: Si omnes omnino creaturæ, mente præditæ, sententiæ Judicis a Patre constituti se submittere debebunt, debebunt & omnes homines; ergo etiam demortui: mortuos autem Christus judicare non poterit, nisi in vitam revocentur: Surgent ergo mortui. Hac de causa Christus Dominus Judexque dicitur & *mortuorum* & *viventium*, *Act. X: 42. Rom. XIV: 10.* Sed non consequitur, inquires, ex judicio, quod Christo in OMNES competit, veritas futuræ mortuorum resurrectionis.

rectionis. Superfunt enim animi hominum immortales, quos judicare divinus Judex poterit, etiamsi corpora non suscitentur. Hæc vero objectio non tam in me meumque ratiocinium, quam in ipsum Servatorem Optimum, eadem ratione ratiocinatum, telum conjicit. Notum enim est, Ipsum ex verbis Dei ad Mosen dictis, *Ego sum Deus Abrahami, Isaaci & Jacobi*, inferre, Deum non esse *mortuorum* sed *viventium* Deum, adeoque sanctos hos Patriarchas in vitam esse revocandos. Quid enim, si hoc opposuissent Sadducæi: vivunt Patres isti quoad animum suum immortalem; qui ergo & quo jure ex hac Dei sententia resurrectionem mortuorum elicias? Solve hunc nodum, Lector, in sapientissimo Christi responso latentem; nec opus erit, ut solvendo dubio mihi moto diutius prolixiusque inhæream.

§. 20.

Venio tandem ad locum vexatissimum, in quo explicando tot jam ingenia defudarunt, verum ita adhuc defudarunt, ut verum ejus sensum, quantum ego quidem novi, haud investigaverint. Ad difficillimos eum & obscurissimos locos, testante maxima explicationum varietate, referendum esse putat HEUMANNUS. Atque ita omnino se res habet,

het, si nonnisi ex systemate theologico, quod juvenes didicimus, explicationis subsidium quæramus; aut, ut melius dicam, si nullam veritatem dogmaticam, quæ in eo non exstet, in sacro Codice invenire velimus. Non improbarem tantopere consuetudinem, ex systemate oracula divina exponendi, si omnibus numeris absolutum neque ulla mancum parte systema theologicum jam haberemus. Sed qui hoc contendit, is nescire, quantum ad illud requiratur, is in sola magistrorum verba jurare, nec ex ipso Divino fonte, ex quo tamen purius bibuntur aquæ, sapere velle mihi videtur. Doctrina sane ultimi judicii nondum in systematibus ea in luce est posita, nondum ad eum perfectionis gradum perducta, ut nihil amplius desideretur, utque omnia dicta Sacri codicis de Judice agentia lumine de illius lumine perfundi queant. Quod enim si esset, non tantopere in explicando hoc cominate, quod ad doctrinam judicii omnino pertinet, laboraturos fuisse interpretes mihi persuasum est. Nihil infusius esse potest, quam impium Socinianorum commentum, qui peracto judicio finem regni Christi adfore ex hoc loco exsculpere volunt. Tantum enim abest, ut ejusmodi aliquid ex his Apostoli verbis extorqueri queat, ut potius, si rite exponantur,

tur, exinde elici possit, *Salomonæum* Christi regnum, consummato *Davidico*, in quo hostes supererant debellandi, tum demum inchoaturum esse, nullis finiendum sæculis. Quæ nostrates de fine regni *Oeconomici* seu *mediatorii* ad illustrandum hunc locum afferre solent, etiamsi mitiorem sententiam proponant, ferè tamen ejusdem esse farinae mihi videntur. Quum enim Christus Sacerdos atque immediatum beatorum Caput, per quem solum aditus ad Patrem patebit, in *æternum* futurus sit; quid causæ est, ut futurum regni illius *finem* cogitemus, cujus *dracula* divina nullam mentionem faciunt?

§. 21.

Præmissis his, ut ceteras incongruas explicationes præteream, ipsam nunc hujus loci explanationem adgredior. Quod *Servatori Sanctissimo*, cum in terris versaretur, sollemne fuit, ut omnia ad honorem *Patris*, a quo missus erat, dirigeret verteretque; idem & sancto Apostolo, ut par erat, in more positum fuit. Descripto igitur summo honore Filii Dei, omnium Judicis, summum Patris honorem adjungere ipsi visum est. Eadem ratione, cum *Phil. II: 10, 11.* docuisset, de judicii in nomine *Jesusu* se omne genu incurvaturum, omnemque

*Bibl. Hagana Cl. IV. F. I.*                      D                      lin-

linguam, Jesum esse Dominum, confessuram esse; ultimo loco addit, εἰς δόξαν ΘΕΟΥ ΠΑΤΡΟΣ, *ad gloriam DEI PATRIS*, ut doceat, finem *ultimum* ultimi judicii, particula εἰς indicatum, Patris honorem esse. Itaque a vero Apostoli scopo, ad quem his verbis collimavit, aberraturi sumus, nisi ad hanc veluti cynosuram oculos intendentes explanationem nostram instituamus. Licet igitur verba Apostoli digrediantur a scopo primario, qui fuit, confirmare Corinthios in fide futuræ mortuorum resurrectionis; necessaria tamen fuit hæc brevissima digressio ad finem ultimum, ad quem omnia dirigenda sunt; atque hoc magis necessaria, cum id, quod Apostolus docuerat, Christum traditurum esse regnum Deo & Patri, in clariori lumine collocandum fuerit. Tempus primum describit Apostolus, quo subjectio illa Filii futura sit. Ὅταν δὲ, ait, ὑποταγῇ αὐτὰ πάντα, *postquam vero Ei omnia subjecta fuerint*. Sensum hujus phræseos in compendium redactæ jam exposuimus. Idem enim est, ac si Apostolus his verbis usus esset: ὅταν δὲ ὑποταγῇ τὰ πάντα ὑπὸ τοῦτο πόδας αὐτοῦ, *hoc est, postquam vero omnes creaturæ mente præditæ Eum Judicem agnoverint, Ejusque sententiæ se submiserint*. Submissio igitur omnium submissionem Filii immediate præcessura est.

§. 22.

Hanc ipsam vero Filii subjectionem his verbis definit Apostolus: τοτε και αυτο ο υιοσ υποταγησεται τω υποταξαντι αυτο τα παντα, tum & ipse Filius subjiçietur Ei, qui Ipsi omnia subjecit. Eum, qui Filio omnia subjecit, Patrem esse, supra haud uno argumento evicimus.\* Patri igitur Filius υποταγησεται, subjiçietur, sive, quod idem est, se subjiçiet. Non miror, sententiam hanc interpretibus, quotquot erroneam Socini doctrinam averfantur, crucem tantopere fixisse. Phrasis enim, υποταγησεται hui, in N. T. sæpius occurrens, omnino excludit το βασιλευειν, το κυριευειν, & quæ sunt ceteræ voces potestatem superiorum significantes, & notat metam submissionem, reverentiam, obedientiam, qualis conjugibus erga maritos, subditis erga magistratus, & servis erga dominos lege Christi præscripta est. Itane igitur Filius Dei, deposita Regia dignitate, non amplius regnabit peracto iudicio, sed mere subjectus fiet? Næ brevissimam remunerationem, minime dignam, quæ tanta verborum pompa, uti in pandectis sacris factum est, depingeretur! Et hoc-cine est remunerari, evehere in summum folium, qui pusillo elapso tempore æternum inde dejiciatur, & in mare subditorum de-

trudatur numerum? Nonne enim hoc esset in altum tollere, ut casu graviore ruat? Sed quid opus est, sententiam refutare tot claris oraculis divinis adversissimam? Sententiam, cujus in his Apostoli verbis ne vestigium quidem existit? Neque enim hæc phrasis eo sensu accipienda, qui ipsi in sacro Codice sollemnis est, cum dicitur, ἑνωτασσοθυ ΤΙΝΙ, sed eodem, quem ipsi, cum Filio se omnia subjectura dicantur, tribuendum esse docuimus. Suadent hoc voces emphaticæ ΤΟΤΕ ΚΑΙ ΑΥΤΟΣ. Docet enim his verbis Paulus, idem, quod omnes creaturæ mente præditæ Filio Dei præstituræ sint, etiam Filium Patri præstiturum esse. Patet hinc, quod jam aliquoties monuimus, brevius loqui sanctum Apostolum, atque idem esse ac si scripsisset: ΤΟΤΕ ΚΑΙ ΑΥΤΟΣ ὁ ὙΙΟΣ ἑνωτασσοθυ ὑΠΟ ΤΟΥΣ ΠΟΔΑΣ του Πατρός. Quodsi hoc sumatur, hic verborum sensus in aprico est: *tum & ipse Filius, Judicem veneraturus Patrem, Patris judicio se submittet.* Sed declaranda est hæc sententia, ne quid erroris aut heterodoxi, quod ad deprimendum summum Filii honorem pertineat, illi inesse arbitreris. Desumpta iterum est a consuetudine Regum veterum, qui, quos in foliis collocaverant, dominos eosdem atque iudices constituerant. Horum honori minime contrariabatur, quod Regem superiorem habe-

haberent judicem, & subinde descendentes de solis suis coram ejus throno se sisterent, & sub pedes ejus sententias a se latas ipsius sententiæ subjicerent. Hæc enim de solis descensio nonnisi momentanea fuit. Fiat applicatio. Pater Christum ad dextram suam collocavit. Is Eum, quoad humanam etiam naturam, in summum solium evexit. Is Eum **DOMINUM, Regem & Judicem omnium constituit.** Sedebit igitur Filius supremo hujus ævi die tanquam summus Judex, sed a Patre constitutus, in throno gloriæ; nomineque & auctoritate Patris omnes creaturas mente præditas judicabit. Hoc autem peracto de tribunali suo glorioso descendet, & veluti coram throno Patris & tanquam sub pedes Ejus se sistet, Hujus ut summi Judicis sententiæ se submissurus. Quid, quæso, hoc heterodoxi habet? Nonne enim omnes Patrem **SUMMUM JUDICEM** agnoscimus? Et an non blasphemum foret, hanc veritatem, tam clare in *Evangelio* traditam, pernegare velle, si prærogativam Patris negare blasphemum est? Quod si autem Pater omnium confessione summus Judex est, mundum per Christum judicaturus; quid mirum, si Filius Ipsum tanquam talem veneraturus, atque in primis sententias a se latas, non sui sed mundi causa, Ipsius sententiæ submissurus sit? Sed accuratius, licet uno tantum ver-



bo, enucleanda sunt, quæ a Filio Dei supremo Patri judicio submittentur. Subjiciet se primum Christus eatenus, quatenus Patri permittet declarandum seu manifestandum, Filium in omnibus, quæ adhuc egit, suam, Patris voluntatem peregisse. Et sic, ut mihi probabile videtur, sollemni voce, qualis sub initium suscepti muneris Prophetici de coelo audita est, summum Patris in Filio beneplacitum coram omni creatura testatum fiet, sententiæque a Christo latæ confirmabuntur, ut sint irrevocabiles, nec (liceat mihi ita loqui) ad superiorem judicem provocare liceat. Subjiciet se, quod est alterum, eatenus Filius sub pedes Patris, quatenus Patri dignitates regias & præmia futuri sæculi (illas enim futuro sæculo locum habituras esse patet etiam ex *Eph. 1: 21.*) distribuenda & conferenda permittet. Hunc enim arbitror sensum esse verborum Apostoli, cum dixit, *Christum traditurum esse regnum Deo & Patri*, sicut supra observavi. Subjiciet se denique eatenus sub pedes Patris Filius, quatenus Ipsi relinquet coram omnium auribus sollemni modo declarandum, Filium esse Heredem omnium, & Salomoneum nunc ab Eo occupandum esse solium, cui æternum insideat, in summa pace regnaturus.

§. 23.

Supereſt, ut, quis ſit finis hujus ſubjecti-  
onis Filii, diſpiciamus. Proponit eum his  
verbis Apoſtolus: *ὅτι ὁ Θεὸς τὰ πάντα ἐν  
πασι*, quo *Deus ſit omnia in omnibus*. De-  
monſtravi jam, quam male ac temere a-  
gant, qui hic per τὸν Θεόν non ſpecialim  
Deum Patrem, ſed Deum Triunum intelli-  
gunt, quantoque opere a vero, quem  
Apoſtolus hoc commate intendit, ſcopo  
aberrant. Senſus phraſeos, *εἶναι τὰ πάντα ἐν  
πασι*, a doctiſſimo atque in auctoribus Græcis  
verſatiſſimo ſchurtio in ſerena luce poſitus,  
non poterit obſcurus atque ambiguus eſſe,  
ſublata tantum vocum *ἐν πασι* ambiguitate.  
Nam & perſonæ & res per ea, in quibus  
Pater eſt omnia, intelligi poſſunt. Si per-  
ſonas intelligit, omnes ſcilicet creaturas  
mente præditas, hic foret verborum ſenſus:  
quo tandem ex hæc Filii ſubjectione omnes  
cognoſcant, Patrem ſummum Regem, Do-  
minum & Judicem eſſe, Eum unum omnia  
poſſe, penes Eum ſummam rerum, hoc eſt,  
ſupremam poteſtatem & legiſlatoriam & ju-  
dicialem & remuneratoriam eſſe, Filiumque  
adeo Ejus nomine atque Auctoritate mun-  
dum judicaſſe. Quamvis autem hæc ſenten-  
tia haud a vero aberrare videatur; non

possum tamen, quin per voces EN ΠΑΣΙ non personas sed res intelligam. Locis parallelis adductus hanc explicationem præfero. Quemadmodum enim de Christo dicitur, *ἵνα γενηται EN ΠΑΣΙ πρωτευων*, Col. I: 18. ita de Patre prædicatur, *ὅτι ΕΞ αὐτοῦ, καὶ ΔΙ αὐτοῦ, καὶ ΕΙΣ αὐτοῦ ΤΑ ΠΑΝΤΑ*, Rom. XI: 36. 1 Cor. VIII: 6. Hebr. II: 10. Quodsi igitur EX sive A Deo Patre OMNIA sunt, in Ejus etiam honorem vergentia; dici etiam de Eo potest debetque, quod sit OMNIA in OMNIBUS, scilicet REBUS, quæ per Filium sunt gestæ, hoc est, quod omnes res gestæ Filii ad Eum tanquam ad principium ultimum referendæ sint. Est enim Pater, ut paucis plura complectar, principium ultimum creationis, conservationis, redemptionis, gubernationis & judicii ultimi; Filius autem Creator, Conservator, Redemptor, Rex Judexque *immediatus* & habendus & adorandus est. Quam igitur Patris prærogativam, *ὅτι ΑΠ αὐτοῦ ΤΑ ΠΑΝΤΑ*, ut omnes aliquando agnoscant venerabundi, ipse etiam Filius se Patri subiecturus est. Concludimus hanc commentationem, in honorem Dei Optimi Maximi & futuri Judicis conscriptam, sollemni hoc voto: *Αὐτῷ ἡ δόξα καὶ τὸν, καὶ εἰς τὴν αἰῶνα. Ἀμήν.*

I I.

JOANNIS MEDHURST


S. TH. D. &amp; V. D. M.

OBSERVATIONES MISCELLANÆ

OBSERVATIO I.

A D

*Exod. XXXII; vs. 11. & 13.*


 Quo recte intelligantur loci allegati, ante omnia observandum est, Deum hic cum Mose agere ut judicem, qui Israëlem populum foedifragum, & duræ cervicis delere quidem poterat, sed paratus erat ad exhibendam peccatoribus misericordiam atque gratiam. Dum Deus dicit Mose: *per-mitte mibi, ut exardescat ira mea in eos, & consumam eos, com. 10.* significat quid facere possit, si solam audire justitiam & populum

D 5 juxta

juxta merita sua punire velit, & quam indignum sit facinus populi, vincula foederis nuper facti adoratione vituli dirumpentis. Simul autem ostendit etiam Deus se non ignoscere Mosen pro populo esse deprecaturum, & servus ille Dei fidelis ex verbis Ejus intelligere poterat Deum preces suas non repudiaturum esse. Loquitur sane Deus cum Mose ita ut amicus solet cum amico, cum Ille absque hujus consensu nihil sese peracturum esse confirmat. Fecit hoc benignissimum Numen, quod Moses apud Eum in magna erat gratia, & munere mediatoris Dei, & populi Israëlis fungebatur.

Subjungit Deus: *Et faciam te magnam gentem.* Hæc verba eo tendunt ut Moses sciat non modo Deum, licet Israëlem esset deleturus, persolvere tamen posse, quæ Patribus sint promissa, sed etiam quantum sit crimen Israëlis, & quam indignus sit ulla gratia & misericordia populus ille contumax, & ingratus. Hisce observatis in com. 11. pergimus ad ponderandum comma decimum tertium, ubi Moses, ut Israëli veniam impetraret, Deum hisce verbis affatus est: *Memento Abrahami, Isaaci & Israëlis servorum tuorum, quibus jurasti per Te, & locutus es ad eos: Multiplicabo semen vestrum, sicut stellas caelorum, & omnem terram hanc, quam dixi, dabo semini vestro, ut hæreditent in seculum.* Dis-

sen-

sentiunt inter sese interpretes eruditissimi, qua mente Moses Deum oraverit, ut recordari velit Abrahami, Isaaci, & Israëlitis servorum suorum. Fuerunt inter Doctores ecclesiæ Anglicanæ, qui opinati sunt Mosen obedientiam patrum piorum contumaciæ nepotum opposuisse, ac si obedientia illorum pensatum sit, quod hi admiserant peccatum. Sed rectissime a celeberrimo TELLERO huic sententiæ oppositum est, tantum ponderis solæ obedientiæ Christi inesse. At vero, quænam causa fuit, quare Moses dictos Patres appellavit *Servos Dei*? Negari enim non potest Mosen sanctam eorum vitam, studiumque præcepta divinâ servandi respexisse, illos Dei servos vocando. Laudatus TELLERUS existimat illud non factum esse ad permovendum Deum, ut Israëliti crimen suum remitteret, sed potius ad confitendum peccatum populi, qui a religione patrum suorum recesserat. Certum est filios non semper imitari patrum pietatem,

Παυροι γαρ τι παιδες ομοιοι πατρι πελονται.  
Οι πλεονες κακιους· παυροι δε τι πατρῶν αρειους.

*Pauci enim filii similes patri sunt.*  
*Plerique peiores: pauci vero & parentibus meliores.*

Hom. Odyss. β. v. 276. sq.  
Ex

Ex verbis Moſis cognoſci etiam poteſt Filios Iſraëlis pejores fuiſſe patribus ſuis. Non autem puto Moſen hocce indigitare, five fateri voluiſſe. Videtur potius optaſſe, ut Deus patrum recordaretur ſervorum ſuorum, quo ipsis benignitatem, ac miſericordiam tribueret & promiſſa ipsis per juramentum confirmata ita perpetraret, ut promeritum filiis eorum ſupplicium condonaret. Sic Salomon Deo gratias agebat, quod *Davidi patri ſuo pietatem præſtiterit, & ſe ejus loco regem fecerit.* 2 Chron. I: 8. Et ſacerdos ille pius Zacharias Deum celebrat, quod *miſericordiam impertiverit patribus & foederis ſui ſancti recordatus ſit.* Luc. I: 72; Hoc ſenſu dixit Deus ſe *Hierofolymas proteſtutum, & erepturum eſſe propter Davidem ſervum ſuum.* Jeſ. XXXVII: 35. Cum ſe hoc facturum eſſe promittit Deus propter Davidem ſervum ſuum, non opus eſt ut hanc ob cauſam regi illi obedientiam meritoriam, qua filiorum ejus peccata teſta, & extincta ſint, assignemus. Si conferamus loca priora, patebit potius, Deum pro inſigni gratia ſua reſpexiſſe bona Davidis opera, licet ipſius obedientia eſſet imperfecta, quo ſe Hierofolymis auxilium ferendo pium illi ſeu benignum ac miſericordem præberet. Miſericordia enim & benignitate Divina gaudere poſſunt, qui Deum metuunt foedere Ejus ſtantes, qui recordantur præceptorum ejus,

## Observationes Miscellaneæ. 61

ut illa fervent, *Pf. CIII: 11. 17, 18.* Vult itaque Moses, ut Deus recordetur Abrahami, Isaaci, & Jacobi, ut iis misericordiam tribuat remittendo filiis eorum peccata sua, & hisce dando, quæ patribus olim pollicitus erat. Si dicamus, Mosē nec dictam misericordiam, nec effectum ejus in remissione peccatorum Israëlī conſpiciendum in precibus suis respexisse, & nihil aliud intendisse nisi ut Deus promissiones suas de multiplicando semine Abrahami, Isaaci, & Jacobi, deque danda terra Cananæa persolveret, huic sententiæ opponi potest, quod Deus Mosi dixit *com. 11. Ego faciam te magnam gentem.* Hoc pacto enim præstari etiam poterant, quæ Deus patribus promiserat, imprimis cum cogitandum sit ex omnibus tribubus Israëlī fuisse, qui vitulum illum aureum non adoraverint, qui hanc ob causam ab exitio, & poena reliquorum una cum Mose fuissent eximendi.

## OBSERVATIO II.

ad JOA. I: 13.

Intellectu, nobis saltem, quorum tempora ab ævo Christi remotiora sunt, difficilia & obscura esse verba hæc non modo dissensus interpretum, sed & inquisitio sensus eorum quemvis, qui suis ipsius oculis videre  
re



re studet, docebit. Extant quidem explicaciones, quæ haud parum eruditionis, ingenii, & verisimilitudinis præ se ferunt, quæ tamen accurate si inspiciantur, & examinentur, se minus firmo fundamento superstructas esse produnt. Operæ pretium erit, tam eruditorum sententias de verbis illis verisimillimas ponderare, quam perscrutari quænam sit horum verborum virtus, seu vera mens summi Prophetæ nostri, illa proloquæntis. Harum rerum inquisitioni, atque investigationi dicata sit hæc dissertatiuncula.

Nisi me omnia fallunt, inter eruditissimos interpretes nemo fuit, cujus sententia de verbis illis propius a vero abesse visa sit, quam celeberrimi LAMPHII, qui in primis ob id ipsum audiri meretur. Cum observasset Vir præstantissimus fluctuare interpretes ratione distinctionis causarum, quare quis filius appellari possit, hanc sibi ipsi præscripsit explicandi normam. *Nos ante omnia supponimus talia heic designari generationis initia, quæ inter Judæos locum habebant: tum quod scopus Prologi, & immediate præcedentia potissimum Judæos spectant, tum quod phrasæ, quæ adhibentur, etiam sunt Hellenisticæ.* Non possum non hanc interpretationis regulam ad sensu meo approbare, nisi quod optassem, virum egregium illam additamento quodam mox adjiciendo clariorem fecisse, & omis-  
lud

Iud: quod phrasæ sint etiam Hellenisticæ. Si enim illud non sunt quoad omnia, vel potius, si non sunt mere Hellenisticæ, ex iis conclusionem satis firmam elici posse non existimo.

Normam igitur explicationi præmissam respiciens LAMPIUS ita pergit, ut per generationem ex sanguinibus intelligat quamcunque generationem naturalem, secundum ordinem naturæ, ut mentem suam exprimit.

Non autem satis distinguit a priore hac generationis specie posteriorem, juxta quam dici potest homo *natus esse ex voluntate Carnis*, quemadmodum & non satis clare docet, quam de phrasi hacce foveat sententiam. Jubet nosmet attendere ad virtutem vocis *σαρξ* in S. scriptura, & ex illa elicere, quid sit *θελημα σαρκος*. At vero enumerationis hujus vocis significationibus omisit præcipuam quandam, postea ex S. litteris eruendam, quam Apostolum respexisse postea ostensuri sumus. Neglexit etiam Interpres eruditissimus hoc loco verba præcedentia cum hisce conferre, quod tamen apprime necessarium est, nisi confundere explicatione nostra velimus, quæ in mente Domini erant separata.

Succedit *voluntas viri*, de qua fatetur Interpres doctissimus rem magis dubiam esse, quod phrasæ plane sit insolita. Certum esse  
putat

putat non designari hęc generationem naturalem, quia ab illa distinguitur: quanti autem momenti sit hęc argumentum, patebit postquam ostensum est, quid de præcedentibus generationum speciebus sit judicandum. Monet dein præstantissimus LAMPIUS cogitari inter alia de iis, qui per adoptionem adsciscebantur, ut bonorum hæredes fierent. Quam sententiam ut maxime probabilem ita illustrat: *Species sane quædam adoptionis erat, quando servus quidam, aut ex ancilla susceptus, (quales servi, & ancillæ erant, non Ebræi, sed ex gentibus capti, emtive, & nomine servitutis profelyti facti) assertione Patris, aut servum illum non esse, sed sibi filium, aut hujus matrem manumissam esse, inter liberos legitimos, seu hæredes locum obtinuit, de quo ritu agit SELDENUS de J. Nat. & gent. c. V: 12. de successu in bona def. c. IV: Postea sententiam suam exemplis clariorem faciens LAMPIUS, affirmat juxta suam explicandi rationem habere nos classes omnes generationum, quæ in genealogia Judæorum occurrere poterant. Non tantum enim, ait, ex justis matrimoniis oriundi erant, qui sub sanguinum nomine veniunt, sed etiam ex libidine carnis, qualis erat Peretz ex incestuoso Juda cum Thamare concubitu prognatus, & ex voluntate viri, quales erant omnes filii Bilhæ atque Silpæ, nec non Rahabæ extraneæ. At vero probe notandum,*

Joan-

Joannem respexisse certas generis vel stirpis prærogativas, quæ faciebant ut Judæi gloria-  
rentur se filios, & hæredes Dei, hæredes  
promissionum Divinarum esse. Si illas sibi  
non ob oculos posuit, nec evertere inten-  
dit, frustra dixit: *filios Dei non esse, qui nati  
sint ex sanguinibus &c.* Hic patet quam  
clarissime celeberrimum LAMPPIUM talem sibi  
præscripsisse verba Johannis explicandi nor-  
mam, quæ defectu laborat, quæ eum quo-  
que a recta via seducere apta nata erat.  
Quis enim, si rem secum recte reputet,  
persuaderi potest, ut existimet inter Judæos  
fuisse, qui hanc ob causam se filios Dei esse  
gloriarentur, quod ex legitimo matrimonio  
sint geniti? Nonne præter Judæos & aliis  
in gentibus erant, qui similem sibi ortum  
attribuere poterant? Quis opinetur tam  
insanos fuisse inter illos, qui se esse de fa-  
milia Dei putarent, quod ex incestuoso  
concubitu sint prognati? Præterea quo ido-  
neo teste probatum est, vel doceri potest  
*sanguines* designare legitimum matrimo-  
nium? Nonne etiam dantur sanguines ho-  
minum voluptati deditorum, & libidinoso-  
rum? Et quis unquam demonstravit volun-  
tatem carnis necessario esse concubitus illi-  
citi, & illegitimi?

Examinitis igitur eruditissimorum Inter-  
pretum, & imprimis LAMPPII sententiis, in-  
*Bibl. Haganae Cl. IV. F. I. E* qui-

quirendum nunc est in virtutem verborum, quæ a LAMPPIO non satis illustrata sunt, & ab aliis explicatione nimis artificiosa & longe petita magis obscurantur, quam elucidantur. Si Joannes refellere & coarguere voluit stultitiam Judæorum, qui ob certas generis prærogativas se ipsos in numerum filiorum Dei referebant, indagandum est, quales prærogativas Evangelistæ verba possint indigitare. Primo loco perstringit illos, qui ob sanguines inflati & superbi erant. Filii juxta ipsum non sunt tales, qui *nati sunt ex sanguinibus*. Miror fane hoc loco qui fieri potuerit, ut eruditissimus LAMPPIUS non recordaretur, quid significet si quis dicatur ex hoc vel illo sanguine natus esse, cum loca veterum, quæ in medium protulit, illud haud obscure doceant, dum HOMERUS dicit:

Αἷματ' ἐκ ἀγαθοῖο, φίλον τέκος.

VIRGILIUS autem: *Trojano a sanguine. Et: An Nympharum sanguinis una.* Quibus plura jungere in re nota opus non est. Quis ignorat talia de iis imprimis dici, qui e generosa stirpe sunt prognati? Si quis autem velit ut hoc testimonio ex veterum scriptis probetur, ille adeat LIVIUM, qui narrat *Patres olim judicasse sanguinem suum connubio Patrum*

*Patrum & plebis contaminari*, l. IV: 1. Sic sanguinibus, ex quibus nati essent, gloriari poterant Judæi, & revera, ut postea ostensuri sumus, gloriati sunt, qui sanguinis erant sacerdotalis, vel regii, vel alicujus viri principis, qui gloriam sapientiæ, rerumve fortiter gestarum, aut pietatis erant adepti. Non autem tales erant ob hanc nobilitatem generis Filii Dei, cum essent caro ex carne nata, & experientia doceat virtutem ac pietatem hominibus non innasce. Non semper fortes, & virtute præditi nascuntur fortibus & bonis. Pauci enim filii similes Patri sunt, plerique pejores, pauci vero & parentibus meliores; ut præcedente Observatione ex HOMERO vidimus. Non omnes qui ab Abrahamo, Isaaco, Jacobo, Aharone, Davide, Salomone, aliisque pietate, & sapientia conspicuis viris nati, parentibus suis sunt similes. Et quo pacto hoc fieri posset sine gratia Divina, pravitatem mentis, quæ omnibus natura inest, corrigente? Quam vana est sanguinis gloria etiam in iis, queis atrium fumosis imaginibus plenum est? In primo ortu inest (animo) temeritas, & molities quædam, ut nec res videre optimas, nec agere possint; virtutis enim, beatæque vitæ, quæ duo maxime expetenda sunt, serius lumen apparet: multo etiam serius ut plane qualia sint dixit intelligantur. Præclare enim Plato beatum, cui

*etiam in senectute contigerit ut sapientiam, verasque opiniones assequi possit. Cic. de Finib. l. V. Nullus itaque sanguis, nulla generis nobilitas facere potest, ut quis pro filio Dei sit habendus, cum pauci vel pientissimorum Regum & Sacerdotum filii Patri sint similes, plerique autem pejores.*

Filii Dei quoque non sunt *geniti per voluntatem carnis*. Negari quidem non potest dictionem hanc, qua dicuntur homines nasci per voluntatem carnis, generatorem consequi significationem & ortum quemcunque denotare posse, si non de Judæis, sed de quibuscunque aliis adhibeatur. At vero peculiare aliquid indigitat illa, cum de Judæis sermo est. Si enim de hisce agitur caro non denotat quemlibet hominem, filios procreantem, sed potius Patres, Abrahamum, Isaacum, Jacobum, & qui ab illis erant oriundi, quos Deus promissis ingentibus mactaverat, qui caro appellantur, quatenus natura omnibus hominibus sunt similes. Hanc virtutem habet vox *caro* in aliis N. T. locis & imprimis in epistola Pauli ad Romanos cap. IX; com. 8. qui locus ante alios cum nostro conferri meretur, quod illum ante omnia illustrare potest: *καὶ τέκνα τῆς σαρκὸς, ταυτὰ τέκνα τῆς θεοῦ*. Quis non videt *τέκνα τῆς σαρκὸς* tales esse filios Abrahami; qui *per voluntatem carnis sunt geniti*. *Voluntas itaque carnis*

*carnis* est voluntas Patrum , qui filios pro-  
 creare desiderabant , queis Deus promissa  
 sua perfolveret. At vero ipse Abrahamus,  
 de quo Paulus egit , exemplo suo probat, non  
 carnis voluntatem efficere ut nati sint filii  
 Dei, cum filii promissionis tantummodo pro  
 femine, promissionis divinæ hærede, reputan-  
 di essent, *αλλα τα τεκνα της επαγγελιας*, ut Pau-  
 lus loco citato addit, *λογιζεται εν σπερμα*.  
 Licet autem Judæos inter essent, qui generis  
 nobilitate sive sanguinibus superbirent, ma-  
 jor tamen & communior iis erat gloria, quod  
*κατα σαρκα* essent filii Abrahami.

Filii Dei quoque non sunt , qui geniti  
 sunt ex *θεληματῶ ἀνδρῶ*. Non nego qui-  
 dem referri posse hæc verba ad illos, qui a  
 patribus, quorum erant promissiones, ado-  
 ptati sunt; sed facere non possum quin exi-  
 stimem illa & alios ambitu suo complecti.  
 Ea enim verbis inest virtus, ut & indigitare  
 possint filios, quos parentes singulari comple-  
 ctébantur amore, & ad id eligebant ut promis-  
 sionis divinæ de excitando Messia essent hæ-  
 redes. Sed hi tamen per ejusmodi volun-  
 tem non ita sunt geniti ut essent filii Dei.  
 Cum ad id præstandum non sufficiat voluntas  
 hominis, sed ad id necessaria sit electio Dei,  
 veri Patris omnium, qui filii appellantur in  
 coelo & terra, nec non ejus gratia imagi-  
 ginem ipsius animis hominum insculpens.



Abrahamus eligebat Ismaëlem, & Isaäcus, Esavum, ut essent hæredes dictæ promissionis & filii Dei, at vero re ipsa edocti sunt, neminem per voluntatem viri filium Dei posse fieri, sed ad id electionem atque gratiam Divinam requiri. Haud parum autem confirmat sententiam nostram, quod Judæi olim & sanguine, & carne gloriati sint. Et quidem illud probat locus, quem celeberrimus LAMPIUS ex PHILONE citavit, hoc docent verba Pauli: *καίπερ ἔγω ἔχων πεποιθήσιν καὶ ἐν σαρκί, ἢ τις δοκεῖ ἀλλ' ὁ πεποιθῆναι ἐν σαρκί, ἔγω μάλλον.* Ep. ad Phil. III; 4.

### OBSE RVATIO III.

ad LEVIT. X: 2, 3.

Si unquam interpretes in errorem incidunt, minus accurate verba sacra inspiciendo, quod illa satis clara viderentur esse, hoc sane ratione commatis secundi in loco citato factum. Omnes, quos vidi, eruditissimi viri verba Mosis explicantes iis hanc dedere significationem: *Ignis exiit a Jehovah, comeditque illos (filios Aäronis) ut morerentur coram Jehovah.* In verbis Hebraicis, si illa seorsim & extra nexum suum posita consideres, nihil obscurum, sive quod non facile intelligatur, nec dubium quicquam deprehenditur. At vero longe aliter se res habet, quando at-

tenta

tenta mente consideramus, quænam in hoc ipso commate occurrant artissimo vinculo juncta, & qualia sint, quæ sequuntur. Si Moses dixit, ut statuunt interpretes doctissimi, ignem comedisse, vel consumsisse Nadabum, & Abihu, nonne superfluum fuit, quod subjunxit Scriptor facer, scil. illos coram Jehovah mortuos esse? Dicere possumus hominem vita orbatum, & igne absumtum esse; sed quis sana mente præditus ita rem narraret, ut præmitteret ignem comedisse hominem, & dein adjiceret illum aliquo loco mortuum esse? Nonne hoc offenderet aures, quarum judicium est superbissimum, ut CICERO rectissime notavit,

Si legendo pergamus in allegato Levitici capite, occurrent nobis, quæ dictam interpretationem penitus subvertunt: nempe com. 5 affirmatur de natis Ussielis, quod juxta mandatum Moses necatos Aharonis filios extulerint extra castra in tunicis suis. Si itaque adhuc indumentis suis vestiti erant, dici non potest illos ab igne consumtos, & in cinerem redactos esse. Statuendum itaque, Mosén non ad personas, de quibus antea actum erat, sed potius ad res, de quibus mentio facta, respexisse, dum dicit: **וַתִּחַרְבֵּן אֹתָם** Et consumsit ea, scil. Thurbula filiorum Aharonis, & impositum iis suffimentum, quod adhuc fumabat: Imperiorum gratia observo, illud **וַתִּחַרְבֵּן** non solum

lum personas, sed & res designare posse, & quidem hisce applicari *Levit. VIII: 27.* Antea autem voces varii generis erant adhibitæ ad denotandas res, de quibus sermonem facere pergit Legislatoꝝ. Quæ com. 2. sequuntur, nunc facile intelligi possunt, & *mortui-sunt coram Jehovab* scil. filii Aharonis. Sed dicis: nonne, si nostra locum habeat interpretatio, repetenda fuissent illorum nomina, vel aliqua dicendi ratione, sive particula significari debuisset, Mosen de dictis illis rebus virisque loqui? At vero notandum, Auctores orientis non semper tanta cura scribere, ut expressis verbis indigent, quænam sit materia, de qua sermonem faciunt, sed illud sæpius lectoribus relinquere, ut ex dictis eliciant quænam sint res, vel personæ, de quibus agatur. Qui sacras literas diligenter evolvunt, easque attentamente legunt, illis sæpius occurrent exempla talis dicendi rationis, quæ & in Alcorano omnibus in paginis adinveniuntur. Ignis autem, quo Thuribula consumta sunt, & qui simul filiis Aharonis vitam extinxit, fulmen fuisse videtur, erumpens e columna nubis & ignis.

Verba, quæ Moses hac occasione locutus est, necessaria quoque egent luce, ut recte intelligantur. Dixit Moses ad Aharonem: *Hoc est, quod locutus est Jehovab dicendo:*

*in iis, qui ad me accedunt sanctificabor.* Quæritur, ubinam locorum hæcce adinveniantur verba? Eruditissimi Interpretes anxie inquisivere in locum illum, sed oleum eos & operam perdidisse existimo, cum nihil in medium protulerint quod verbis Mosis sit affine. Nec ejusmodi loco opus esse puto, cum Moses non dixerit illud scripto mandatum esse, sed potius Deum *id dixisse*. Fieri interea potuit, ut Moses verbum illud Divinum oblata occasione cum Aharone, & filiis Ejus, sacerdotibus ad Deum adpropinquaturis, communicaverit, quo illos moneret, ne ulla in parte ab officio recederent. Et hoc revera factum esse verba ipsa indicare videntur, cum Moses dicendo: *hoc est illud, quod Deus locutus est*, Aharoni in memoriam revocare videatur quod antea jam audiverat. Aharon etiam ipse hæc verba una cum Mose ex ore Divino auribus suis haurire potuit, id quod, me quidem judice, adhuc majorem consequitur verisimilitudinem, cum Moses solius verbi, quod Deus locutus sit, mentionem faciat, haud ulla innuens ratione, se verbum Divinum Aharoni jussu Dei tradidisse.

Quid autem significat illud, quod Deus dixit, scilicet *se sanctificandum esse in sacerdotibus ad se accedentibus*? Quis crederet hanc phrasin, quæ sæpius occurrit in S. Scriptura, & quam sermone terimus, adhuc obscu-

ram, & dubiam esse: Et tamen rem ita se habere certum est. Quid sibi velint interpretes Anglicani hæc explicantes ex versione verborum, quibus usi sunt, hariolari non possumus; juxta alios sanctificari dicitur Deus, dum tanquam sanctus agnoscitur. Hoc non rejiciendum, licet non omnem verbi, heic loci occurrentis, vim exhauriat.

Deus affirmat Se esse sanctificandum, vel Se nomen suum esse sanctificaturum, quando profanatum est nomen ipsius sanctum, ita ut negata, & obscurata sit ejus summa gloria, & majestas. Sanctificari autem dicitur Deus, & nomen Ejus, dum per opera justitiæ, & miracula gloria, & majestas divina e tenebris iterum in lucem protrahuntur, ut in gentibus pristino fulgore suo splendeant, & agnoscatur Deum esse Jehovam. Ex Ezechiele intelligimus hanc esse verbi virtutem. Ille enim de sanctificatione nominis Dei agens monet illud profanatum esse inter gentes, & hunc sanctificationis fructum futurum esse vaticinatur c. 36. comm. 23. Et in fine commatis affirmat Deus *hoc futurum esse, quando fuerit sanctificatus in Judæis, coram gentibus ethnicis.* Nisi me omnia fallunt, ex hisce manifestum est idem significare, si dicatur vel Deus ipse, vel nomen ejus sanctificari. Adhuc clarius patebit quo sensu id accipiendum sit, si inspiciamus vaticini-

ticinium Ezechiëlis cap. 39. Postquam Deus hoc loco præmiserat promissionem maximæ & optatissimæ redemptionis Judæorum, hæc com. 21. & seq. subjungit verba: *Sic dabo gloriam meam inter gentes: videbunt enim omnes gentes judicium meum, quod faciam, & manum meam, quam positurus sum inter illos, ut cognoscant domus Israël, quod Ego Jehovab (sim), Deus eorum, ex die illo, & deinceps: cognoscant autem gentes, quod propter iniquitatem suam in captivitatem abiverint domus Israël; propterea quod prævaricati sint contra me, ideoque absconderim facies meas ab illis, dederimque eos in manum hostium eorum, ut ceciderint gladio omnes: (Adeoque) juxta immunditiam eorum, & juxta prævaricationes eorum egerim cum iis, absconderimque facies meas ab illis. Quare sic dixit Adonai Jehovib: Nunc reducam captivitatem Jacobi, miserebor totius domus Israël, zelaboque pro nomine sanctitatis meæ; ubi portaverint ignominiam suam, & omnem prævaricationem suam, qua prævaricati sunt contra me, dum sederunt super terra sua secure, nec (fuit) qui terreret. Quum itaque reduxero eos ex populis, & congregavero eos e terris hostium eorum, sanctificatusque fuero in iis, in oculis gentium multarum, cognoscent quod ego Jehovab (sim), Deus ipsorum, eo quod in captivitatem ejecerim ipsos inter gentes, & collegerim eos super terram suam, nec reliquerim amplius de iis ibi. Ex his intelligi*

telligi potest Deum sanctificari, quando gentes negant Eum esse Jehovah, supremum illum, & summe perfectum Deum, a quo, & propter quem sunt omnia; illum sanctificari, dum per judicia, perque manum suam i. e. per omnipotentiae suae documenta demonstrat, quod sit Jehovah; & quidem ita, ut hoc ipsum ab iis agnoscat, qui id negaverant, & nomen sanctitatis Dei profanarant.

Filii Ahäronis peccato suo, dum absque digna in Deum reverentia ad eum accedebant, impiis occasionem præbebant cogitandi, Deum minus sanctum vel summe perfectum esse, adeoque negandi, quod sit Jehovah; id quod & impietate sua negaverant. Deus itaque se ipsum sanctificavit, sive manifestum fecit, se esse Jehovah, cum manum suam ostenderet coram omnibus Israëlitis, severissimaque poena afficeret sacerdotes, suffitum sibi minus reverenter peregrino igne accendentes:

## OBSERVATIO IV.

in ROM. III: 23.

Paulus de omnibus tam Judæis quam Græcis affirmat non solum quod sint peccatores, sed adjungit etiam, *υσεβυνται της δοξης του Θεου*. Dissident inter se doctissimi interpretes sententiam dicentes, quisnam horum verborum sit intellectus? Ambigua scilicet est vocis

*δοξα*

*δοξα* significatio, si illa in se, & extra nexum sermonis consideretur. Denotare potest gloriam virtutum divinarum & ejus imaginem in homine ratione prædito, perque gratiam divinam renovato; sonat quoque gloriam coelestem post obitum sperandam, &, quod dissimulandum non est, de gloria virtutum divinarum accipienda vox est, dum Paulus *cap. I: 23.* affirmat ethnicos immutasse *την δοξαν αφθαρτου Θεου*, gloriamque piis futuram designat *cap. V: 2.* ubi & integra phrasis *δοξα Θεου* occurrit. Significare etiam potest gloriam, sive laudem, quam alicui tribuimus. Quæritur itaque, quam virtutem huic voci hoc loco assignare debeamus? id quod non nisi ex nexu sermonis poterit dijudicari. Si illum autem consulamus, patebit significationem, quam primo loco posuimus, ab illo abhorrere. Paulus ne verbulo quidem mentionem fecit imaginis Dei in hominibus corruptæ, nec redarguit nec refutavit ethnicos, Judæosve hanc ob causam, quod sibi gloriam Divinam adsignaverint. Nec illud jure poterat facere, cum vel ipsi Philosophi inter gentes, a communione Judæorum sejunctas, id cognoverint, quanto spatio homines a perfecta virtute abessent. SENECA agens de iis, qui virtutem excoluerunt, dicit: *Jam multum operis effectum est, imosi verum fateri volo, non*  
*mul-*



*multum: nec enim bonitas est pessimis esse meliorem. Epist. 97. & ep. 11. affirmat. Nulla sapientia naturalia corporis & animi vitia ponuntur: quicquid infixum, & ingenitum est, lenitur arte, non vincitur.* Permulta hujus generis quoque apud CICERONEM aliosque Philosophos leguntur. Cum itaque Apostolus Judæos & ethnicos non accusaverit, quod tibi gloriam imaginis Dei tribuant, dicere quoque non potuit, respiciens ad illa, quæ præmissa erant, homines gloria illa orbatos esse. Et sic manifestum est *δοξαν τῆς Θεῆς* hoc loco imaginem Dei commode designare non posse. Aequè minus iis nos adjungere possumus, qui *δοξαν τῆς Θεῆς* de gloria coelesti fidelibus promissa interpretantur. Si enim recte se haberet eorum explicatio, saltus esset in verbis, qualis in scripto *Θεοπρονευσία* locum habere non potest. Namque inter statum peccati, & gloriæ coelestis permulta intercedunt, ita ut nemo prudens, & multo minus Scriptor instinctu divino scribens, facile affirmet, *Omnes homines sunt peccatores, & orbantur gloria Dei post mortem expectanda.*

Præterea nonne & in hac vita, quamdiu in his terris degimus, omnibus etiam fidelibus deest gloria coelestis? Sed opus non erat ut Paulus hoc moneret; quare & *δοξαν τῆς Θεῆς* gloriam illam non potest denotare. Sed illud *υπερβατα* hoc loco denotat *relinquuntur,*

tur, ad metam victores currendo non veniunt, quam virtutem verbum illud habet, si de ludis gymniciis agatur, ut putat BEZA, aliique interpretes eruditissimi. At vero persuaderi mihi non patior verbum hoc indigitare illud posse, si ita construatur, ut heic loci factum, *υσερβυται της δοξης τω Θεω*. Notandum est etiam Paulum agere de omnibus quibuscunque hominibus tam Græcis quam Judæis, quorum peccato depravata mens est, ut sunt peccatores. Inter hos autem nemo est, qui cursu certet cum alio, vel eum post se relinquens gloriæ coelestis metam contingat: Omnia enim alia omnes illi persequuntur. Denique nihil est in nexu sermonis Apostoli, quod ipsi occasionem præbuerit de ejusmodi certamine mentionem faciendi.

Nexus autem ille suadet, ut *δοξαν* de laude accipiamus, quam Deus supremus omnium Dominus, & judex hominibus tribuere potest. Antea enim exprobraverat Apostolus Græcis, & Judæis superbiam, qualis peccatoribus propria est, & cujus stultitiam verba nostra detegere apta nata sunt, si tali modo accipiantur. De Græcis dixit, quod sese sapientes esse affirmaverint cap. I: 22. Hi itaque de sapientia gloriati sunt, deque Judæis notavit, quod in Deo, & lege sint gloriati Cap. 2. com. 17. & 23.

Alia

Alia quoque adjunxit, quæ Judæis jactandi sese, & aliis præferendi materiem exhibere poterant *cap. 3. com. 9.* Cum instituto igitur Apostoli conspirabat, ut Judæis superbia efflatis, suamque operibus legis Mosaicæ justitiam vane quærentibus diceret, omnes tam Judæos, quam ethnicos laudis expertes esse, quam Deus hominibus tribuere potest.

Inest autem verbis Pauli *ἀπεισις*, qua augetur quid negatione contrarii, quam tropis inserunt Rhetores, & ad Synecdochen pertinere statuunt. Paulus nempe, cum hominibus peccatoribus gloriam, laudemve a Deo reportandam denegat, docere vult illos, si in se spectentur, & juxta opera sua judicentur, a Deo Judice justo ac sancto condemnandos esse. Hoc autem ipsum illud erat, quod docere apud animum constituerat, quo redargueret, & refutaret stultitiam superbiamque Judæorum, qui ex operibus legis se justificari posse opinabantur.

## III.

JOSUÆ VAN IPEREN;

*A. L. M. & Philos. D.*

OBSERVATIO CRITICA


DE

SACRIS QUIBUSDAM FLUVIALIBUS

ET

ASCHERA DEA.

## §. I.


 um nuperrime, aliud agendo,  
 incidere in Dissertationem Cel.  
 LAKEMACHERI de *spreta aqua Si-*  
*los*, quæ secunda est Partis De-  
 cimæ *Observationum ejus Philolo-*  
*gicarum*, ibidemque convivium Adoniæ ad  
 Fontem Rogel accuratius notatum depre-  
*Bibl. Hagana Cl. IV. F. I. F. hen-*

henderem (a), invasit me mox, ut fit, vehementius desiderium inquirendi in Ritus alios Flumineos; quos a Viris Doctis, etiamsi in Sacris Pandectis hinc inde citatos, nusquam haecenus pro merito illustrari arbitrabar. Eminent inter eos, ni fallor, cum Idolorum combustio & profanatio solennior ad Kidronem torrentem (b), tum Prophetarum, uti appellantur, Baallicorum mactatio ab Elia Vate peracta ad amnem Kisonem (c); inprimis vero superstitio horrenda illa, de qua JESAIÆ oraculum acerbè conqueritur, hunc in modum: שְׁחָטוּ

הַיְלָדִים בְּנַחְלִים תַּחַת סְעָפֵי הַסְּלָעִים בְּחַלְקֵי  
נַהַל חֶלְקָה הֵם הֵם גּוֹרֵלְךָ גַּם לָהֶם שְׁפַכְתָּ נֶסֶךְ  
הָעֲלִית מִנַּחֲרֵי. Quam pericopam sic vet-

tunt JUNIUS & TREMELLIUS: *jugulantes natos ipsos in torrentibus sub scopulis petrarum. Inter leves lapillos torrentis pars tua, illi ipsi fors tua sunt: etiam in illis fundis libamen, offers munus (d).*

§. 2.

(a) Observo: Pbilol. Tom. III. p. 183. seq.

(b) 1 Reg. XV: 13. 2 Reg. XXIII: 12. 2 Chron. XXX: 14.

(c) 1 Reg. XVIII: 40.

(d) Jfes. LVII: 5<sup>b</sup>, 6<sup>a</sup>.

§. 2.

Quæ ad hanc Prophetæ querimoniam in-  
 ſtar omnium commentatur CAMP. VITRINGA,  
 Vir magnus, ita mihi, præſcine dixerim,  
 videntur comparata, ut notio fluvialis,  
 verſioque vocabuli חַרְחַר per torrentem, quam-  
 vis huic illuſtris GROTIUS mordicus inhæ-  
 reat, nimis longe amoveatur, tandemque  
 omni artificio atque eleganti, fateor; Ἐπι-  
 βασι εἰς ἄλλο γένος eludatur. Quod utique  
 in Exegeticis caute pejus & angue evitan-  
 dum eſſe, omnes cordatiores mecum intel-  
 ligunt. Dixi in *Historia Edomæorum* (e),  
 de Amalekopoli ad fluentum ſita, juxta FL.  
 JOSEPHUM, id eſt, in *Convallè Uliginoſa*, quam  
 genuinam vocis חַרְחַר ſignificationem exiſte-  
 re ex SCHULTENSIO noſtro obſervabam. Sed  
 ne vel ſic quidem torrentes aquarumque  
 montanarum decurſus penitus excludebam;  
 quia potius tempeſtate pluviali admittebam  
 eos, prout in Arabia finitimisque regi-  
 onibus ſoli & climatis natura poſtulat; quem-  
 admodum itineraria & Geographi tantum  
 non omnes uno fatentur ore. Enimvero  
 tota huc quæſtio redit, utrum illi נַחֲלִים,  
 quos Prophetæ memorat, exſiccati tunc fue-  
 rint, cum in illis aut ad illos pueruli jugu-  
 laban-

(e) §. 172.

labantur, an vero aquis pleni? Sane quidem Kidronem & Kisonem, ad quorum ripas Afa, Hiskias, Josias Eliasque idololatriæ prophanationem peragebant, exsiccatos tunc fuisse, haud facile quis dixerit. Saltem Thesbitæ actus, (f), quoad formam, quod ajunt, rei, & quatenus antiquam cærimoniam sapit, omnino cum flagitio, cujus rei aguntur apud JESAÏAM idololatræ, videtur convenire; quippe qui eodem verbo מַשׁוּׁׁׁ exprimitur, quod etiam Propheta in oraculo, quod præ manibus habemus, usus est.

## §. 3.

Priusquam vero ulterius promoveam pedem, attentius lubet inquirere in scopum, quem sibi proposuisse videntur Reges optimi Afa, Jehiskia Josiasque, ubi statuas aliosque cultus idololatrici apparatus in Kidronem abjecisse leguntur. Videlicet, ne statim in vestibulo hæream, ea præcipue ad profanationem torrentis Kidroni spectavisse arbitror. Enimvero si abjectio in torrentem nihil designasset aliud, quam plenariam impietatis abolitionem, veluti in contritione Vituli aurei, cinerisque ejus in profluentem dispersione a Mose injuncta (g) eruditus

(f) 1 Reg. XVIII: 40.

(g) Exod. XXXII: 20. Deut. IX: 21.

ditis plerisque placet; Josias sane, si quid video, idolorum atque altarium pulveres Bethelam pro parte avehi, pro parte in communia populi sepulcra spargi neutiquam jussisset (b). Altare enim; quod Jerobëamus Nabathi filius extruxerat Bethel, profanandum, juxta Vixi Divini oraculum (i), fuit, sacrificulorumque dudum sepulcorum ossa protrahi, eidemque altari injecta comburi debuerunt (k). Notissima hæc sunt, neque ulteriori demonstratione indigent. Fluentorum itaque Kidronis Kisonisque profanatio, inferso in aquas cinere & mactatis ad ripas sacrificulis, adumbrata & peracta fuit.

§. 4.

Quæ cum ita sint & profanari nequeat, nisi quod antea sacrum fuit, sua sponte apparet, Kidronem Kisonemque non tantum, sed & alios rivulos, torrentes ac fluvios ab idololatriis pro sacris reputatos fuisse; eamque ista tempestate superstitionem paganam in religiosas Judæorum cærimonias fuisse introductam. Nam, ne quid dicam de Ægyptiis,

gyptiis,

(b) 2 Reg. XXIII: 4, 6. Conf. 2 Chron. XXXIV: 4.

(i) 1 Reg. XIII: 2.

(k) 2 Reg. XXIII: 14, 15.



De Sacris, Obi. Cit. de Sacris

... de Prostitutionibus, Nilam, Eu-  
... religionem continentibus; quod  
... de cultura Pa-  
... de institutis Man-  
... de Progressu  
... de FABRICIO  
... qui, lo-  
... Aegy-  
... & fecundan-  
... ex vulgi opi-  
... aliud agen-  
... pro sacris ac  
... & le-  
... Ne-  
... negotii,

usdam latentis ac præsentissimi secum ferre  
 lebebant: quod tamen ad junioris PLINII  
 epistolam de Clitumno rivo in Umbria &  
 Clitumno Jove non observarunt Viri doctis-  
 mi (o). Fontes namque Æsculapii Athe-  
 is, Jovis in Dodone; Jovis Hammonis,  
 olis in Troglodytis; Liberi Patris in An-  
 tro insula, Cupidinis apud Cyzicum, pro-  
 quæ admirando ingenio ita dictos recenset.  
 Et Colophone, quod etiam huc spectat, in  
 Apollinis Clarii specu lacunam fuisse nar-  
 rat, cujus potu mira reddebantur oracula,  
 bibentium breviora vita (p). Hac autem  
 fontium appellatione simul torrentes ex fon-  
 tibus promanantes intelligi ex his verbis in-  
 telligitur, huc etiam omnino referendis.  
 Fons, inquit, *Limyræ transire solet in loca vi-  
 cina, portendens aliquid: mirumque quod cum  
 piscibus transit. Responsa ab his petunt incola-  
 ribus, quem rapiunt annuentes: si vero eventum  
 regent, caudis abigunt* (q). Majorum etiam  
 anniam ostia & rivuli sæpenumero ad  
 ipsum flumen referebantur, eodemque istos  
 honore barbari & græci dignabantur. STRA-

BO

(o) *Epist. L. VII. C. 8. p. 576. Edit. CORTII.*

(p) *Hist. Nat. Lib. II. C. 103. pag. 126. & Lib. XXXI. C. 2. p. 1333. Edit. DALECAMPII.*

(q) *PLIN. Nat. Hist. p. 133. Conf. FR. HESSE-  
 MUS ad VULGIUM SEQUESTREM p. 94. sqq. m.*

no certe Chrysoorroam, Damascum alluentem fluvium, ex pluribus fluentis conflatum, & in rivos quamplurimos absumptum fuisse refert (r), unde & Abana ac Pharpas, ex Naamanis mente, Jordani æquiparari, quin imo omnibus aquis Israëliticis longe anteferri potuerunt (s).

## §. 5.

Celebritatem etiam adeptus est longe maximam Kidroneus rivus & fons, quod prope metropolin oriebatur, civibusque, quin imo sacerdotibus ob usum aquæ sacrum gratissimus erat atque utilissimus; ut ego non dubitem, quin & pro illo Judææ rivo, qui sabbatis omnibus siccabatur, juxta PLINIUM (t), haberi debeat: quandoquidem sabbatis præcipue hujus undæ ad purificationem & lotionem consumebantur. Kison autem inclaruit ob victoriam Baraki odenque triumphalem Deborah: tum etiam ob effluvia ejus in Mare mediterraneum, cum Kidron in Mortuum devolveretur pelagus, multisque hinc inde rivulis augetur (u).  
Per-

(r) *Geograph. Lib. XVI. p. 1095. Edit. ALMELOV.*

(s) *2 Reg. V: 12.*

(t) *Nat. Histor. l. cit.*

(u) *Jud. V: 21. Conf. SACRILEGUS H. Geograph. l. D. bl. 139.*

Perperam sane Viri eruditissimi ex HIERONYMO & recentiorum itinerariis concludunt ad situm fluviorum eorumque alveos & undas, quibus olim sunt gavisi atque agros circumquaque leguntur irrigasse. Ea quoque, quæ de siccitate & calore aëris ex vita S. Joannis Silentiarii elegantissimus RELANDUS excerpfit (v), nullatenus obstant, quo minus & simul torrens aquarum pluvialium copiosus Kedron appellari per hyemem potuerit, utpote tunc impletus ab imbribus; quemadmodum & *Mappa Maudrelliana*, quam idem Vir egregius exhibet (w), satis speciosum Kischonem torrentem facit. Exorta quoque mihi suspicio fuit, *Beleum* JOSEPHI (x) & *Belum* PLINII *cerimoniis sacrum* (y), cum Kischone nostro eundem fluvium, aut saltem partem ejus fuisse, Belumque cognominatum ab idolo, cui mira ejus aqua ex palude Candevia promanans, regioque circumfita consecrata extiterit. Qua semel admissâ hypothesi duo torrentes ejusdem Kisonis, HIERONYMO & BROCHARDO auctoribus, tum etiam aliorum Geographorum magnus & parvus Kison,

cæ-

(v) *Palaestin.* pag. 295.

(w) *Ibid.* pag. 295, 320.

(x) *de Bello Jud.* Lib. II. C. 9. p. m. 791.

(y) Lib. XXXVI. C. 26. p. 1558.

cæteræque de hoc flumine rixæ, quas adfert Celeb. BACHINIUS (y) facillime dirimi poterunt.

## §. 6.

Præter Belum cærimoniis sacrum, uti Plinius auctor est, *Orontes* inprimis occurrit, & quidem in confinio, ad quem superstitio multa exercebatur, quæ præscæ admodum originis erat. Audiamus STRABONEM hac de re differentem (z): "Ρεῖ δὲ τῆς πόλεως πλησίον Ὀρόντης ποταμός. — το δὲ ὄνομα ἔστι τῆ γεφυρώσαντο αὐτὸν Ὀρόντη μετέλαβε, κατὰ λέμεν ἄλλοτερον Τυφῶν. Μυθεύουσι, δι' ἐνταῦθα πρὸ τῶν πρὸ τῆν κερεινωσιν τῆ Τυφῶν, ἢ τὰς Ἀεῖμυς πρὸ τῶν ἠπομεν ἢ ἄλλοτερον φασὶ δὲ πυπτόμεναν πρὸς κερεινωῖς, (εἶναι δὲ δεξιῶν) Φεύγειν κατὰ δυσιν ζητῶντα: τοῖς μὲν ἐν ἀλκοῖς ἐν περὶ τὴν γῆ, ἢ ποιῆσαι τὸ Ῥήξαιθρον πηγῆ: ἐκ δὲ τῆς γενέσθαι τὸ ὄνομα τῶ ποταμῶ. Quam de *Tyrbone* fabulam, quod PINDARUS & HOMERUS sepulcrum ejus in Arimis collocant, alibi idem Geographus ad Ciliciam refert (aa), eum Scholiastes ÆSCHYLI natum quidem Typhonem in Cilicia, in Sicilia autem supplicio affectum fuisse scribat, notante CASAVBONO ad Strabonis hunc locum.

Atqui

(y) l. c. p. 130. sqq.

(z) *Geogr.* L. XVI. p. 1090.(aa) *Ibid.* Lib. XII. p. 929.

Atqui HERODOTUS in lacu Serbonide occultatum Typhonem tradit hisce verbis (bb):  
 Σὺν δὲ Σερβωνίδῳ λίμνης, ἐν τῇ δὴ λόγῳ τὸν  
 Τυφῶν κενύθηαι, Σὺν ταύτης δὴ Αἴγυπτῳ. DIO-  
 DORUS autem SICULUS (cc), STEPHANUS &  
 MANETHO (dd) Typhonem ad Ægyptia fa-  
 cta referunt, eumque hippopotami specie  
 conformatum a Luna jaculo esse confectum  
 EUSEBIUS memorat (ee), & id quidem ex  
 PLUTARCHO, qui varias de hoc Typhone  
 sententias in elegantissimo libello de *Iside &*  
*Osiride* collegit, & crocodili etiam formam  
 ab ipso indutam fuisse docuit. Alibi tamen,  
 nempe in Commentatione, cui titulus: *Car-*  
*oracula edi desierint*, Cleombrotum aliquem  
 introducit de barbaro quodam, accola Rubri  
 Maris, narrantem, illum omnem Typhonis  
 historiam ad malignum genium retulisse,  
 cujus cultus obscurior factus sit, eo quod in  
 alium commigraverit mundum. Quale quid  
 de Pythone etiam, quem Viros nonnullos  
 doctos cum Typhone confundere video (ff).  
 idem

(bb) *Histor.* Lib. III. p. 161. Edit. ALMELOVEN-  
 NII, Amst. 1707.

(cc) notante EUSEBIO, *Præp. Evang.* L. II. C. 1.  
 p. 46.

(dd) citante MARSHAMO *Can. Chron.* p. 108.

(ee) l. c. Lib. III. C. 12. p. 116. Conf. PIGNOR,  
*Mens. Ithac.* p. 82.

(ff) PLUCHE *Histoire du Ciel* Lib. I. §. 43. MAR-  
 SHAM l. c. p. 108.

idem ille ad genios & cacodæmonas retulit. Sane hinc *Pythoniffas* & *Pythonicos* & *Pythios* dici, qui malis geniis inflantur eorumve consulunt oracula, abunde constat; eumque *Pythónem*, qui Delphis animabat *Pythiam*, ex abyſſo infernali, anhelitum emisſiſſe & in telluris proinde penetralibus fuiſſe abſconditum, notius eſt, quam ut moneri debeat (gg). Quamobrem & ſpeluncæ, largiores inprimis, ſacræ apud antiquos habebantur, Keira exempli cauſa apud Myſios, de qua ſpecu fabulati ſunt indigenæ, teſte **DIONE CASSIO** (bb), *Titanas* a Diis ſuperatos eo conſugiſſe. Et certe ea omnia, quæ de *Pythone* ac *Typhone* reperiuntur paſſim, in eo tertio conveniunt, ut rimæ & hiatus terreſtres tanquam geniorum quorundam domicilia colerentur; & in hoc quoque, quod in *Muſæi* opere *Eumolpiorum Carminum*, ut ex **PAUSANIA** notat **RHODIGINUS** (ii), *Neptuno* ac *Terræ* oraculum fuiſſe commune referatur, & *Nymphæ* cuidam *Daphnidi*, *Terræ* prius oraculum fuiſſe indicatum perhibeatur. Quæ etiam videtur ratio, ob quam ſuperna & cognita terræ ſuperficies

*Iſis*

(gg) Conf. c. **RHODIGIN.** *Antiq. Leſt.* Lib. VIII. C. 10. p. 361. & Lib. XVI. C. 19. p. 747. ſq. **POMEY.** *Panth. myth.* p. 30.

(bb) *Hiſtor. Rom.* Lib. LI. ad finem. Conf. **STRABO** l. c. p. 1091.

(ii) l. c. p. 749.

*Isis* vocata est apud *Ægyptios*, & proinde incognitæ atque infernali, in qua *Typho* latebat, opposita, *Nephtys* appellata est. Præterea & hoc memoratu dignum mihi videtur, apud veteres *Physicos* *Typhonem* a *Pretere* non nisi ignis & vaporis fulminalis levitate differre, ut *Typho* crassior, igneus tamen, vortex crederetur; *Prester* autem levior & purior, non tantum ex *ANAXAGORÆ*, sed & ex *ARISTOTELIS* sententia (*kk*).

§. 7.

Equidem facile *MOSHEMIO* (*ll*) & *BRUCKERO* (*mm*), viris præstantissimis, largior, crudelissimum aliquem herosa apud *Ægyptios* gentesque finitimas *Typhonis* appellatione quondam fuisse designatum, *Ægyptiorumque* rituum explicationem multis modis tentatam & variis adornatam hypothesebus, leviori hæctenus tibicine niti. Sed id ægerime concesserim, ad naturam & telluris vicissitudines tandem demum aliquando applicatam fore fabulam, siquidem *Typhoei*, *Typhonis* *Pythonisque* universalior omnino & vetustior est historia, quam ut, ex mente *CLERICI* & *BANIERII*, ad fratres & principes

(*kk*) Conf. *GASSENDI* de placitis *Epicuri* p. 539.

(*ll*) Ad *CUDWORTHII* *System. Intell.* p. 247.

(*mm*) *Hist. Crit. Philos.* T. I. p. 190.



eipes Ægyptios duntaxat pertineret: Quid enim, quæso, de ortu Typhonis Delphici ex terra, deque ejus ob Junonis iram a Phœbo confossione juxta HOMERI hymnum in Apollinem? quid de eodem in Sicilia sub terra merso, deque Typhone ad Orontem ac in Sirbônide lacu latitante, multisque aliis Typhonibus & Pythonibus existimandum erit? nisi subterranea quædam vis & potentia, cacodæmoni adscripta, sub hoc vocabulo intelligatur, causaque terræ motuum, ignis nempe subterraneus, sulphureusque & bituminosus vapor, qui fluvios exsiccare, formare lacus ac paludes, ignivomos fabricare montes idoneus esset, omnibus illis de Typhone ejusque rabie narrationibus, deque Iside, id est, Ægypto inflictis calamitatibus, aliisque ejus furfuris fabulis ansam præbuerit? Neque enim in metaphysicis sed in physicis & manifestis naturæ phaenomenis origines priscae superstitionis esse quærendas mihi persuadeo; quandoquidem abstracta & ontologica philosophandi ratio veteribus incognita prorsus videtur fuisse: quod, si id ageremus, ex antiquissimis Scholæ Iönicæ placitis, quæ jure philosophica possunt appellari, haud difficulter demonstrarem, cum Thales, aquam, Anaximenes aërem, alii expansum infinitum, alii homœomerias pro principiis rerum natura-

turalium habuerint, & meteora admirandaque coeli, telluris atque atmosphære facta dictiones mythologicas & cærimonias religiosas, in Ægypto potissimum pepererint & animaverint. Quale quid etiam ænigma Fohianum in hodierna Sinensium Physica manifeste loquitur: quemadmodum & Sinarum Malum principium ad Typhonem Ægyptiorum magis, quam ad Persarum Arihmanium eruditissimus BRUCKERUS respicere arbitratus est. (nn). Mihi vero per totum Orientem, quin imo in ipsa Græcia, Typhonis non tantum nomen & cultus notissimus fuisse videtur, sed & apud Persas præsertim, quorum in sacris Mithriasis antra infernalium geniorum cultui materiam suppeditasse existimo, ita ut ignis quoque subterraneus, æque ac coelestis vulgi superstitionem prorsus excitaret focillaretque.

§. 8.

Quam rem ut manifestius demonstrarem, primo quidem ad locum PORPHYRII recurro, quem THOMAS HYDEUS in *Historia sua Religionis Persarum* citabat (oo), ut antra Zoaroastris specusque religiosas omni idololatriæ crimine penitus abolveret. Vellem ego

(nn) l. cit. Tom. IV. P. II. pag. 951.

(oo) Cap. IV. pag. m. 116. Edit. Oxon. 1760.

ego Virum eximium meaque laude majorem textum Porphyrii accuratius inspexisse atque ita Geniorum cultum superstitiosum in antris observasse: quod valde miror, acutissimum BAYLIUM non fecisse (pp), cum non nisi de Hydeana exceptione jocatur, quoad *cultum civilem*, non vero idololatricum: quem statuerat ille Persas Igni exhibuisse, ut & hoc pacto Jesuitis Confucium apud Sineses adorare per *Hydeum* licuerit. Fictum autem PLATONIS umbrarum & Echus in spelunca ab initio *Libri septimi de Republica* hoc non quadrat. Sed inspiciamus potius Porphyrium & confiteamur aperte, infernalibus quidem geniis scrobes & speluncas majores, a Natura in telluris penetralibus fabricatas, tanquam fana & sacraria consecratas fuisse, in Perside etiam, principemque & antistitem eorum dæmonum Arimanium, id est Typhonem Persicum existisse; non autem Sarmaticum heroem aliquem, veluti conjecit Ill. LEIBNITIUS (qq) & post eum plures Viri Celeberrimi.

(pp) *Diction. Hist. Crit. Zoroastre* G. Tom. III. p. m. 3082.

(qq) *Theodic.* §. 138. p. m. 824. sqq.

§. 9.

Locus autem PORPHYRII (rr) sic se habet: Ως γὰρ πῶς μὲν Ὀλυμπίαις θεοῖς ναὸς τε καὶ ἑδρὰ καὶ βωμοὶς ἰδρύσαντο· Χθονίοις δὲ καὶ ἕρωςιν ἱεράεσσιν· ΤΠΟΧΘΟΝΙΟΙΣ δὲ ΒΟΘΡΟΤΕ καὶ ΜΕΓΑΡΑ· ἕτω καὶ τῷ κόσμῳ αὐτοῖς τε καὶ στήλαια· Usus vero est HYDEUS *Holsteniana* versione, quæ sic sonat: *Nam ut Diis Coelestibus templa & delubra atque altaria ponebant; Terrestribus vero & Heroibus aras; SUBTERRANEIS AUTEM SCROBES ET ÆDICULAS: ita Mundo antra & specus.* Dubitat tamen Vir eximius de ædiculis *Holstenianis*, unde græcum quoque vocabulum ΜΕΓΑΡΑ versioni interjectum lectoribus exhibet. Et sane hac in parte Cl. GESNERI interpretatio præferenda. *Sicut enim, inquit, Diis quidem Coelicis templa aedes & altaria constituebantur: terrenis autem & heroibus foci, ac INFERIS FOVÆ, HΥΠΟΓΕΑ ET CRYPTÆ: sic mundo antra speluncæque dedicabantur (ss).* Μεγαρες enim nunquam ædiculas sensu diminutivo notare posse, etymologia vocis & usus insinuant. Descendere namque creditur a  
μεγαρες,

(rr) *De Antro Nymphar. Edit. nova, Celeb. VAN BOENS, pag. 7.*

(ss) *Id. ibid. p. 39.*

*Bibl. Hagana Cl. IV. F. I.*

G

μεγας, Thetisque apud HOMERUM ἐν μεγάροις  
se malo fato Achillem reperisse lamen-  
tatur:

— τῷ σε κακῇ αἴσῃ τέκον ἐν μεγάροις (tt).

& Achilles ipse velox pedibus de ædibus  
patris Pelei hoc usus vocabulo loquitur:

Πολλὰ δὲ σὺ πατρὸς ἐν μεγάροις ἀκασα  
Ἐυχράνεις, — — — (uu).

Pelei autem ædes in cryptis subterraneis  
fuisse quærendas ipsa suadet Mytholo-  
gia (vv); adeoque per τὰ Μεγαρα seorsim  
posita, ut apud PORPHYRIUM, ingentes uti-  
que cavernas & canales notari, quibus Ma-  
re cum Tellure connubium aliquod exercet,  
universa clamant. Perfossorum itaque mon-  
tium meatus, porticus & conclavia, qua-  
lia verbi causa hinc non procul hodieque in  
confinio Trajecti ad Mosam sub montem  
S. Petri (ww), alibique visuntur, simul  
cum præcipitiis montanis puteisque aqua re-  
pletis PORPHYRIUS inferorum spirituum ha-  
bitacula & sacraria facit. Qua ratione ve-  
ro antra ac speluncæ ab hisce cryptis & hy-  
pogeis

(tt) *Iliad. A. vs. 418.*

(uu) *Ibid. vs. 396.*

(vv) *Conf. voss. de Idololatr. L. II. p. 708.*

(ww) *Staat van alle Volken, 12. Deel, bl. 365.*

pogis differant, haud usquequaque patet; nisi quod specus & antra luci quodammodo patentia umbras admittant; mixturam quippe laeis & caliginis, quæ mixtura, uti est notissimum, omnem Naturæ ornatum & elegantiam depingit. Quapropter quoque per τὸν κόσμον, Mûndum, non intelligo simpliciter & vago significatu ita dictum, sed formam & pulcritudinem rerum naturalium, quatenus admirationem & stuporem eliciebat, divinoque proinde honore digna credebatur.

§. 10.

Neque istud quoque attentione nostra indignum videtur, una cum τῶ Κόσμῳ Nymphas & Naias iisdem antris ac specubus, sacellorum & mansionum loco, gaudere. Sic namque PORPHYRIUS eodem in loco disserere pergit: Ὡσάντως δὲ καὶ πᾶσι νύμφαις ἅλα τὰ ἐν ἀντροῖς κατὰλειβόμενα, ἢ ἀναδιδόμενα ὕδατα. ἢ αἱ Ναιδες πηγέσῃ κασι νύμφαι! *itidem & Nymphis, ob aquas in antris destillantes & scaturientes; quibus Naiades nymphæ præfunt.* Videlicet antrorum hic quædam species excipitur, quæ Nymphis sacra erat, illa nempe, quæ fontibus cataractis rivulisque interius adsparguntur, aut scaturigines in suo sinu abscondunt. Innumera certe ejusmodi in scriptis Porphyrii a Literatoribus & Philo-

lofophis deprehendentur; quæ ulteriori illustratione indigent, & ad Mythologiam Theologiamque Idololatricam veterum accuratius intelligendam maximopere conducunt. Verum illa alterius sunt loci.

## §. II.

Enimvero non opus est magnam impendere operam, ut evincamus, fontium fluviorumque numina nymphasque fluviatiles a gentibus olim fuisse agnitas, iisque res sacram omnino peractam a multis populis cum id JOANNES CHIFLETIUS abunde docuerit in sua *Aqua Virgine* (xx), nec non stupendæ eruditionis vir PETRUS ZORNIUS, in notæ peculiari ad appendicem, quem Chifletianæ dissertatiunculæ subtexit (yy), ubi similitudinem textum ESAÏÆ vatis supra allatum adtulit quippe quem LUD. DE DIEU (zz) ex eadem superstitione illustraverat. Cui tamen opinioni inprimis, præter alios, ex professione opposuit CAROL. LUDOV. HOHEISELUS (a) ad locum JESAÏÆ allatum, utpote qui non ad poenam Idololatriæ, sed ad ipsum delictum intendi digitum a Prophe-

aut

(xx) *Bibl. Antiq. Exeg.* Tom. I. p. 193.

(yy) *Ibid.* p. 198.

(zz) *Crit. Sacr.* p. 64.

(a) *Observ. Philol. Exeg.* p. 303. 199.

autumabat, & eatenus ab eximio Commen-  
tatore CAMPEGIO VITRINGA dissentiebat ;  
quamvis & valles loco torrentium adhibet,  
utpote idololatriæ ex usu accommoda-  
tas (b); quasi vero id de torrentibus ac  
fluviiis dici aut saltem demonstrari haud pos-  
sit. Quam rem ulterius quoque ex itinera-  
riis alibi ZORNIUS illustrat (b\*). Miror ita-  
que admodum, profanationem torrentium  
Kidronis Kisonisque a Viris doctis nusquam  
vocari in censum, ut inde evincerent &  
formam superstitionis a Vate notatam, & si-  
mul modum, quo punita non semel tandem-  
que abrogata fuit.

§. 12.

Idola Arabica Al Latt & Al Uza aliaque  
obscuræ appellationis monstra ex rupibus  
glabris, quæque figuram aliquam hominis  
aut animalis, vel etiam montis, Carmeli  
forsan (c), pyramidalem, præ se ferre vi-  
debantur, interius excavata ad edenda ora-  
cula THOMAS HYDEUS adfert (d), utpote  
ad

(b) HOEISEL. l. c. p. 307..

(b\*) *Mus. Theol.* Tom. I. p. 282. sqq.

(c) Conf. G. J. VOSS. *de Orig. Idololatr.* Lib. II.  
C. 62. p. 639. sq.

(d) *Histor. Relig. Vet. Persarum*, p. 129, 130.



ad veterum Persarum religionem pertinere, quin imo & ad Assyriacam & Orientalem populorum communem superstitionem: cui etiam addicti fuisse Judæi existimandi sunt, si JESAIÆ nostri vexatam nimis ab interpretibus orationem velis intelligere. Hisce itidem idolis Agalibalus, id est Dominus Rotundus, sive Heliogabalus HERODIANI comparandus est, quippe cujus simulacrum erat lapis magnitudine immanis basi circulari atque in conum desinens apud Phoenicios ac Syros notissimus & Molocho affinis, liquidem huic, ut ex *Xiphilino* SELDENUS notat (e), etiam pueri immolabantur & pudenda virilia abscissa. Ritus etiam defodiendi homines vivos τῷ Ἄδῃ, sive Deo qui sub terra degebat; tum etiam submergendo virginem Nilo, variaeque ejusmodi finitimarum gentium caerimoniae abunde descunt, nulla contorsione ad illustrandum Jesaiæ vaticinium opus esse, sed e contrarij literalem textus expositionem longe praesertim re accommodationibus per alembicum quae extractis. Quid enim vetat fieri potuisse ut in Divinis pandeētis antiquitates & mirabiles res notarentur, de quibus apud profanos aeternum erat silentium? Neque etiam videri quidni ex prophetiis monumenta historiarum eruere nobis liceat, praesertim ubi directum

(e) *de Diis Syris* p. 227.

quid contigerit, quibusque consuetudinibus Israël addictus fuerit, viri sancti accuratius exponunt. Certe ejusmodi quid a Vate, citato in loco, passimque alibi, tum etiam ab aliis oraculorum præconibus hinc inde, factum esse, quicumque paulo accuratius ad eorum stylum & scopum attenderit, manifeste deprehendet.

§. 13.

Operæ igitur pretium mihi prorsus videtur examinare, cujusnam superstitionis Judæos JESAIAS reos agat sub imperio Hiskizæ, ut evineat ad incredibilem enormitatem ritus idololatricos ea tempestate excrevisse. Et primo quidem observari velim per הַנְּחִלִּים designari neutiquam potuisse Vallem filiorum Hinnon, quod HOHEISELUS cum SANCTIO & GROTIUS conjiciebat (f), neque vallem famosissimam illam Libanum inter & Anti-Libanum in Baalbeci hodierni confiniis, quemadmodum cum VITRINGA ZORNIUS autumabat (g), sed torrentes quam maxime profundosque aquarum decursus, eosque varios atque ubivis obvios, ut plurali numero & per excellentiam, præfixo

(f) *Observ. Philol. Exeg.* p. 306.

(g) *Mus. Theol.* T. I. p. 284.

præfixo articulo הַ, הַ נְהָלִים appellari debuerint. Mox enim in præcedentibus conquestus Propheta fuerat, zelum superstitionis impiumque in nemoribus ac sylvis sub quavis arbore sine discrimine in campis umbram spargente, turpiter efferbuisse; & sic continua orationis serie, etiam ad torrentium valliumque uliginosorum alveos tempestate pluviatili irriguos & quaquaversum extensos descendat, communemque hac ratione ac dominantem abominationem demonstrat. Infantium autem recensentium טוֹר הַלְרִים maectationem crude-

lissimam, per Climacem quasi oratoriam vates objicit, ut cultu Molochico pejorem esse superstitionem arguat; quale quid etiam Celeb. VITRINGÆ facile suboluit (b). Differt autem, quæ hic memoratur, simplex maectatio a cærimoniis Molochicis, quæ nullam admittebant maectationem; quod probe notandum est, quamvis Viri docti ad id non attenderint. Atqui סַעְפֵי הַסַּעֲלִים per rei naturam nihil aliud existere poterunt, nisi rupium cavitates excavatæ undarum alluvie, glabraque montium præcipitia, qualia passim juxta fluvios ubivis terrarum prostant, mirabili nonnunquam artificio quasi in porticum & laquearium formas

(b) l. c. p. 754.

mas fabrefacta. Sub laquearium ejusmodi  
 ropiumque umbra tristi atque horrida Diis  
 Inferis, Typhoni, Pythoni, Kōsmo, Nym-  
 phis fluvialibus, aliisque geniis subter ter-  
 ra latentibus rem sacram facere omnino  
 aptissimum videbatur, quod depressioribus  
 & profundissimis telluris penetralibus ita  
 propius accedere licebat. Quorsum quo-  
 que spectabat infantium mactatorum sub-  
 mersio vivorumque defossio; quo sic in vora-  
 gines & abyssos ea sacrificia penetrarent &  
 ad orcum, ceu sedes & palatia Plutonis, Pro-  
 serpinæ, Vestæ, Opis, Isis aliorumque  
 divarum vestibula & atria deportarentur.

§. 14.

Longe vero obscuriora sunt magisque  
 crucem figunt interpretibus, quæ in priori  
 commatis sexti hemistichio leguntur, in  
 quibus manifesta regnare creditur Parono-  
 masia: *חלקי נחל חלקך* *inter leves lapillos*  
*torrentis pars tua.* Ellipsin Orientales raro  
 admittere nunc non probo. Id saltem a  
 cordatis lectoribus concedi mihi postula,  
 & jure quidem meo, *חלקים* substantivam  
 esse vocem non adjectivam, ut patescit ex  
 sequenti formula *הם הם*, & tale quidem  
 substantivum nomen, quod ad *נחל* seu  
 G 5 tor-

torrentem restringatur. Habet SEB. SCHMIDTUS, uti in Clavi STOCKIUS notatum dedit, *loca fluviorum* per læves lapides & saxa decurrentia, ad quæ Dii aquarum a barbaris & gentilibus placari solebant. Propius id quidem, quoad sensum, accedit, sed vim phraseos nondum exhaurit. Singularis enim deperditus **אלהים** Activum spirat

atque adeo congruit cum Arabico **خالق**, Creatoremque ceu Lavigatorem polientem designat (i). Concludo istud tum ex con-

stanti Radicis **حالف** usu, tum ex Derivatis, tam Hebræis, quam Exoticis sororiis, quæ in eo tertio amice universa mihi conspirare videntur (k). Placet hic Celeb. KUYPERSIUM nostrum citare in notis doctissimis ad *Ali Ben Abi Taleb*, sequentia observantem: **אלהים** *Part. I. a خلق* creavit, proprie glabrum fecit; polivit, exasciavit, efformavit, creavit Perpetuus hic est Dei titulus in Alcorano non tantum, sed & apud alios. e. gr. *Har. III. 168. apud Abulolam الصانع* **خالق** Creator lucis. Et quibusdam interjectis:

CON-

(i) SOLIUS in *Lexico*. JAC. SCHEIDIUS in *Glossar*. p. 61.

(k) PAGNINUS, COCCEJUS, BUXTORF, etiam in *Lexic. Talmud. Rabbin.*

## quibusdam Fluvial. & Aschera Dea. רֹז

conferatur quoque Hebr. גְּרָא גְּרָא *cujus veriver-*  
*bium est polire exasciando; quæ vis sub גְּרָא*  
*ult. , & י residet (1). Refertur autem a*  
*Poeta Arabe ad astra & ætherem, juxta*  
*Viri literatissimi versionem:*

*O Creator syderum  
Coelique firmissimi.*

quod *perpoliantur* non tantum ad nitidissi-  
mam explendescentiam, sed & in suas se-  
mitas glabro & facili devolutione & rota-  
tione obambulant & excurrunt. Secus enim  
sefe res habet respectu habito ad torren-  
tem Kisonem, quem hic notari autumem,  
non exclusis tamen Kischone, Jaboko &  
Arnone, quod articulus נַחַל נָפִי minime  
appingitur. Plurali nempe numero memo-  
rantur חַלְקֵי נַחַל, quod verti mallet: *expo-*  
*hentes efformatores torrentis.* Atque adeo ad  
causas torrentium naturales respiciendum  
erit, fontes puta ac decursus aquarum, ex  
montium declivitate hinc inde rivulis mino-  
ribus in torrentem effluentes, ejusque al-  
veum & ripas lambentes, terentes, expolien-  
tesque, ut nitido speculo explendescat, gra-  
toque spectaculo arrideat; Credibile vero  
est,

(1) *Ali Ben Abi Taleb, Carm. II. vs. 17, 18,  
p. 38, 39.*

est, Idololatrica præjudicia nymphas genios-  
 que subterraneos torrentium artifices atque  
 expolitores fecisse, atque inde ad Ægyptio-  
 rum aliorumque finitimorum ritus sese ac-  
 commodantes Judæos dæmonas ac deos  
 ejusmodi effinxisse, quibus bona omnia ac-  
 cepta ferre haud erubescerent, eo quod  
 torrentium exundatio atque abundantia fer-  
 tilitatem mirificam causabatur. Quibus se-  
 mel admisis, nihil mihi jam apertius vide-  
 tur & clarius, quam quæ Propheta Judæis  
 mox exprobrat: בחלקי נחל הלקך הם הם  
 נורלך, quæque porro subnectuntur de for-  
 ma & ritu sacrificandi atque excolendi flu-  
 minales deos. Illis enim & undarum amoe-  
 na puritas, pulcherque decursus & universa  
 ea, quæ ad irrigationem ac fertilitatem in-  
 de promanantem pertinebant, tanquam cau-  
 sis, auctoribus, quin imo creatoribus fa-  
 brisque ad perfectissimam elegantiam expo-  
 limentibus adscribebantur. Quamobrem & jure  
 suo eorum numina & libaminibus & muni-  
 bus ritu sacro offerendis digna a multis sunt  
 habita.

## §. 15.

Enimvero idololatrarum hæc insolentia ac  
 temeritas eo impudentiæ procedebat, ut  
 roget indignabunda postulatione Dominus,  
 num

nom sibi per justitiam & sanctitatem suam liceat, tantas adversus Majestatem suam ac Providentiam injurias diutius impune ferre? **הַעֵל אֱלֹהֵי אֲנֹתָם**. Sibi enim soli Jehova vindicat torrentium & fluviorum productionem, (m), eamque imprimis suæ curæ assiduæ atque administrationi subesse relate ad Judæam AMOSUS (n) arguit; veluti olim fufius MOSES observaverat, cum aliam prorsus soli indolem naturamque, ab Ægypto hac in parte mire diversam, Canaanitidi & Palæstinæ, quam tunc adibant Israëlitæ, verbosius adsignaret. (o) Estque ille locus tanto notabilior, quo fortius in hac schesi cultum alienorum deorum exhiberet atque dissuadeat, rursusque pluvix defectum agrique sterilitatem comminetur, nisi Jehova solus pro Creatore atque Expolitore torrentium, seu, quod eodem redit, pro unico pluvix tempestivæ ac serotinæ largitore ab omnibus agnoscat. (p) Manifestum id est indicium, imbutos non tantum fuisse hac in parte Israëlitas superstitione Ægyptiaca; sed & facile inclinasse ad cultum nympharum ac geniorum, quos credula nimium antiquitas fontibus

(m) Job. XXXVIII: 25 — 30.

(n) Amos. IX: 5, 6.

(o) Deut. XI: 10 — 15.

(p) vs. 16, 17.



bus, scaturiginibus, puteis, torrentibus etiam atque annibus præsertim præficere non dubitavit. Ipsum quoque Decalogi Præceptum secundum imagines in censum vocat rerum in aquis sub terra, sive infra terræ superficiem degentium, piscium nimirum, natatilium & conchyliorum: quibuscum statim in memorabili quodam Deuteroseos loco, (q) junguntur Sol, Luna, Stellæ, utpote idonea adorationis objecta, ut evidentius pateat rerum intelligentibus ad Ægyptios non tantum, sed etiam ad Chaldaicos & Persicos apparatus religiosos digitum Legislatoris omnino intendi. Ipsum vero Nilum pro Deo ab Ægyptiis cultum fuisse ex HELIODORO atque ATHÆNEO, nec non vetere quodam numismate PIGNORIUS comprobât (r), simulque addit & evincit in compendio, Canem, puta stellam, nomine Syrium, sub Anubis appellatione, divinis honoribus dignatum fuisse; idque urget luculentius ex DIODORO, JOSEPHO & JUVENALI adversus PLUTARCHUM (s), ut Canis Syrius inter *Creatores* & *Expolitores aquarum* apud Nili accolæ haud ultimum locum tenuerit. Nec propterea quoque ad explicationem Præcepti Secundi necessarium ducimus ad  
Chal-

(q) Deut. IV: 15—19.

(r) Mens. Isiac. p. 80. sq.

(s) Ibid. p. 82.

Chaldaeos & Persas respicere, siquidem & ipsi ibidem Ægyptii, idololatricorum rituum promicondi primarii, ad solem & sidera non tantum sed & ad aves & pisces respexerunt: quod præsertim ex elegantiori MINUCII FELICIS testimonio, a JAC. PHILIPP. THOMASINO in medium prolato, (t) conficitur., ubi ille Romanos alloquitur: *Nonne & Apim bovem cum Ægyptiis adoratis & pascitis? nec eorum sacra damnatis instituta serpentibus, crocodilibus & belluis cæteris & avibus & piscibus, quorum aliquem Deum si quis occiderit, etiam capite punitur.* Univerſa autem illa ad foecundandum Ægyptum Nilique prosperam exundationem nonnihil credebantur suppeditare, atque eo pacto religioso dignissima cultu habebantur. Diffitendum interim non est, Ægyptios inter & Nabatæos, Syrosque & Chaldaeos ridiculæ pietatis communionem quandam intercessisse, eamque hæresin Zabæismi forſan titulo fuiſſe inſignitam; quemadmodum pluribus Ill. SPENCERUS (u) animadvertit. Nam & apud Phoenicios ac Syros piscis pro Deo colebatur, ut ex XENOPHONTE probat RHODIGINUS (v), hiſce uſus verbis:

(t) *Cecrop. Pot.* p. 39.

(u) *de Legib. Hebræor. Ritual.* L. II. C. I. pag. 211. ſqq.

(v) *Antiq. Leſſ.* p. 871. *Conf. CELLEA. Geogr. Antiq.* Tom. II. p. 250.

verbis: *In Syria, fluvium nomine Chalybē Χαλὺν celebrat Αναβάσεως primo Xenophon, in quo visuntur pisces, magnitudine insignes ac miti mansuetoque ingenio. Eos, inquit, deos arbitrabantur Syri, nec injuriis affici patiebantur. Quibus ex recentioribus velim addas DIËTERICUM (w), STUCKIUM (x) & SELDENUM (y), ubi de Dagone quoque Philistæorum idolo verba faciunt.*

## §. 16.

Exhibet autem GER. JO. VOSSIUS loca quædam ex PÓRPHYRIO, quibus Nymphas & Naïdas ostendit, a fluxibus sic dictas, pro potestatibus habitas fuisse, quæ fluxui ac fontibus essent præfectæ; iisdemque demonstrat deinceps hoedos fuisse sacrificatos (z) Sed ad Prophetæ nostri locum non respexit Vir eximius, ex quo tamen & hoc apparet peculiare, filiolos infantes istis torrentium expolitoribus & fluminum potestatibus

(w) *Antiq. Bibl. Tom. I. p. 344.*

(x) *Sactor. Gentil. Descript. p. 38.*

(y) *de Diis Syris Synt. II. C. 3. p. 267. sqq. Conf. J. H. REITZ, & J. H. HOTTINGERUM ad GOODWIN Mos. & Aaron T. I. p. 406. & IOIO. ALEX. AB ALEXANDR. Lib. VI. C. 26. MUSCUL. Loc. Com. p. 53.; alios.*

(z) *De Orig. & Progr. Idololatr. Tom. I. p. 713.*

## Quibusdam Fluvial. & Aschera Dea. 113

tibus immolatos fuisse. Nam, præterquam quod horrenda dictu cærimonia humanas victimas immolandi a Canahæis, & Phoenicibus oriunda, totum terrarum orbem peragravit (aa), ita Romanorum consuetudo Argeos triginta quotannis projiciendi in Tiberim, scirpeas putâ hominum imagines, ex mente DIONYSII HALICARNASSENSIS, quem citat EUSEBIUS (bb), ad antiquum Pelasgæ gentis morem spectabat, homines, sacrificandi gratia, projiciendi in fluvium. Ditem namque patrem & Proserpinam arâ subterranea placatos fuisse & a Valerio Valerio ad Tiberis ripas Diis Manibus, ubi undæ exederent aut siccarent eas, furvas victimas oblatas ludis deinde sæcularibus ansam præbuisse, satis inter eruditos constat (cc). Quamobrem Nymphis non tantum, sed & Proserpinæ ad fluvios sacra peracta esse potuerunt. Proserpinæ namque ἀνδροπόδιον, ex mente gentilium, placuisse, CLEMENS ALEXANDRINUS demonstrat (dd) ex Demarato;

(aa) VOSSIUS l. c. L. I. p. 261. seqq. STUCKIUS l. c. p. 62, 63.

(bb) *Præpar. Evang.* L. II: c. XVI: pag. 160.

(cc) Conf. ANG. POLITIAN. ap. ROSIN. *Antiq Roman.* p. 358.

(dd) *Admon. ad Gentes Opp.* p. 27. SYLBURGII Cölon. 1688. Fol.

rato, ajens Erechteum Atticum suas filias Persephonæ sacrificasse; quam proinde crudelitatem in culto Pythonis, Typhonis aliisque infernalibus dæmonibus apud Ægyptios & Phoenicios non adeo absurdam & superstitioni acceptæ contrariam fuisse, quilibet rem æqua ponderans bilance, mecum intelliget. Quin imo sacrificandi modus apud JESAIAM indicatus non abludit prorsus a Persarum more, ubi aquæ sacrificant. STRABO, instar omnium, ita rem enarrat (στ). Τὰ δὲ ὕδατι ἐπὶ λίμνην, ἢ ποταμὸν, ἢ κρήνην ἐλθόντες, βόθρον ἀρύξαντες εἰς τῆσαν σφαγιάζον, φυλαττόμενοι μὴ τι ἐκ πλησίον ὕδατος καθαρῆ ἀιμαχθεῖη, εἰς μίανθῦντες. Manca hic est, ut sæpe solet, GUIL. XYLANDRI interpretatio; assertio enim Geographi ad verbum reddita huc redit, ubi nexum cum antecedentibus consulueris. *Aquæ (sacrificantes) ad lacum, fluvium aut fontem ubi venerint, scrobem fodientes, in illam mox hostiam jugulatam projiciunt, sedulo caventes ne quid proximæ aquæ puræ sanguine cruentetur, quippe sic sacratam undam polluerent.* Notatque CASAUBONUS ad hunc locum ex HERODOTO, TACITO ac PLUTARCHO, Persas non tantum, sed & Romanos fere equum ejusmodi sacrificiis adhibuisse; quod miror STUCKIUM aliosque antiquarios

ποη

quibusdam Fluvial. & Aschera Dea. 115

non observasse. Sed equos illos candidos fluviiis consecratos a Persis missos faciamus, & potius ad execrabilem Xerxis superstitionem attendamus, quam ad Strymonem annem exercuisse humanis hostiis HERODOTUS refert (ff). Ita autem habet locus memorabilis: Φαρμακίσαντες ἢ ταῦτα ἐς τὸ ποταμόν, καὶ ἄλλα πολλὰ πρὸς τέτοιαι, ἐν Ἐννέαι ἰδοῖσι πῖσι Ἡδωνῶν, ἐπορθόνη κατα τὰς γεφύρας, τὸ Στρυμόνα ἀρόντες ἐζῶγμένον. Ἐννέαι ἢ οὐδὲς πυθαγόρειοι τὸ χωρὸν τέτον καλέεσθαι, τοσούτους ἐν αὐτῷ παιδάς τε καὶ παρθένους ἀνδρῶν τῶ ἐπιχωρίων ζῶντας κατώρυσαν. Περσικὸν ἢ τὸ ζῶντας κατορύσσειν. ἐπεὶ καὶ Ἀμηνριν τὴν Πέρξεω γυναῖκα πυθαγομαί γηράσασαν δις ἐπὶ τὰ ἐόντων ἐπιφανέων Περσέων παιδάς ὑπὲρ ἐαυτῆς ἐὼ ὑπὸ γῆν λεγομένη εἶναι θεῷ ἀντιχαρίζεσθαι κατορύσσειν. Quae verba ita Latine reddidit LAURENTIUS VALLA & probe quidem: *His ἔ' aliis compluribus inquantamentis circa flumen factis, per Novem vias Edonorum iere ad pontes, Strymonem junctum inveniunt. Audientes autem eum locum Novem vias appellari, totidem illic pueros ac virgines virorum indigenarum vivos defoderunt. Persicum enim est defodere vivos, nam ἔ' Amestrim Xerxis uxorem, jam provectae aetatis, audio bis septem illustrium Persarum liberos de-*  
fo-

(ff) Histor. Lib. VII; c. 114. p. m. 416. Edit.

GRONOVII.

fodisse, sic gratificantem Deo, qui sub terra esse fertur. Hac autem historia illustrari puto Strabonis supra citatam phrasin εἰς βόθρον σφαγιάζεσθαι, cum nisi viva defossio indicaretur, insolens phrasis & minus Græca foret, quod alibi in Cleomenis historia HERODOTUS verbum σφαγιάζεσθαι simili in casu cum Dativo construat. ἀπικόμενον δὲ ὦν ὁ Κλεομένης ἐπὶ τὸ ποταμὸν τῆτον, ἐσφαγιάζετο αὐτῷ (gg), ubi nec verbum καλλιερρεω necessario ad extorum inspectionem restringendum esse eum in finem moneo, ne jugulatio cultro aut securi peracta ad sacra fluvialia retorto collo trahatur, tanquam requisitum certissimum & perenne. Consentit vero formula Prophetæ **וַיִּשְׁחַט בְּנַחֲלִים הַיְלֵרִים** mire cum illo Geographi, βόθρον ορυξαντες εἰς τοῦτον σφαγιάζον), præsertim ubi reliqua vaticiniū verba simul conferantur. Quod autem **CASSAUBONUS** ex fide Codicis MSS. Medicei Περσικὸν δὲ τὸ ζῶντας κατορύσσειν pro lemmate Lectoris cujusdam docti haberet & propterea expungere non dubitaret (hh), male me prima fronte habuit, donec mutuo acceptam ab amico literatissimo elegantissimam Celebratissimi **WESSELINGII** editionem, eam observationem reponi, in integrum restitui &

Hero-

(gg) Lib VI<sup>c</sup>. 76. p. 356.

(hh) Not. & Observ. in Herodot. p. 977.

Herodoto vindicari non sine voluptate animadverterem (ii). PLUTARCHUS autem Amestris facinus ita accepit, ut Plutoni duodecim vivos homines defoderit, cum bis septem Persas Pythoni sive alii cuidam Genio Fontali & Subterraneo, Strymonis fluvii expolitori a regina vivos sepultos devotosque fuisse Herodotus aperte indicasse mihi videatur; ut vel Plutarchus deceptus fuerit, vel ejus textus hoc loco in menda cubet. Quod autem WESSELINGIUS ἰ πᾶν ad BRISSONIUM de Persarum suppliciis agentem (kk), illic provocat, ita comparatum est, ut & Brissonium coarguat, qui hunc defodiendi pueros puellasque morem apud Persas acceptum ad sacra pluvialia accuratius non retulerit, simulque reginæ factum cum regis parallelo connectere, proque uno eodemque superstitionis actu habere eximium Commentatorem noluisse demonstrat.

§. 17.

Sed ne ulterius me horrendis hisce superstitionum næniis capite demisso immergam, ad finem propero, contentus adducere alium STRABONIS (ll) assertum, quo pollutio Kisonis  
Ki-

(ii) HERODOT. *Histor.* PETR. WESSELING. p. 557.

(kk) BRISSON. de *Regno Persar.* Lib. II: p. m. 264.

(ll) *Lib. cit.* p. 1066.



Kidronisque paulo altius memorata ita illustretur, ut ad Persicos itidem mores alludere credatur. *In fluvium, inquit, Persæ non immejunt, nec lavant, nec abluuntur, nec cadaver injiciunt, nec alia quæ immunda esse videantur.* Quibuscum HERODOTI (mm.) parallela CASAUBONUS in notis contulit, quæ integra hic appinxisse non pigebit, quod mutilata quadantenus ad Geographum allegantur: Ἐς ποταμὸν δὲ ἔτε ἰγορέυσι, ἔτε ἰμπτύυσι, οὐ χεῖρας ἰναπονίζονται, ἔδὲ ἄλλον ἔδινα πειροῦσι, ἀλλὰ σέβονται ποταμὸς μάλιστα. *In flumen nec immejunt, nec inspuunt, nec manus abluunt, nec alium ista facientem negligunt, sed flumina quam maxime colunt.* Ergo ista sacra Baalis quoque sacerdotibus sub regno Achabi demandata fuisse crediderim, eumque in finem ab Elia ad torrentem Kisonem abductos esse, ut jugulati ipsi infernalibus geniis devoverentur, & undæ Kisonis horrendum in modum profanarentur (nn). Erat enim ea tempestate sicca & sterili quæstio oborta de vero Aquarum Expolitore Ignisque creatore, utrum Baal quidem foret an Jehova? cujus quæstionis decisio fiebat coelitus igne primum, Eliæ sacrificium consumente, torrentisque deinceps pollutione, ne Nymphis, Proserpinæ, Typhoni aliisque ejus fur-

(mm) Lib. I: c. 138. p. m. 57.

(nn) 1 Reg. XVIII: 40.

fursuris diis inferis aquarum concessio plu-  
viaeque demissio tribueretur dehinc; quando-  
quidem istis hac ratione irritatis & contemp-  
tis publice, Jehova tamen abundantem im-  
brem dimitteret coelitus, atque adeo turpis-  
simam superstitionem exhibilaret solemnii ri-  
tu & miraculoso afficeret opprobrio: quem-  
admodum & Tiberius Cæsar Isidis statuam  
in Tiberim jussit projici, ut ejus cultus po-  
steris abominationi foret (oo). Forsan &  
cum illa statua idolum Maachæ abominabile  
quodammodo convenit, aut Typhonis ali-  
cujus figuram atque imaginem turpissimam  
repræsentavit. Quod enim de Priapo vel  
Pane conjiciunt viri docti, mea de senten-  
tia, minus consuetæ Orientalium superstitio-  
ni congruit. Præterquam quod Hebræa  
phrasis מַלְאָכָה לְאִשְׁרָה prorsus aliud insi-  
nuat; quippe אִשְׁרָה nomen sit proprium Ido-  
li, cui regina Maacha statuam erexerat,  
veluti hinc ter hac sola appellatione insigni-  
tur (pp). Fortunæ potius imago, quam Pria-  
pi vel Panos ex Hebræo etymo liceret ex-  
scul-

(oo) FLAV. JOSEPH. *Antiq. Jud. Lib. XVIII: c. 4:*  
p. m. 623. Cæterum figuram Typhonis terri-  
bilem BASNAGIUS exhibet *Hist. des Juifs L*  
III: 19. tom. II: p. 917.

(pp) 11 Reg. XXIII: 4, 6, 7.

sculperet, ut horridum illud, quod alteri in-  
 hæret vocabulo מַפְלֵצָה non nisi moraliter ac-  
 cipiendum sit, ut abominationem ipsius idolo-  
 latriæ innuat. Nec fortassis extra oleas va-  
 gabimur, ubi respectu habito ad superstitio-  
 sas Aegyptiorum Persarumque cærimonias  
 per ASCHERAM aquæ expositorem, nym-  
 pham aliquam deamve, quæ fluminibus  
 præesset & undis, Fortunam Frugiferantem,  
 Isidem, Astartem, Atergatim, Venerem,  
 Lucinam Dianam, aut simile aliquod numen  
 intelligimus, cui mulierculæ ædiculas texe-  
 bant, non secus ac postmodum in Asia tem-  
 pla argentea Dianæ consecrata religiose co-  
 lebantur (qq). Enimvero, quod ex PLU-  
 TARCHO notavit PIGNORIUS, *Isis, Minerva,  
 Proserpina, Luna, Thetis nomine dissident, et  
 non item* (rr). Fieri que sane potuit, ut,  
 ubi Osiris per Hebraicam appellationem  
 אֲשֵׁרָה exponendus fere esset, Isis quoque per  
 אֲשֵׁרָה, utpote soror, mater & filia *Osiridis*  
 indicata fuërit (ss). Urnam Isidis imago si-  
 nistra tenere manu solebat, ut Nili foecun-  
 dantem irrigationem notaret, simulque mul-  
 tis mammis, Dianæ adinstar, in pectore  
 insigni-

(qq) *Actor. XIX. 24. Conf. Auctores a WOLFIO  
 citatos in Curis.*

(rr) *Mens. Isiac. pag. 2.*

(ss) *Conf. FLUCHE Histoire du Ciel, Ch. 4. p. 11.  
 & 12. & HÖPMAN in lexis. ad vocem OSIRIS.*

insignita comparebat: quæ proinde mammae ubertatem & Fortunam Naturæ foecundantem figurabant, & ad torrentes ac fluvios lepida allegoria numen ejus referebant. Quæ omnia quoque in causa fuere, ut ad plenariam superstitionis idololatricæ profanationem juxta Kidronis ripas statua concremaretur; mox vero, ut tandem aliquando omnis ubertatis & foecundationis idea eluderetur, cineres ejus in vulgaria dispergerentur coemeteria. Sane hæc omnia eo spectabant, ut & Aqua simul & Ignis, divino cultu ab allophylis honorata & infidelibus Israëlitis, omni prorsus opprobrio omnique ignominia afficerentur, purusque Jehovahæ cultus, quæ nec umbram superstitionis admittit, novum inde splendorem novamque majestatem acquireret.

122 Theod. Fred. Stange, Specimen

I V.

THEODOR. FREDER.  
S T A N G E,  
SCHOL. REF. DUSSELDORP. RECTORIS,

SPECIMEN

ANIMADVERSIONUM GRAM-  
M A T I C A R U M,


SUPER.

Nonnullis Sacrarum litterarum locis.



Gen. II. 17.

בְּיוֹם אֵכָלָהּ

uam multis difficultatibus hæc  
verba ideo occasionem dede-  
rint, quod hæ Adamo factæ  
comminationes eventui non re-  
sponderint, nemo theologorum  
est, quin sciat. Nunquam hæ ortæ fuis-  
sent

sent, si Hebraicæ Linguæ genii peritiores  
 fuerint, usumque phraseos magis attendis-  
 sent. Vocabulum enim ביום Hebræi infini-  
 tivis ac nominibus, quæ tempus per se jam  
 includunt, κατὰ πλεονασμὸν & ex antiquissima  
 linguæ simplicitate apponunt; ut igitur in  
 loco nostro id nihil amplius significet, quam  
 quod באַנלך per se dicit. Quod universe

non solum ex eo cognosci potest, quod  
 Hebræis solemne sit verbis aliud ejusdem  
 significationis adjungere, uti e formulis,  
 באש שרף / בעינים ראה / בשם קרא / בקרב עיר /  
 & innumeris aliis pa-  
 tet, quarum nonnullas elegantissimæ doctri-  
 næ theologus J. A. ERNESTI (\*) pro amore  
 suo illustravit; sed vel maxime, quod ipsæ  
 litteræ Sacræ haud obscure nos docent, ביום  
 per quandam sequentis περιφρασεως plane re-  
 dundare. Quod enim in capite nostro ביהראם  
 dicitur, id non solum simillima huic dictio-  
 ne per ביום עשות, sed & alibi (\*) per ean-  
 dem ביום נרא explicatur. Ita plenum il-  
 lud (\*\*) ביום צרתי alias (\*\*\*) contractius  
 אנכי בשלח משה (\*\*\*\*) re-  
 solvitur per ביום שלח (\*\*\*\*\*). Sed in re  
 adeo

(\*) In Opusc. Philol. Crit. p. 171. seqq.

(\*) Gen. V: 1, 2, (\*\*) Gen. XXXV: 3. Ps. XX: 2,

(\*\*\*) Ps. IX: 10. (\*\*\*\*) Jos. XIV: 7.

(\*\*\*\*\*) vs. 11.

adeo clara pudet plura exempla ponere. Certam quandam diem, qua aliquid factum est vel fieri debet, designant per  $\Phi$   $\epsilon$   $\rho$   $\sigma$   $\nu$   $\text{יום}$   $\text{יום}$  ( $\text{****}$ ). In iis vero locis, ubi  $\text{יום}$  cum infinitivo aut nomine determinatam diem, ut loquantur, significare videtur, id non e verbis ipsis, sed e contextu colligendum. Cave, cum multis dicas,  $\text{יום}$  in nostro loco & aliis vim particulæ Si habere; quæ potius in littera  $\text{ב}$  quærenda est. Sic parva hæc observatione theologorum lis super hac re componi potest, atque.

Hi motus animorum, atque hæc certamina tanta  
Pulveris exigui jactu compressa quiescent.

I Reg. VII: 45.

הָאֱלֹהִים

Quomodo transferint hoc vocabulum interpretes vel e Masorethica crisi, qua ei puncta pronominis  $\text{הָאֱלֹהִים}$  substituuntur, satis apparet. Quo labore superfederi potuisset, si puncta nominis  $\text{הָאֱלֹהִים}$  fuissent adjecta. Ita omnia facilia contextuique sunt convenientissima. Nec est, quod quis dicat: secundum

( $\text{****}$ ) Gen. XVII: 23.

dum lectionem nostram legendam fuisse עלי  
 præcedens vocabulum sine הֵא articulo ; ita  
 in regimine , quod grammatici appellant,  
 legitur. At vero hic status grammaticorum  
 non assumendus est ; nec vestendum *vasa*  
*tentorii* , sed *vasa* , quæ tentorii sunt , s. ad  
 hoc pertinent : plane velut הָאָרֶץ הֵבְרִית (\*).

SCHULZIUS , (\*\* ) V. C. hoc vocabulum non  
 monstruosum librarii mendum & nugas ap-  
 pellasset , nisi puncta ad Kethib , ad quæ non  
 pertinent , uti ab aliis jam in eum animad-  
 versum est , retulisset. Attamen lectio no-  
 stra non prius vera erit , donec aliis argu-  
 mentis criticis stabilita fuerit.

Jes. XXXV: 21.

אל-צדיק

Vulgo hæc verba de Deo justo intelliguntur.  
 Nobis ex sermonis serie de Deo vero,  
 qui gentium diis fictitiis opponatur, inter-  
 pretaberis. Talem vim τὸν צדיק inesse ο παν  
 SCHULTENSIUS in *Orig. Hebr.* , passim & alibi,  
 abunde demonstravit. Et Græci ita loqui  
 amant , uti ARRIANUS (\*) de Alexandro M.  
 prædicat : ἡ τὸν θεὸν τῆς Ἀσίας πᾶσης ΔΙΚΑΙΩΣ ὡς  
 ΒΑΣΙΛΕΥΣ καλεῖσθαι , ( τὰς γὰρ τοὺς Περσῶν καὶ  
 Μηδῶν

(\*) *Jes.* III: 14. (\*\*) In *Bibl. Hag. Cl. I.*  
*Fasc. I. p. 176. seqq.* (\*) *Libr. VII: bist.*  
*p. 441. edit. Blancard.*



Μηδων βασιλεως, εδε τα πολλους μερες τη  
 Ασιας επαρχοντας, & συν ΔΙΚΗ καλην σφας μεγα  
 λης βασιλεως).

Prov. XIIII: 34.

תנקה ׀מלך ׀ן

*Versio Alexandrina*, quam & hic *Lutheriana*  
 sequitur, explicat hæc ita: ελασσονες δε  
 φυλας αμαρται. Dubium videtur, quomodo  
 sic in suum sermonem transferre potuerint.  
 G. A. TELLERUS, V. C. in *auctario*, quod  
 compendio commentarii *Schultensii* accessit,  
 in h. l. putat: ׀ן explicandum esse ex  
 significatione diminuendi; quam apud Syros  
 & Arabes habere, ut versio sit: *diminutio*  
*populorum peccatum est*. Sed hæc interpreta-  
 tio abhorret a parallelismo in his Proverbiis  
 solemnissimo, secundum quem ׀ן cum  
 ׀ן׀ן in priori hemistichio convenire solet.  
 Nec certa, nisi plane conficta est potestas  
 diminutionis in hoc vocabulo, saltem viz  
 e nativa vi verbi Arabici *انما* quæ con-  
 fluere est, derivabis. Nec sententia, quam  
*Tellerus* his verbis tribuit, commodum  
 sensum habet; dum diminutio populorum  
 per se non peccatum est. Sine dubio illi  
 interpretes legerunt ׀ן ob literarum simi-  
 litudinem, quod eam vim habet, quam V.  
 J. R. nomini ׀ן apud Arabes tribuit. Sed  
 vides forte, eos tunc legere debuisse ׀ן׀ן,  
 aut

si multitudinis numero **ἄνωγ** intellexerint, **ἴδωγ**. Bene. Scias autem, hos interpretes sapissime contra grammaticæ nostræ præcepta transtulisse. Quod pluribus jam assertum ire, nihil attinet. Ceterum sensus, quem summus SCHULTÆNSIUS huic **γνώμη** tribuit, verissimus esse videtur.

2 Cor. X. 13.

Κατὰ μέτρον τῶ κανόνος, ὃ ἐμβέλει ἡμῖν ὁ θεὸς  
μέτρον, ἐφικέσθαι ἀλλήλους καὶ ὑμῶν.

Vocabulum **κανών**, quod sæpe a Paulo adhibetur, desumptum est a mensura & regula, quam in saliendo saltatores sequi debebant. Ad hoc alludi ab Apostolo nomina **μέτρον** & **ἐφικέσθαι** indicare videntur, quæ alias de ludis & certaminibus Græcorum usurpari solent. Saltem CLEMENS R. fere Paulli æqualis, per hunc loquendi modum, e litteris Apostoli sine dubio ductum, respicit semper illum saltatorum morem, quoties in priorī ad Corinthios epistola **κανών** occurrit; tunc vero observavi: **ἐν τῷ κανόνι**, ait (\*), **πῶς ὑπετάγησθε ἀλλήλοις**. Respici hinc hunc ritum, antecedentia, **ἐν τοῖς νόμοις τῶ θεοῦ ἐπαρῶσθε**, (ita enim non **τοῖς νόμοις** scribendum), inde sumpta, ut vel e Paullinis litteris constat, satis docent. **Ἐν γὰρ τῷ αὐτῷ ἑσμεν ἅμα**

(\*) P. 4. edit. P. Calomnesii.

σκαμματι, και ὁ αὐτὸς ἡμῖν ἀγων ἐπικεῖται  
 Διο ἀπολείπωμεν τὰς κενὰς και ματαίας φροντίδας  
 και ἐλθωμεν ἐπὶ τὸν εὐκλεῆ και σεμνὸν τῆς ἀγῶ-  
 κλησεως ἡμῶν κανονα (\*). Hic locus valde  
 clarus est, cum ad eo artis nomina saltatorum  
 inveniuntur, uti σκαμμα, quod terminum  
 ad quem saliebant, significat: ut nihil di-  
 cam de eo, quod ἀγων ἐπικεῖται & ἀπολεί-  
 πωμεν & ejusdem generis alia, quæ omnia e-  
 athletarum ludis expressa sunt, occurrant.  
 Porro (\*\*\*) μη παρεκβαίνων τὸν ἀρισμένον τῆ  
 λειτουργίας αὐτῆ κανονα ἐν σεμνοτητι. Verba παρ  
 ἐκβαίνων τὸν ἀρισμένον κανονα nihil aliud signa-  
 re, quam ἐσκαμμένον κανονα optime Lucianus  
 Scholiastes ad verba (\*\*\*) ὑπερ τῶ ἐσκαμμένον  
 ἤδη πηδα explicat per ea: ἐκρατήσεν ἢ ἢ πα  
 ροιμία ἐπὶ τῶν ὑπερ τὸ ἀρισμένον τῆ ποικυτων  
 ὑπερ τῶ ἐσκαμμένα πηδα. Nollem itaque cum  
 ERNESTIO (\*\*\*\*) cum hebraico יד compare  
 rante (\*\*\*\*\*) κανων, de finibus muneris &  
 provinciarum id intelligere.

## Col. II: 14.

Ἐξαλείψας τὸ καθ' ἡμῶν χειρογραφοῦ, δογματικῶν  
 ο ἢν ὑπεναντιοῦ. ἡμῖν. κ. τ. λ.

Frigidam his verbis, secundum vulgarem  
 interpretationem, tautologiam inesse, sen-  
 ferunt

(\*) pag. 16. (\*\*) p. 96. (\*\*\*) In Gallo p.  
 164. edit. Grav. (\*\*\*\*) In Interpr. N. 2  
 334. edit. secundæ: (\*\*\*\*\*) ibid. p. 362.

ferunt Viri S. R. PRATJE & BARKEY (\*);  
 quare alter το κατα eam significationem tri-  
 buit, quam plerumque cum casu quarto ha-  
 bet, ipsique chirographum nostrum sonare  
 videtur: alter eandem fere ei vim tribuens,  
 transfert: chirographum, quod nos concernit  
 sive nos obligabat. Sed non est, quod illam  
 tautologiam hic affirmemus; nec quod usum  
 nobiliorem τὸ κατα deferamus. Nam in  
 verbis ipsis est solemnis illa S. Scripturæ  
 Paulloque vel in hoc ipso versu familiaris  
 exergasia, secundum quam posterioribus pri-  
 ora verba magis illustrantur. Nam qua ra-  
 tione καὶ ἡμῶν χειρογραφον contra nos sit,  
 docet hisce: δογμασιν, ita enim διασκευον,  
 ὅτι ὑπεραντιον ἡμιν. Quomodo & sequentia:  
 αὐτο η̄κεν εκ τοῦ μεσου explicantur per προση-  
 λωσας αὐτο τῷ σαυρω. Quatuor hæ oratio-  
 nis hujus partes ita dispositæ sunt, ut e re-  
 gula grammatica, quam IKENIUS (\*\*\*) pul-  
 cre illustravit, duæ posteriores eam χεσιν  
 habeant, ut prior harum proxime præce-  
 denti, posterior remotiori respondeat. Αὐτο  
 η̄κεν εκ τῷ μεσου respondet τοις δογμασιν ὅ-  
 τι ὑπεραντιον ἡμιν & προσηλωσας αὐτο τῷ  
 σαυρω illis τὸ καὶ ἡμῶν χειρογραφον. Quod  
 bis

(\*) In Bibl. Brem. nov. Cl. VI. T. III. p. 251. seqq;

(\*\*) In Diss. Philol. Theolog. p. 96. sq.

bis positum *αυτο* hic non obscure innuit. Eodem modo versum antecedentem quivis facili negotio ad vivum refecare potest.

## 2 Tim. II: 22,

Τὰς δὲ νεωτεράς ἐπιθυμίας φέρε:

Duplices maxime hujus loci sunt sententiæ, quarum altera per νεωτ. επιθ. pravas juventutis cupiditates intelligit, quam vero Ill. J. D. MICHAËLIS (\*) improbat, qui hic adeundus: altera, quam modo laudatus Vir pro vera habet, ea verba per studium novas res docendi ex sequentibus μαρὰς καὶ ἀπαιδεύτους ζήτησεις explicat. Sed & hæc his difficultatibus premi mihi videtur: quod inde huic vitio in eodem commate contrariæ virtutes, ut sunt δικαιοσύνη, πίστις, ἀγάπη, εὐνη minus commode exponi possint, quod & Vir Illustris sensisse videtur. Dubito etiam, num exemplo quodam talis loquendi usus adstrui queat. Quem enim si consulimus, reperiemus, usurpari νεωτεράς de vitiis valde gravibus, quæ ipsa novitate dura sunt. Optimus dictionis hujus Paullinæ interpretres sit iterum scribendi generi simillimus CLEMENS R. (\*\*) Ἄγιος οὐν μέγας ὑπαρχόντες, ποιήσωμεν τὰ τῶ ἀγιασμοῦ πάντα, ΦΕΥΓΟΝΤΕΣ

(\*) In *Paraphr. ad b. l.* (\*\*) In *1. Epist. ad Cor.*  
p. 20.

καταλαλίας, μίαιρας τε και αγνης συμπλοκας, μεθας τε και ΝΕΩΤΕΡΙΣΜΟΥΣ, και ΒΔΕΑΥΚΑΤΑΣ ΕΠΙΘΥΜΙΑΣ, μυσαραν μοιχίαν, βδελυκίην υπερφανίαν. — Ενδυσωμεθα την ομονοιαν, ταπεινοφρονυτες, εγκρατουμενοι απο παντ ψιδυεσμε και καταλαλίας πορρω εαυτες ποιουντες, εργοις δικαιουμενοι, και μη λογοις. Sic etiam HELIODORUS (\*\*\*) in pulcherrimis Aethiopicis, qui quidem non in toto scribendi genere, at in singulis verbis saepe cum paullino convenit, Charicleam loquentem inducit: ου γαρ με δημωδης, ουδε ΝΕΩΤΕΡΙΖΟΥΣΑ τις ΕΠΙΘΥΜΙΑ προ ταυτα διεξαγει την αθλιαν. Ubi interpres latinus fat inepte νεωτεριζουσα επιθυμια vertit: aut nova quadam cupiditas, cum scribere debuisset insolens cupiditas. Et alio loco (\*\*\*) καιν τι νεωτερων κινημα, καιν παρθενια μη πρεπον. THUCYDIDES (\*\*\*\*) etiam utitur sic de Lacedaemoniorum ephoris: ηξωσαν, inquit, ΝΕΩΤΕΡΩΝ τι ποιουν εις αυτον i. e. voluerunt erga Pausaniam aliquid facere, quod ipsa novitate durum ipsi esset. Verbum νεωτεριζεν de seditionibus dici, neminem, nisi historicorum Graecorum, nominatim *Arriani*, hospitem, latet. Simili modo καινικω, in bonum licet sensum adhibeatur, ΧΕΝΟΡΗΘΝ (\*\*\*\*\*) cum narrasset, quo-

(\*\*) p. 290. edit. Commelin.

(\*\*\*) p. 514.

(\*\*\*\*) L. I. p. 130.

(\*\*\*\*\*) in *Agésil.* c. V. §. 4.

quomodo Agesilaus offerentem de more of-  
culo Megabaten, pulcherrimum puerum, re-  
jecerit, id vocat σωφρονήματα νεανικόν (ita  
enim, non μανικόν, ex conjectura ERNES-  
TII (\*\*\*\*\*) legendum) illustre & insigne  
continentiæ facinus & documentum. Omnem  
vero rem, quid per νεωτερικὰς επιθυμίας intel-  
ligat, conficit ipse Paullus in loco (\*\*\*\*\*)  
plane gemino, ubi dicit: οἱ δὲ βουλομένοι  
πλατύνειν, ἐμπιπῶσι εἰς πειρασμὸν καὶ παγίδω,  
καὶ ἐπιθυμίας πολλὰς ἀνοητότης καὶ βλα-  
βερᾶς, αἰνῆες βυθίζουσι τὰς ἀνθρώπους εἰς ὀλε-  
θρον καὶ ἀπώλειαν: quæ nunc versu decimo  
sequuntur per parenthesisin sunt includenda.  
Σὺ δὲ, pergit, ὦ ἀνθρώπε τὰ θεῶν ταῦτα, i. e.  
ἐπιθυμίας illas, quæ in loco nostro νεωτερικὰς,  
hic ἀνοητοὶ καὶ βλαβεραὶ vocantur, Φαυ-  
δίωκε δὲ δικαιοσύνην, ἀσεβείαν, πῖσιν, ἀγάπην,  
υπομονήν, πρᾶοτητα. Vix ovo ovum similis  
est, quam hi duo loci; quare totus noster  
lucem hinc accipit clarissimam.

(\*\*\*\*\*) In epist. Bacchi, Xenophontis Oeconomico  
praemissa.

(\*\*\*\*\*) I Tim. VI. 9.

E X P L I C I T.



V.

H. OOSTERBAAN  
 NIC. BARKKEY,  
 VIRO CLARISSIMO,  
 S. P. D.


*L*itteras, quas ad te mitti curavit *Vir Rev.*  
 CORNELIUS VAN ENGELN, ante hoc bien-  
 nium ad *Clarissimos Dictionarii Encyclopædici*  
*Editores scripseram.* Quas illi adeo non negle-  
 xerunt, ut haud exiguam earum partem, quæ de  
*Anabaptistis tradiderunt, ex iis desumpsisse fate-*  
*antur.* In eorum tamen opere expressam nonnul-  
 lorum, quæ monueram, desideravi mentionem.  
 Præcipue miratus sum viros eruditissimos men-  
 tem meam ita accepisse, ac si omnium eorum,  
 qui hodie *Mennonitæ* vocantur, saltem eorum,  
 quibus *WATERLANDERS* nomen adhæsit, historiam  
 ac descriptionem dedisse videri vellem. Ego vero  
 aperte scripseram, de iis solis me dicturum esse,  
 quibus ipse me adjunxeram, haud ignarus omni-  
 bus *Mennonitis* non eandem federe de rebus divi-  
 nis sententiam, imo integras sæpe *Ecclesias*, li-  
 cet eodem nomine insigniantur, diversissimas ta-  
 men,



## 134 H. Oosterbaan, Ep. de Mennonitis

men, etiam in rebus non parvi momenti fovere opiniones. Hanc præsertim ob causam amicorum obtemperans rogationi, hasce litteras publici juris faciendas decrevi, ne mihi culpæ darentur, quæ soli debentur aliorum errori. Quare, Vir Clarissime, si hasce chartulas Bibliothecæ Hagancæ inserere dignatus fueris, mihi gratum feceris, & tibi habebis obligatum. Id ne recuses vererè me vetat humanitas tua. Vale & pietate ac labore tuo utilem Christianæ Ecclesiæ atque erudito orbi diu impende operam. Dabam Amstelædami Prid. Non. Jul. A. A. C. MDCCLXXI (\*).

(\*) Cum inferendo operi huic Musivo Litteras ad doctissimos *Dictionarii Encyclopædici Eburodunensis* Editores Cl. Oosterbaanio, earundem Scriptori, gratum præstem officium, non dubito quin non minus Lectoribus illis gratissimum fecerim, qui Historiæ Christianæ cognitionem malunt haurire ab ipsis Sectarum quarumcunque Antistitibus, quam ex Adversariorum scriptis; præsertim cum heic brevi in tabella illorum Mennonitarum doctrinæ præcipua momenta exhibentur, quibus Oosterbaanius se adjunxit non solum, verum etiam quibus ut *Doctor & Theologiæ Professor* præest. Deprehendi quidem præcipua Litterarum harum capita in Dictionario Encyclopædico excerpta esse, sed ut taceam, quod ea, quæ desideravit in his Excerptis Oosterbaanius, Litterarum ipsarum Editionem requirere videantur, æquum est, cum non nisi divites in republica Litteraria vastissimum hoc opus sibi comparare possint, ut hujus Sectæ doctrina aliorum quoque in conspectum, qua potest fieri brevitate, prodeat: qui, si lubeat, inquirant, quousque Litteræ hæ cum *Herm. Scbynnii & Jacobi Rysdykii* scriptis & confessionibus conveniant aut ab eis differant. N. B.




H. OOSTERBAAN,  
EDITORIBUS ENCYCLOPÆ-  
DICI DICTIONARII  
YVERDUNENSIBUS

VIRIS

CLARISSIMIS.

S. P. D.



um in primo Volumine *Dictiona-*  
*rii Encyclopædici* vidissem, quæ  
ibi de *Anabaptistis* scriberentur,  
haud equidem miratus sum Edi-  
tores Parisinos eorum, qui ho-  
die isto nomine ab aliis Christianis insigniri  
solent, dogmata non plene intellexisse, ne-  
que fideliter satis tradidisse rationes atque  
argumenta, quibus suam illi sententiam de-  
fendunt. Sentiebam quippe Anabaptistas

*Monasterienses*, homines tumultuosos, Regum, Principum, imo civilis ordinis hostes turbulentissimos omnibus æquis rerum æstimatoribus merito esse odiosos; & sectam, sententias, mores denique eorum, qui vitâ tranquillâ & quietâ contenti ea spernere audent, quæ vulgo magna prædicari solent, quales sunt, qui hodie odioso isto nomine traducuntur, non magnopere iis potissimum in regionibus notos esse, quibus omnium oculos regius splendor præstringit, & sæva religio hæreticorum libros vulgi manibus excutit. Noveram denique ibidem locorum auctoritatem rationis occupasse provintiam, & demonstratum censeo, quidquid Patrum Conciliorumque decretis confirmatum sit. Antequam tamen quidquam apud animum statuerem, ut æquum decet Lectorem, ea quoque inspexi, quæ alio loco de *Mennonitis* dicuntur, atque non sine magnâ quâdam voluptate percepi benignam satis, si illud *Vol-tarii*, viri acumine magis ingenii quam animi integritate clari, quod in fine articuli est additum, scomma exceperis, Viros Doctissimos de nobis dicere sententiam. — Sed cum viderem eo loco omnia breviter admodum tradita, nonnulla quoque, quæ nobis non minimi videntur momenti, silentio prætermissa fuisse, consilium ad vos, V. D., scribendi, quod ferme deposueram, rursus in

in animum induxi; hunc meum qualemcunque laborem vobis haud ingratum fore confidens: præcipue cum post monita vestra in conspectu operis proposita non sine culpâ nostrâ putarem falsis nos coloribus orbi erudito depictos oblatum iri. — Neque tamen hic ad minutissima quæque descendam, cum neque operis vestri ratio id ferat, neque ego tanto abundem otio, ut fusam ac prolixam rerum omnium narrationem & historiam possim conscribere. — Præterea cum eorum, qui Mennonitæ hisce in regionibus vocari solent, variæ adhucdum sint sectæ, de eâ tantummodo loquar, inter cuius asseclas ipse nomen professus sum, tum quod reliquarum omnium non æque gnarus sim, tum etiam, ne quid forte in aliorum repræsentandâ sententiâ humani patiar, quod etiam claris sæpe viris accidisse tristis docuit experientia. — Quare postquam verbum de Origine, atque Nomine Sectæ dixerò, subjungam nonnulla de dogmatibus, quibus illa favet, dein de eruditionis bonarumque artium studio.

Non illi soli, qui Romanæ favent Ecclesiæ, originem nos a Monasteriensibus traxisse sæpe clamant, verum etiam Protestantium non pauci id nobis probro dederunt. Parum quidem ad nostram causam facere videtur, a quibus parentibus orti simus, ne-

que magis nobis vitio verti posse tumultus Monasterienses, quam hujus sæculi Genevensibus *Serveti* necem, aut Iconoclastarum furores iis, qui hodie in Belgia vivunt, Reformatis. Sed tamen ista calumniâ nihil est falsius, cum constet diu ante *Mennonem* & tumultus Monasterienses & hisce in terris, & in Helvetiâ fuisse homines, qui, cum in aliis nonnullis religionis capitibus, tum circa Baptismum Adulorum non multum a majorum nostrorum sententia abirent. Imo *Conradus Grebel* & *Felix Mantz*, qui primum una cum *Zwinglio* in Helvetiâ de reformandâ Ecclesiâ consilia communicaverant, postea cum aliis ejus odium experti sunt, quod solum Adulorum Baptismum Christi mandato conformem censerent: *Conradus* quoque durâ *Zwinglii* sententiâ, qui iterum *mergit, mergatur*, aquis enectus fuit. Volunt potius nostri originem se debere priscis illis *Valdensibus*, quibus cum in multis confensisse putent, quosque docent iniquitate temporum patriâ pulsos in variis Europæ partibus delituisse. (a).

Quidquid sit, *Anabaptistarum* tumultus non fuisse nostrorum hominum primordia satis constat: quamquam non diffiteor, ut in omni hominum societate, inter nos quoque fuisse aliquos fanaticos, alios simplicitate  
atque

(a) Vid. G. Brands *Historie der Reformatie D. I. p. 18.*

atque hominum callidorum artibus permotos turbis istis sese inmiscuisse, denique nonnullos e ludicri istius regni naufragio servatos ac meliora edoctos in nostra castra transisse: Namque iis temporibus *M. Simonis* ab Ecclesiâ Romanâ defecit, simulque operam dedit, ut miseros homines a fanatici furoribus ad sanio rem mentem revocaret: a quo, non conditore Sectæ, sed socio supra alios eminente, sæpe nobis *Mennonitarum* nomen datum est.

Brevi postea, vivente adhuc *Mennone*, hujus generis Christiani in varias admodum partes discesserunt, & non modo ob res magni momenti, sed & levibus sæpe de causis Ecclesiæ pacem turbaverunt, se invicem communionem sacrâ privarunt, imo maritos ab uxoribus, parentes a liberis secedere jusserunt, ita ut eidem mensæ adsedere nefas haberetur.

*Pudet hæc opprobria nobis  
Et dici potuisse, & non potuisse refelli.*

Nec tamen a solis majoribus nostris nimis in adversarios sævitum est. Quippe neque Lutheri asseclas, neque Reformatos, neque Ecclesiam Anglicanam ab isto malo satis sibi cavisse abunde docent *Annales Ecclesiastici*. Neque omnibus nostris ea placuit

fuit severitas. Jam enim priscis temporibus fuerunt, maxime in eorum numero, qui a parte quadam Hollandiæ Septentrionalis WATERLANDERS dicuntur, qui mitius longe agendum censerent. (b). Ad horum sententiam paulatim plures alii accesserunt, ita ut nunc non modo nimia istius exilii sævitia omnino sublata sit, sed etiam longe maxima pars Christianam plane erga diversa sentientes exercent Tolerantiam.

Horum jam de rebus religiosis sententiam breviter promam.

Primo itaque cum omnibus iis, qui sæculo XVI cum Ecclesiâ Romanâ divortium fecerunt, solam censemus S. Scripturam pro unicâ fidei morumque normâ habendam, rejecta omni traditionum atque formularum humanarum auctoritate. — Rationes atque argumenta, quibus omnes Protestantes causam suam hac parte defendunt contra Pontificios, probamus & nostra facimus, quæ, cum satis superque nota sint, hic repetere nihil opus est. Majoris erit utilitatis quædam notavisse corollaria, quæ cum primâ hac sententiâ adeo arcte nobis coherere videntur, ut qui illam admiserit, hi scilicet merito fidem negare non posse videatur.

Eorum *primum* est, Confessiones fidei ab hominibus compositas, articulos synodales,

ac

(b) Brandt, *ibid.* D. I. p. 178. & seq.

ac decreta conciliorum nullâ omnino polle-  
re auctoritate, neque tanquam primariam  
normam, neque ut secundariam, quin po-  
tius omnia hæc hominum commenta vana  
esse atque irrita: — Pius sponte sua ex  
ipsâ propositione derivatur, neque minus  
evidens est posterius. Omnes enim illas con-  
fessiones, formulas, carmina, vel folis S. S.  
voeibus componi oportet, vel additâ Theo-  
logorum explicatione & interpretatione.  
Priori modo solum rursus habemus S. Codi-  
cem; altero explicationes additæ ad S. S.,  
tamquam ad lapidem Lydium, sunt exploran-  
dæ, qua ratione prorsus nullius usus fiunt,  
vel ex iis S. Codex erit interpretandus, quod  
semel admissum Protestantium causam om-  
nino evertet, omnesque Pontificiorum er-  
rores, vim atque violentiam confirmabit.

*Secundum* corollarium, quod cum priorî  
artissime cohæret, adeoque nullâ opus ha-  
bet probatione, hoc est, nullum in hisce  
tertis esse Christi vicarium, neque cuiquam  
jus atque auctoritatem competere in alios, ea-  
rum rerum ratione, quæ ad religionem per-  
tinent. Homines omnes æquales fecit natu-  
ra, neque naturæ ordinem coelitus promul-  
gata Dei voluntas mutavit. Quicumque igi-  
tur aliis leges credendi præscribere non ve-  
retur, manifesto divinam violat auctorida-  
tem, ea ad se trahendo, quæ soli Deo com-  
pe-



petunt. Ne nunc dicamus Servatoris sanctissimi præcepta eam agendi rationem diserte vetare. vid. *Matth.* XXIII: 8. & seq. Atque hæc in parte calculum non veremur adjicere sententiæ Viri Rev. J. *Stinstra*, qui ante aliquot annos quinque *de Natura Regni Christi* Orationibus sacris editis hanc causam multis probavit, posteaque contra Clar. *Honertii* conatus impigre ac multâ argumentorum vi defendit.

Per se patet ex eodem principio sequi tertio loco omnes eos esse tolerandos, ac pro fratribus habendos, quicumque Christi nomen profitentes S. scripturæ auctoritati sese submittant, & vita moribusque Christiano nomine se non prorsus indignos reddant. — Hæc quidem nobis ita necessario sequi videntur ex adoptatâ omnibus Protestantibus sententiâ, de solâ S. Cod. auctoritate agnoscendâ, omnibus vero jussis legibusque humanis e re divinâ eliminandis, ut maxime miremur, viros alioquin ingenii acumine non destitutos, quosque doli mali suspectos charitas haberi vetat, opinionum præjudicatarum vi adeo fuisse excæcatos, ut pene dicam ipsâ meridie solem non viderint. Neque enim ulla lis inter hosce Christianos agitur de ipsâ scripturæ auctoritate; eam, eamque solam omnes agnoscunt. Tota controversia versatur circa modum, quo non-

nonnulla loca sunt interpretanda, quibus in rebus si quis alios Ecclesia ejiciendos, vel poenis coercendos censeat, quod in diversam a suâ sententiam abeant, is non amplius S. Scripturæ, sed suam defendit auctoritatem, suas explicationes & fortasse errores Verbi divini loco; si non verbis, ut Pontificii, at re haberi jubet. Atque hoc illud ipsum est, quod omnium sæculorum docuit experientia, nullos unquam a Christianorum Synodis, Conciliisve, a Nicæno ad Dordracenum usque, canones ac veluti tesseræ fidei fuisse fabricatos, qui non multa credenda faciendave injungerent, de quibus in S. S. ne xv quidem reperias. — Quibus addimus, nihil unquam aliud a discipulis suis petiisse Servatorem ejusque Apostolos, quam ut crederent J. Christum esse DEI Filium; verum Messiam, in hanc terram missum, ut populum a peccatis suis salvum redderet; eum pro hominibus mortem obiisse truculentam, tertio die in vitam rediisse, ac postea in coelos receptum a Patre accepisse dominium in omnia, denique inde reditum esse aliquando, ut de omnium hominum vitâ rebusque gestis cognitionem habeat, pios æternæ felicitatis reddat participes, impios debitis poenis adficiat. — Hæc sola nobis videntur absolute creditu necessaria omnibus Christianis; hæc traduntur  
claris

claris S. scriptorum verbis, atque hæc sola postulasse Apostolos rerum ab iis gestarum historiâ, a Lucâ traditâ, non uno loco docemur. Nostram hanc sententiam plurimis iisque firmis argumentis stabilirem, nisi ea a Viris eruditione atque judicandi facultate claris sæpius fuissent prolata, & *Lockius* alii-que melius multo nostram egissent ac veritatis causam, quam meis posset fieri viribus. Hoc tantum addam, alios quoque Theologos, quibus cum Pontificiis bellandum fuit; hoc ipso clypeo Ecclesiæ Romanæ elusisse tela; adeoque, cum una tantum & immutabilis sit veritas, nullam justam posse reperire causam, qua Intolerantiam suam (venia sit verbo) in dissentientes defendant, imo excusent.

Denique *quarto*, si solam S. S. agnoscamus fidei morumque regulam, videmur iis in rebus, quas ratio sola nunquam cogitando potuisset adsequi, quæque ideo religionis naturalis partem non faciunt, sed solâ revelatâ DEI voluntate cognoscuntur, prudentissime ipsissimis S. Scriptorum inhærere verbis. — Non modo illorum non probamus temeritatem, qui de Patre, Filio ac Spiritu S. formulas quasdam verbis Scripturæ ignotis concipiunt, easque ab aliis admitti volunt, additâ exilii negantibus poenâ, sed istis formulis optime omnino abstinere censamus;

mus, si erroris periculo liberi esse cupiamus. Si enim istis in rebus progredi velimus ultra limites, quos DEO ponere visum fuit, in tenebris micare merito dici possumus. — Non negamus e variis S. Codicis locis inter se collatis nonnulla probabiliter posse colligi, quæ non expressis verbis proponantur; sed præterquam quod hæc supra verosimilitudinem non adscendant, ista collaria aliis præscribendo, aut iis nimium confidendo nostram, non S. S. defendimus auctoritatem; quod quam longe a viri boni & Christiani officio sit alienum supra vidimus. Idem de Redemtionem, iisque quæ Servator ad hominum salutem efficiendam tulit fecitque, dictum esto. Qui enim hisce in rebus quidquam definire conati sunt, non raro in extrema opposita abiisse videntur. Testimonio esse possunt Socinianorum & Reformatorum, ut vocantur, sententiæ e diametro sibi invicem adversæ.

Quæ cum ita sint, facile sentitis, V. D. omnium eorum, qui nostrum ad cœtum pertinent, non eandem esse de omnibus Theologiæ capitibus opinionem. — Tamen in iis quinque articulis, qui ab ineunte Sæc. XVII. in Reformatâ Ecclesiâ agitati sunt, plurimum nostrum ab omni veritate remota videtur dura illa ac rigida de *Prædestinatione* aliisque rebus huc pertinentibus sententiæ,

## 146 H. Oosterbaan, Ep. de Mennonitis

quæ in Synodo Dordracenâ ab aëcleiis suis, causâ patronis simul & iudicibus, fuit stabilita. Quod tamen nunquam pro dogmate ab omnibus ita recepto fuit habitum, ut diversa sentientibus propterea a cõmunione Ecclesiasticâ abstinendum, aut de sacro suggestu descendendum putemus.

*Sacram* censemus *cœnam* a Servatore in sui memoriam institutam, ut quæ ipse hominum causâ fecerat sæpe in mentem revocemus, atque grato animo voveremus, quo magis firmâ ac virili pietate omnia obstacula superare, tentationes vincere, peccata vitare disceremus. Unde sponte profluit, omnes illos, qui eam celebrant, eo ipso paratos se ostendere ad Christi vestigia sequenda, reliquos pro fratribus habendos, atque pacem mutuamque benevolentiam cum iis colendam. — Eam quoque omnibus patere volumus, quicumque Christum Servatorem agnoscunt, neque quemquam rejicimus, nisi quos vita aperte impura & sceleribus inquinata Christiano nomine profus indignos esse evincat; reliquos omnes se ipsos, secundum Apostoli præceptum (1 Cor. XI: 28.) explorare jubemus, atque ita ad Domini mensam accedere, panem comedere, vinumque bibere. — Opinionum diversitas nullo nobis est impedimento, quippe qui id potissimum Christianis agendum censemus, ut

Spi-

**Spiritus (non opinionum) unitatem fervent  
vinculo pacis, Eph. IV: 3.**

Antequam ab hac parte recedam, verbo dicendum est de celebribus illis articulis, quibus *Mennonitæ*, ut vocantur, maxime ab aliis Christianis dissentiunt. Hic parum addendum videtur iis, quæ *Encyclopædiæ* *Editorum Parisini* scripserunt. Solummodo hoc notari velim *Anabaptistarum* nomine im merito eos traduci, qui solos adultos sacro fonte lavandos putant. Cum ipsum *Servatoris* præceptum, quo baptizari jubentur, qui præcepta Christi edocti essent, tum formula vocum baptizandi in nomine *Patris . . . &c.*, tum ea in scriptis *Apostolicis* loca, quibus ad baptismum alluditur, manifesto monstrare videntur, eos solos rite religioni nostræ initiari, quibus doctrinæ Christianæ veritas patuerit. Denique si adtentò animo ea consideremus exempla, quæ in *Actis Apostolorum* prostant, neminem aquâ sacrâ perfusum videmus, nisi qui ipse fidem Christo haberet. — Quare si hoc turbulento rerum statu solum *Christianorum* nomen non sufficiat, quo tamen maxime delectamur, quodque omnibus æquis rerum æstimatoribus sufficere deberet, non *Anabaptistæ* fueramus appellandi, sed potius *Teleiobaptistæ*. Ipsum *Mennonitarum* nomen mihi aliisque, qui omnem humanam e religione exfulare

K 2 . . . jube-

jubemus auctoritatem, non satis placere lubenter fateor.

Enthusiasmi & fanaticorum somniorum sæpe quoque fuimus accusati. Nulla fere Christianorum secta ab hisce malis semper immunis fuit. Hoc nostro sæculo quam multos ad se sectatores *Comes Zinzendorffianus* traxerit, nemo ignorat. Neque nostri homines ab hoc malo sibi satis cavere potuerunt, & adhucdum dantur, quibus veteres aviæ nondum satis de pulmone revulsæ sunt. Sed neque omnium ea fuit culpa, neque plurimorum. Imo quantis viribus hoc alii monstrum oppugnaverint, vel unica *Rev. Stinstræ* Epistola constat, quæ ita eruditis piisque, etiam aliorum sectarum Viris placuit, ut brevi tempore in Gallicum, Anglicum, & Germanicum sermonem fuerit versa.

Eruditioni, Philosophiæ, litterisque humanioribus inimicos adversarii non raro nos esse voluerunt. Cujus tamen rei hisce temporibus accusare merito nequeunt. Ne alios memorem, præcedenti jam sæculo *Antonius van Dale* cum aliis operibus nomen sibi peperit, tum libro *de Oraculis Veterum* scripto, qui licet fortasse non optimo compositus ordine, multifariâ tamen eruditione refertus est, atque ingeniosissimo *Fontenellio* viam munivit. — Litteras bonasque artes amamus, & non modo illi e nostris, qui  
mer-

mercaturæ operam dant, rerum naturalium Theologicarumque cognitione non sunt aliis inferiores; verum etiam in Academiis patriæ nostræ publicis sæpe non pauci Juvenes studiis operam navant, sive artem Medicam discentes, sive studiis propædeuticis sese initiantes, ut postea S. Ministerio apti fiant. Quod ut commode fieri possit, maxima nostra Ecclesia, quæ *Amstelædami* colligitur, jam multos abhinc annos curam habuit, ut Juvenes ab aliquo V. D. Ministrorum Theologiam docerentur, & anno hujus sæculi 35 Theologiæ & Philosophiæ Professore honesto stipendio constituit, qui Logicam, Geometriam cæterarumque artium Mathematicorum principia, tum Theologiam publice doceret; & ante hosce octo annos nonnulli ejus Ecclesiæ cives satis amplam ad experimenta Physica instituenda coëmerunt supellectilem, eamque Gymnasio nostro eâ lege dono dederunt, ut semper ad Physicam docendam adhibeantur. Ad hoc Gymnasium ventitant multi eorum, qui ad S. ordinem adspirant, quamquam cum omnes nostræ Ecclesiæ suas sibi res habeant, neque quidquam juris potentioribus aut ditioribus sit in reliquis, penes singulas jus est & arbitrium, sive e nostro Gymnasio, sive aliunde V. D. Ministros sibi petendi. Qui vero e scholis trivialibus illico nostri Gymnasii



150 H. Oosterb., Ep. de Mennonit. &c.

cives fiunt, Historiam Ecclesiasticam a clar. Remonstrantium Professore discunt, litterasque humaniores cognoscendi cupidis in Athenæo hujus Urbis publico non deest desiderio huic satisfaciendi occasio. Theologos moderatos, quos *Anglicana & Helvetica* Ecclesia tulerunt, *Clarkios, Tillotsonios, Sharpios, Werenfelsios, Turretinos*, aliosque magni facimus, & studiosæ juventuti legendos plurimisque in rebus imitandos commendamus.

Alia plura hisce addi, quæque dicta sunt fusius proponi potuissent, nisi ea tantummodo, quæ maximi videantur momenti breviter describere constituissem. Quare ne vestrâ abutar patientiâ, manum de tabulâ tollam, vobis tamen antea, V. D., vestrisque studiis DEUM faventem, felicesque successus precatus. Valete. Dabam Amstelædami A. A. C. MDCCCLXIX. Idib. Maijjs.

## VI.

STATUS CONLATIONIS

HEBRÆORUM MANU-  
SCRIPTORUM

VETERIS TESTAMENTI,

Qualis fuit sub finem Anni ab incepto  
opere OCTAVI 1767.


DELINEATUS

BENJAM. KENNICOTT,

*S. Th. D. Membro Variarum Scientiarum Societas.*

NEC NON

*Collegii Exeterani Oxoniensis Socio.*



ego vero lætus, Inlustres atque  
doctos hujus, quam institui,  
Hebraicorum Veteris Testa-  
menti Manuscriptorum colla-  
tionis Patronos saluto, rationem

K 4

red-

redditurus *factorum* in opere *progressuum*, nec non *excitamentorum*, quibus dignatus fui hoc ab incepto opere, OCTAVO anno.

Septuaginta MSS. præcedenti septennio conlatis, QUINDECIM nunc additæ conlationes sunt; atque hæc cum superioribus in computum missæ numerum conficiunt OCTOGINTA QUINQUE conlatorum MSS. domesticorum. Quæ vero supersunt MSS. domestica nondum conlata, eorum omnium collatio proximo abhinc biennio, sicuti spero & confido absolvetur. Quod si evenerit, singularis simul comparuerit operis fortuna, utpote absoluti ipso illo decennii spatio, quod rationibus primum expensis, rite absolvendo præscripseram.

Ex his Quindecim MSS. quatuor possidet *Museum Britannicum*, & hæc ex eis (quæ inæstimabilis hic thesaurus Viginti octo numerat) nondum erant conlata: *Tria* alia MSS. possidet *Bibliotheca Societatis Regiæ*; & *Sex* alia *Bibliotheca Collegii Corporis Christi Oxoniensis*. Publicas vero gratias ago pro usu omnium horum MSS mihi amicissime concesso. Et quoque gratiæ mihi hic sunt ferendæ Præsidi & sociis *Collegii S. Joannis Cantabrigiæ*, qui itidem pretiosa duo MSS. mihi communicaverunt: sed hæc, quod nondum conlata sint, signatum in præcedentibus numerum non ineunt.

Durante anno præcedente fausto omine  
de-

deprehendimus, *excusa* Biblia Hebraica magnopere a se invicem differre, & quidem *antiquissimas Editiones* habere plures & momentosas *Variantes*, cum *antiquioribus* MSS convenientes; dum *recentiores* Editiones tantum respondeant *recentioris ævi* MSS. Sunt ergo antiquissimæ editiones magni æstimandæ, simul dignissimæ, quæ conferantur. Liceat mihi debita reverentia gratissimum testarianimum Ipsi REGI, Munificentissimo hujus operis Mæcenati, pro usu antiqui & revera curiosi *Pentateuchi* in Pergameno excusi, libri ex elegantissimis, qui unquam *prelo liberati* fuerunt (exemplaria enim typis excusorum sæpius MSS. *instar* habitata fuerunt) quem REX sub finem anni præcedentis jussit mihi mutuo dari, quique sub initium præcedentis anni conlatus fuit.

Prodeunte regio hoc Pentateucho, prodiit autem juxta additam notam anno 1491, typis excusa per triennium jam exstiterat *prima* editio *Bibliorum Hebraicorum omnium*; atque hujus quidem editionis tria tantum exemplaria in Europa nota fuerunt hætenus, quibus jam bono omine Quartum accedit, quod hoc ipso anno, ære sibi suo acquisivit doctissimus meus amicus SANFORDIUS Socius Collegii *Balliolensis*. Conlatio Bibliorum horum excusorum jam eousque facta est, ut adpareat, eam ingentis esse pretii, & certissime continere aliquot mille *Variantes*, quarum mul-

tæ magni sunt momenti: quo ipso confutatur plenissime opinio, quæ ante unum aut duos annos penes Eruditos universaliter recepta erat, sc. *omnia Hebraice excusa Biblia plane ejusdem indolis & sibi simillima esse*. Præterea quoad hunc revera momentosissimum de antiquissimis excusis editionibus articulum, observo, Catalogo, quem in ultima Narratione exhibui, nunc addi debere, non solum prima universa Biblia anni 1488, verum etiam aliud itidem exemplar **ETONENSE** *Hagiographorum* anni 1487. servatum *Romæ in Casanatensia* Bibliotheca, & præterea duo alia exemplaria (ambo, antiquiora illo *Prophetarum* anni 1486.) — unum continens *Josua, Judicum & Samuelis* libros, annum habens 1484, quod ipsemet in *Bibliotheca Regia Parisiensi* vidi — & alterum, *Pentateuchum* constituens, anni 1482, quod *Maffey in Verona illustrata* 3. 7. dicit servari *Veronæ*: est quoque aliud exemplar hujus *Pentateuchi Carolirubæ* in eleganti Bibliotheca *Serenissimi Marchionis Bado Durlacensis*. (\*)

Adpa.

(\*) Ubi ultima duo exemplaria servantur, mihi indicavit Amicus meus *Brunsius*, Vir doctissimus, quem, ut conferat *primum excusum Pentateuchum* rogavi. De præcedentibus vero notitiam mihi dedit *Mercierus*, Vir doctissimus, dignissimus Bibliothecæ ad *S. Genovevam Parisiis* Bibliothecarius, cui nuper contulit Rex Galliarum Abbatiam mitratam.

Adparet ex his , methodum in excudendis Bibliis Hebraicis primitus ut videtur observatam , eandem fuisse , quam præsumsi ; primo , *pentateuchus* a 1482. secundo , *Prophetae priores* a. 1484. tertio , *Prophetae posteriores* a. 1486. quarto , *Hagiographa* a. 1487. & , post quatuor partes majores , quæ ita separatim excusæ fuere ( quævis cum Commentario ) *Universa Biblia* ( absque Commentario ) in uno Volumine excusa sunt a. 1488. Et Textus hic tam in his primis editionibus , quam in diversis aliis 20 aut 30 annis postea impressus est absque marginali *Keri* aut *Masora* , magisque respondet antiquissimis MSS. ; donec anno circiter 1520 quidam Judæorum adoptarunt *recentiora* MSS. & *Masoram* , & ab eo tempore mos insolens obtinuit , hæc præferre antiquissimis.

Ultima Narratione lectorem certum reddidi , 108. *Transcriptiones* conlationum depositas fuisse in Bibliotheca Bodlejana ; simul Catalogum conlationum descriptum & depositum , signatum fuisse a primario Bibliothecario secundo die *Maji* anni 1767. Est vero Catalogus hicce prolixus nimis quàm qui huic Narrationi inseri commode possit. His descriptionibus depositis nuper additæ sunt 21. ita ut nunc in Bodlejana Bibliotheca reperiantur CENTUM & VIGINTI NOVEN.

Ad

Ad domestica quod adinet auxilia, hic tantum notandum mihi venit, — me maximopere obligatum esse doctori *Gill*, viro Reverendo & docto: quod extraxerit & ad me miserit Variantes recentiorum Bibliorum in locis ab utroque *Talmude* Hierosolymitano & Babylonico citatis, itidemque in *Rabbob*: quæ Variantes in his antiquis *Judeorum* libris turbant Hebraicum *Veteris* T. textum, quemadmodum Variantes apud antiquos *Christianorum* Patres turbant textum N. T. *græcum*. Tandem notandum est, quod Hebraicorum MSS. in Anglia numerus hoc anno incrementum nactus sit per duo MSS. quæ nunc mei juris sunt, & pridem pertinuerunt ad defunctum *de Wilbelm*, Theol. Doctorem & V. D. M. *Lekkerkerkæ* prope Roterodamum; horum unum est magnificum & curiosum MSS., quod laudatum est in Narratione anni 1763. Manuscripta hæc rogatu meo officiose emit Reverendus *Richardson*, Capellanus Excellentissimi JOSEPHI YORKE, Regis Hagæ Comitum Legati.

Quoad Conlationes hujus anni extra patriam institutas, memorandæ primum sunt, quas ex DANIA ab Excellentissimo Barone DE BEKNSTORFF, principali Regni Secretario, gratiose ad me transmissas recepi. Variantes *septem* MSS. nuper in *Aegypto* redem-

dentotum, visæ mihi fuerunt quam maxime desiderabiles. Eapropter cum horum MSS. usus defuncti DANIÆ REGIS quam gratiosissime mihi oblatum fuerit, devotissime hoc oblatum amplexus fui. Nunc igitur publice quam maximas gratias ago Clementissimo DANIÆ REGI regnanti, quod usum non tantum 7 horum MSS. sed etiam alterius a longo tempore in Bibliotheca Regia servati concesserit. Hæc 8 MSS. conlata sunt per Cl. *Kal*, LL. OO. Professore, & alios Professores *Hafnienses* Clarissimos, *Cramerum*, *Holmesium*, *Rosenstandum Goiskium*, al.

Accepi itidem conlationem totius Codicis Hebræi, excusi a. 1494. qui tum temporis fuit LUTHERI, quemque nunc servat Bibliotheca Regia BEROLINENSIS. Editionis hujus præstantissimæ conlatio facta est a Cl. *Schulzio*, Professore Berolinensi ejusque Doctissima Conjuge, cl. *Heinii* filia; Variantes in hac editione conlata cum recentioribus editionibus revera sunt multæ & momentosæ. Transmissæ mihi fuerunt gratiose per Excell. ANDREAM MITCHELL, Legatum Berolini Regium.

FLORENTIA adcepi hoc anno conlationem unius MSS. quod Bibliotheca Ducis STROZZI possidet, adornatam per doctissimos Patres *Beretta* & *Bartoli*, & rogatu Excell. HORATII MANN Legati in hac urbe Regii,  
per



per Nobil. *Worsely*, amicissime ad me delatam.

MSS. duo, quæ olim *Reuchlini* fuerunt, nunc autem servantur in Bibliotheca Seren. *Marchionis BADO-DURLACENSIS* (una cum tertio MS. quod *Psalmoreum* librum continet) conlata sunt, variantesque eorum hoc anno mihi transmisit Nob. *Bruns*. Hæc sunt duo illa MSS., ad quorum normam, quum habentur aut subponuntur valde antiqua esse & præstantissima, ante decem circiter annos constitutum erat, novam Bibliorum Hebr. editionem curare. Illorum variantes revera magni pretii sunt, & imprimis notandum est, quod in uno horum MSS. post *Maleachi* prophetiam sequi adnexum librum *Daniëlis*, hoc ordine ab ipso Descriptore locatum.

Inter Doctos exteros, qui hoc anno suis me dignati sunt litteris, nominandus mihi imprimis est *Nagelius*, V. C. Professor *Altorfensis* prope *Noribergam*. Ex eo percepi, Biblia Hebræa 7 Voluminibus in folio complexa, nuper divendita, redempta esse & publicæ Bibliothecæ *Noribergensi* inlata; Hæc pretiosa MSS. una cum tribus aliis bono ordine adservantur in regione, ubi extant magnificentissimi adeo homines & spiritu nobiliore animati, ut *suismet expensis* adornarent eorum conlationem ad me deferendam. Generosi hi *Mæcenates*, qui hac ratione ze-  
lum

lum suum demonstrant ad honorem Revela-  
tionis & Europæ commune beneficium, sunt  
*Inlustres Viri* CHRISTOPHORUS CAROLUS KRESS  
DE KRESSENSTEIN & PAULUS CAROLUS WEL-  
SER DE NEUNHOF, uterque *S. Romani Imper-*  
*rii Eques*. Mæcenatibus his, quantas verbis  
exprimere possum, maximas ago gratias;  
& horum exempla optarem, ut sequerentur  
alii, ad perfectionem hujus operis, ut tan-  
dem aliquando adpareat, cum omnium totius  
Europæ MSS Variantibus. Prosper hujus-  
modi eventus, quamquam impossibilis sit per  
præsentem operis subscriptionem, sane facile  
obtineri potest, si DIVITES & INLUSTRES  
Viri in quacunque regione Europæ, itidem  
*suismet propriis Expensis*, curarent, ut Con-  
lationes MSS. instituerentur in sua regione.

Notitiæ munificæ Noribergensis oblatio-  
nis jungo iterum mentionem liberalis sub-  
scriptionis, qua opus meum dignata est ACA-  
DEMIA MANHEMIENSIS. Gratias jam dudum  
pro hoc favore solvi, easque nunc pro *con-*  
*tinuata* subscriptione cum debita observantia  
solvo.

Mentionem etiam debitam facio favoris  
*Abbatis Ladvocati*, dum viveret, Professoris  
Linguae Hebraicæ *Sorbonensis*, qui *sine mer-*  
*cede* contulit varia MSS *Parisiensia*, cujus-  
que fervens zelus ad promovendum hoc  
opus adparet ex litteris nuper exaratis, in  
quibus

quibus hæc extant verba — *mais nous n'aurons une édition pure & correcte du Texte Hébreu, que quand parbitra celle que Mr. Kennicott sçavant Anglois nous prepare. Je contribuerai de mon côté à l'aider dans cette importante entreprise, soit en lui communiquant mes remarques, soit en collationnant tous les Manuscrits Hébreux, qui sont à Paris, & en lui envoyant les Variantes. (\*)* Quasdam harum Collationum Professor ipse mihi misit; aliæ, sub ejus cura factæ, post ipsius mortem amicâ manu transmissæ fuerunt ab *Abbate le Blond*, a quo nuper etiam recepi auxilii à laudato Professor benevole mihi præstiti fructus ultimos. Nec tamen subsidia petita, accepta, a *Sorbonnensi* Academia cum Professoris hujus vita cessaverunt; Successit namque ipsi in Cathedra Hebraica *Abbas Hooke*, Doctissimus

(\*) Simili modo Vir Doctissimus, *J. H. Verschuir*, Professor LL. OO. *Franequeranus*, in Dissertatione nuper edita, Institutum meum sequenti honoravit adprobatione: *De eo nobis & universo orbi Christiano gratulamur, quod tot manu exarati Codices remanserint, ex quorum collatione genuinæ lectiones & peritis & veri amantibus criticis magnam partem facile inlagari possint; & quod istum laborem in se suscepit B. Kennicottus, Vir, — a quo optima quævis de hoc opere speramus — publice pro suscepto hoc utilissimo opere maximas ago gratias; atque ut id ad finem perducere conctur, enixe rogo.*

meus conterraneus cui quam maxime ab-  
 strictus sum. Hujus favore & amicitia *Abba-*  
*tis Asseline* recepi alias quasdam Conlationes  
 partim ex Academia Sorbonnensi, partim  
 ex Bibliotheca Regia, & auxilium, quod alter  
 hic ad conferenda alia quædam MSS. amice  
 obtulit, amplexus fui cum gratiarum actione.

Duobus his vero amicis non tantummodo  
 gratias debeo pro Conlationibus quibusdam;  
 sed etiam pro infinitis aliis beneficiis, quibus,  
 quum æstate præcedente ad visitanda MSS.  
 LUTETIAM profectus eram me illic præsentem  
 obstrinxerunt. Probe namque intelligens ni-  
 hil quicquam mihi negligendum esse eorum,  
 quæ perfectioni operis mei inservire pos-  
 sunt, & simul convictus, multos variosque  
 fructus ex *propriis* inquisitionibus sperari posse  
 in civitate, quæ de CENTUM circiter MSS.  
 Hebraicis & Samaritanis gloriari potest;  
 iter ingressus sum, & curatius examen in-  
 stitui: atque nunc quidem Lectorem certum  
 reddere possum, hoc iter vario modo operi  
 promovendo egregie inserviisse. Non pos-  
 sum enim non hic gratissimus adgnoscere in-  
 signem favorem, quo præter alios me am-  
 plexi sunt Celsissimus DUX DE NIVERNOIS &  
 Illustrissimus COMES DE ROCHFORD. Nomi-  
 nandus eodem mihi titulo *Reverendissimus* AR-  
 CHIEPISCOPUS PARISIENSIS: cujus jussu variæ  
 Bibliothecæ, in quibus MSS. Hebraica, non  
*Bibl. Haganae Cl. IV. F. I.* L ita,

ita vulgo nota adservantur, perlustrari cœperunt; qui & deinceps suis me Litteris honoravit, iisque talibus, quæ de Viri in me & opus meum insigni prorsus benevolentia ubique tēstantur.

Ufus triginta septem MSS. Hebraicorum & 2 Samaritanorum, quæ splendida Bibliotheca REGIA PARISIENSIS servat, a Viris Doctissimis *Caperonier* & *Bejot*, Bibliothecariis Regiis, amicissime mihi concessus est. Unum vetustissimorum & Optimorum MSS. Regionum, continens *totum Vetus T.*, examinatum est; & Variantes inde collectæ in magnum numerum excreverunt, maximique sunt ponderis. *Sorbonna* suos etiam thesauros mihi libere aperuit; in cujus Bibliotheca viginti novem MSS. Hebraica reperiuntur. Eadem benevolentia me exceperunt Reverendi Patres *Oratorii*, quoad octo quæ possident, MSS. Hebraica & 2 Samaritana; alterutrum eorum idem illud exemplar est, secundum quod *Morinus* suum expressit, estque unicum ex sedecim in Europa cognitis MS. Samaritanum, cujus folius usus exstitit, non obstante quod quatuor alia exemplaria Parisiensia tradant variis in locis Lectiones veras, ubi *Morini* MS. distortum reperitur. Bibliothecarii St. GENOVEFÆ, St. GERMAIN DES PRES, St. VICTORIÆ & Patres FRANCISCANI sua etiam  
Ma

Manuscripta mecum quam lubentissime communicarunt; Servant Bibliothecæ eorum, *tertia* quidem & *quarta* MSS Hebraica duo; *Secunda* MSS. Hebraica tria & quatuor MSS. versionis Græcæ, quæ inter unum est, cujus antiquitas 1000 annos excedit: Prima vero Bibliotheca MS. Hebraicum unum, unum item Pentateuchi Samaritani possidet. Quum vero intellexissem, in hoc MS. Samaritano *mutas* & *momentosas* variantes reperiri, illud deinceps conlatum est ab amico meo erudito *Lobsteinio, Argentoratensi*. Ex splendida hac Bibliotheca mihi etiam concessa est conlatio Pentateuchi Samaritani & Hebræi (a *Morino* instituta); quæ discrepantias inter utrumque Codicem adnotat, nec raro auctoritatem antiquissimarum versionum adstruit. Et hoc quoque MS. elegans utique, dum Parisiis degerem, in meos usus transcriptum est a *Brunzio*, qui me amicissime visitatum *Coroliruba* advenerat. Cum MSS. memorata autem, promovendi instituti mei causa mihi benevole credita, domi haberem, cum iisque simul *omnia* MSS. Samaritana, *Lutetiæ, eodem omnino tempore à me conspicerentur*, non solum videre mihi licuit, quod forte nulli unquam contigit; sed & in perlustrandis hisce reliquiis canæ antiquitatis insignem voluptatem percepi, non dubitans fore, ut in Pentateucho Hebræo corrigendo insignem quandoque usum præstent.

Præter varios Eruditos, qui mihi commo-  
 rationem meam Parisiensem jucundissimam &  
 simul utilissimam reddiderunt, maxime ob-  
 strictus sum Viris Doctissimis DE BREQUIGNY,  
 DE BEAUMONT, Rev. Patr. BERTIER, &  
 Præfecto militum DROMGOLD. Publice etiam  
 gratias ago Præsidi & membris ACADEMIÆ  
 REGIÆ INSCRIPTIONUM ET SCIENTIARUM,  
 quod me membrum Inlustrissimæ hujus So-  
 cietatis modo prorsus honorifico constituere  
 haud dedignati fuerint; cujus favoris pari-  
 ter atque honoris luculentissimum documen-  
 tum exhibet sequens diploma.

*Extrait des Registres de l'Academie Royale des  
 Inscriptions & Belles Lettres du Ven-  
 dredy, Sept Août 1767.*

*Sur la Proposition faite à la Compagnie par  
 M. le President de donner un témoignage public  
 d'estime & de consideration à M. le Docteur  
 Kennicott, qui s'est fait un nom dans la Repu-  
 blique des lettres par des ouvrages, ou l'erudition  
 & la Critique se font également remarquer. La  
 Compagnie persuadée qu'il est de son devoir & de  
 son intérêt, d'entretenir avec les sçavans étran-  
 gers un commerce utile au progrès des Lettres,  
 a, par une délibération unanime, mis Monsieur  
 le Docteur Kennicott au nombre de ses corre-  
 spondents, & a chargé M. le Beau, son Secre-  
 taire*

Codd. Hebr. Mss. V. Test. anni 1767. 165

*taire perpetuel, de lui expédier des Lettres de Correspondance suivant l'usage & dans la forme ordinaire.*

*En foi de quoi j'ai signé les presentes Lettres scellées du sceau de l'Academie. Fait a Paris au Louvre le dit jour Sept Août 1767.*

LE BEAU, *Secrétaire perpetuel.*

Quum hic annus duabus potissimum de causis se mihi maxime commendet; hanc narrationem prius ad finem perducere non licet, quam utriusque mentionem fecerim.

Una est — quod Reverendissimus *Archiepiscopus Cantuariensis*, ceterique *Ministri Status* INLUSTRES, quorum est electio *Præfecti Bibliothecæ RADCLIFFIANÆ*, honorifice me *Bibliothecarium* constituerint: Altera, in qua finiam, matronam quandam concernit, nuperrime defunctam, cui maximas gratias debeo, licet nunquam eam viderim; scilicet *ELIZABETHÆ GRIFTEN, de Wokingham, Berks*; quæ de utilitate & labore operis mei tam benigne judicavit, ut *Legatum DUCENTARUM LIBRARUM* mihi in Testamento fixerit; qui nummi ab *Executoribus Testamenti* mihi solventur, *quamprimum conlationem omnium Bibliorum, quam nunc molior, absolverim.*

Sequitur Testimonium *THOMÆ HUNT*,  
V. C. prioribus respondens,  
Subscriptio hujus anni summam exhibet  
976,,5,, — *librarum Sterlingicarum.*





V I I.

BENJAM. KENNICOTT,  
STATUS CONLATIONIS

HEBRÆORUM MANU-  
SCRIPTORUM

VETERIS TESTAMENTI,

(\*) A praecedentia temporis facile transitus ad eminentiam dignitatis, ut e verbo שָׂרָא patet, ideoque nomen יְהוָה & *Principem, Ducem, Caput*, indicare potest.

Abrahamo filium dedit Deus, quod plane fieri non posse videbatur. Multis omnes cumulavit opibus, multa illis exhibuit bona, quæ sperare vix audebant. Sed vero *Dei constantiam*, imprimis quoad promissa, multis post seculis demum implenda, videre illi nequibant; credebant tamen, per omnipotentiam Deum id, quod est pollicitus, efficere valere. Promiserat autem Deus, aliquot post secula demum acquirendam Terræ sanctæ possessionem, atque jam erat tempus, quo constantiam suam in promissis conspiciendam præbere voluit. Quod enim quædam Patriarchis a Deo promissa mox eventu sunt comprobata, illa sane constantiæ minus, quam potentiæ erant documenta. Ast Moses ejusque coævi Israëlitæ sunt experti, Deum non omnipotentem tantum, sed semper quoque *eundem* s. reapse esse יהוה.

## §. 4.

Equidem largior, sæpiuscule id nominis in Sacris occurrere libris, ubi nullam plane exferit emphasin, sicuti crebro in aliis quoque verbis idem observare licet. Eos enim, qui ubivis locorum emphaticos vocum significatus quærunt potius, quam inveniunt, operosos adpello nugatores. Sed sunt tamen, præter explicitum locum, alia non pauca.

pauca, in vaticiniis præsertim, quæ propriam nominis nostri respiciunt significationem. Videatur e. g. *Jes.* XLII: 8. *Ex.* XXXIII: 29. XXXV: 7. XXVIII: 17, 23, 24. XXIX: 6. XXX: 8, 12. V: 17. XXI: 17. *Hof.* XII: 6, 10. *Joël* III: 22. *Mich.* VII: 7, 10. & alibi sæpissime. Omnia colligere & illustrare longum foret.

§. 5.

LXX ordinarie hoc nomen vertunt **יְהוָה**, *Dominus*, atque etiam in N. T. tabulis ista probatur interpretatio. Illi, qui puncta adscripsere Codici Sacro, fatis demonstrarunt, hanc propriam nominis non esse potestatem, sed morem fuisse pro **יהוה** legere **אדני**, cujus quippe puncta illi subiecta videmus. Quando vero ipsum **אדני** vel ante vel post **יהוה** ponitur, puncta nominis **אלהים** substituuntur. Num e superstitione id sit factum, an ideo, quia difficulter verti potest **יהוה**; an aliam ob causam, ego non decerno.

II. de Nomine **אדני**

§. 6.

Quid **אדני** sibi velit, facile est explicatu:

*Dominus* significatur. Sed de forma vocis certant Grammatici. Nomen ייִהוָה, de quo vis domino usurpatum, nil habet, quod sit *εινομαλον*. Sed unde illud (τ) in fine adiectum, quando præcipue de Deo dicitur? Affixum esse primæ personæ non videtur. Obstat enim, ait *Simonis* in Lexico, quod Deus sibi ipsi hoc nominis tribuit. *Job. XXVIII: 28. Jes. VIII: 7. coll. 5.* Nec *LXX*, nec alii veterum interpretes illud, quantum scio, agnoscunt, nec ratio dari posse videtur, cur aliis locis ordinariè *Jod* istud per *chireck*, hic autem per (τ) accedat. An singulare sit, an plurale, alia est difficultas, quæ torquet Grammaticos. Quidquid est, res eodem mihi redire videtur. Plurale tamen esse nomen autumo, quod ab alijs satis est evictum.

## §. 7.

Nec moror hic constructionem nominis cum verbo singulari, in qua par ejus est ratio, quæ nominum אלהים atque צבאות. Plura enim hanc in rem dein adferam. Sufficit, quod de ejus significatione satis constet. A robore, firmitate, atque potentia derivari satis facile potest dominii notio, quam satis superque confirmat usus. De sententia, quæ Angelorum ordinem sub hoc intel-

intelligit nomine, deia quoque agendi erit locus.

### III. de Nomine אלהים

#### §. 8.

Cum singulare אלה tum plurale אלהים in usu est. Princeps quæstio est de vera ejus significatione. Alii aliter rem explicare satagunt. Ego optime veri puto Deus, non tamen prouti hodie Theologi atque Philosophi id accipiunt nomen, sed paullo latiori quo olim vulgo acceptum est, significatu. Multi enim sunt Domini אלהים, multi quoque Dii אלהים sunt, juxta 1 Cor. VIII: 5. Is autem a veteribus Deus est dictus, qui benefacit, ideoque colitur & observatur. Ita Scytha ille apud Curtium L. VII. inter alia, quæ Alexandro M. vera dixit, hoc quoque posuit: Si Deus es, tribuere mortalibus beneficia debes, non sua eripere. Nec tamen benefactorem solum involvit idea Dei, sed talem simul indicat, qui neglectus plagis adficit mortales, in cujus potestate possum est vel bene vel male facere Ps. CXV: 3. occidere atque vivificare 2 Reg. V: 7. Sterilitatem inducere atque adimere Gen. XXX: 2. quique capropter colitur, ut bene

bene faciat, nec male, cf. *Deut.* IV: 23, 24. *Ebr.* XII: 28, 29. Hinc generalius *Rectores* atque *moderatores humanarum rerum* dicti sunt *Dii*: nihil enim rerum humanarum absque *Deorum* numine geri putabatur, ut apud *Nepotem* legimus. Magna igitur *Diis sapientia* tributa est atque *justitia* in regundis mortalium rebus, imprimis etiam *vis animorum sensus flectendi, & homines inspirandi*. *Cicero* de legibus L. II. „ Sit hoc, inquit, jam „ a principio persuasum civibus, dominos „ esse omnium rerum ac moderatores Deos, „ eaque quæ gerantur, eorum geri iudicio „ ac numine, eosdemque optime de gene- „ re hominum mereri, ” vide & *de natura Deorum* hic ibi. Præterea *excellencia, immortalitas, vita felicissima, potentia* atque aliæ præstantes *Diis* adsignatæ sunt qualitates, quæ omnium rerum moderatores decent. Solus *Jupiter*, pater Deum hominumque, mortalia non tantum curat, sed *Regnator* quoque *Olympi* salutatur.

§. 9.

Cave credas, nomen אלהים per se atque juxta originem suam omnia illa complecti, quæ supra adduxi. Per se non nisi σεβασμα, *Numen adorandum*, indicare videtur; in quo nomina Θεός atque *Deus* forsitan coincidunt.

Ver-

Vernaculum Gott a bonitate tantum dictum videtur. Nihilo tamen secius multo ampliorem omnibus istis nominibus adsignandam esse significatum statuo. Nequeo enim a me impetrare, ut illos probem auctores, qui nimium Etymologias sectantur, nec veros admittunt verborum significatus, nisi eorum cogat origo. Magno doctrinae apparatus, magnis testimoniorum ambagibus falsam interdum e prima radicis notione verbi cujusdam deducunt potestatem, nec quicquam proficiunt ad fulciendam veritatem, quam contra turbant. Multoties enim derivata primitivorum relinquunt notionem, quam vel restrictam, vel auctam, vel plane in aliud vergentem videmus. Sicut omnibus in rebus, ita quoque in scrutandis veris verborum notionibus optimus magister est *usus*. Neque tamen Etymologiam plane abjiciendam esse autumo, quippe quæ suis non caret utilitatibus, sed justis inclusa cancellis.

§. 10.

Ex usu autem nominis אלהים abunde patet, non ei solum convenire, quem hodie κατ' ἰσοχῆν Deum nominamus, sed multis aliis quoque sive hominibus sive angelis vulgo dictis. Hominem homini Deum esse posse, in proverbio est. Moses Aäroni Deus



fuit inspirans nempe atque temperans ejus orationem *Ex.* IV: 16, quare Aäron Mosis etiam vates nuncupatur *Ex.* VII: 1, ubi idem Moses *Deus* etiam constitutus esse dicitur in Pharaonem, viribus nempe instructus ad adfligendum eum & ad laxandas quoque afflictiones. Pari modo rerum Israëuitarum moderatores, qui homines fuere, *Dii* nuncupantur *Ex.* XXI: 6. XXII: 8, 9, 28. *Pf.* LXXXII: 1, 6. & Vir senex veste indutus serica, qui pro Samuele fuit agnitus, אלהים דלוי dicitur 1 *Sam.* XXVIII: 13, 14. Eos vero, quos vulgo *Angelos* adpellamus, *Deorum* quoque insigniri nomine, nemini dubium est; siquidem toties tanquam rerum nostrarum moderatores apparent, vel beneficientes bonis eosque tutantes contra malos; vel punientes peccatores, florentes evertendo civitates, primigenitos occidendo Ægypti; magnosque militum dolendo exercitus, vel regnis præsidentes populisque, vel fidelibus ministrantes atque pusillis. Quemadmodum Dei respectu *Angelorum* illis competit nomen, ab ipso nempe legatis, ut suam exsequantur voluntatem; ita ad homines habito respectu, apud quos Dei gerunt negotia, recte *Dii* nominari possunt, & sæpius isto *Deorum* nomine *Angelos* significari, quam vulgo putant, autumo. Nec veritatis caret specie, multos Mythologiæ Deos, Ange-

Angelos fuisse. Ast vero plura de Angelis alibi. De ceteris gentium Diis nihil attinet dicere. Fictitii erant. Hoc tamen certum est, ex his quoque veram *Dei* vel *Deorum* deduci posse notionem.

§. II.

Præprimis vero *Filius Dei Unigenitus* nomine אלהים insignitur, cujus quidem arbitrio, quicquid in coelis est, permittit Pater, atque in terris. Ejus natu reguntur cuncta, adeoque Deus recte dici potest cum Deorum tum hominum, coelorum atque orbis terrarum, coelestia regens atque terrestria. Ideoque ordinarie *Filium* esse intelligendum, quum nomen istud apud Sacros legitur auctores, ego quidem dubio carere puto. Illum certe, qui in creando mundo fuit occupatus, quique toties humana indutus forma sanctis apparuit hominibus *Filium* fuisse, ipsæ sacræ sæpius testantur litteræ. Sed quoniam e Patris omnia peregit mandato, *Angeli* quoque in eum quadrat nomen. Ut a cetero autem Angelorum grege discernatur, recte adpellari potest *Archangelus* s. *Angelus κατ' ἄρχην*, atque hoc respectu Pater audit *Deus Filii*, cujus scilicet omnes moderatur res atque actiones.

## IV. de Nomine צבאות

## §. 12.

Satis notum est, hoc nomine *Copias*, *Exercitus*, *militum turmas* ab Ebræis exprimi solere. Generatim omnia rerum creatarum agmina, quæ in coelis terrisque sunt, צבא dicuntur *Gen. II: 1*. Specialius צבא השמים de iis Dei creaturis occurrit, quæ in coelis reperiuntur, ut *Sideribus 2 Reg. XVII: 16*. &c. atque *Angelis Neh. IX: 6*. *1 Reg. XXII: 19*. *1 Chron. XVIII: 18*. &c. Huc quoque, sed absque ratione, uti mihi videtur, referunt *Pf. CIII: 21*, ubi ad laudandum Deum excitantur 1, *Malakim* h. e. *angeli Jehovæ*; 2, *Zebaitb* ejus; 3, *omnia ejus opera*. Satis liquet, *Angelos* hic a *Zebaitb* discerni, nisi statuere velis, *opera Jehovæ* quoque *Angelos* esse. Rectius, puto, τὰ *Zebaitb* generalior hic tribuitur significatio, quæ & *Angelos* comprehendit, sicut *opera* præterea plura comprehendunt. Adscendit nempe oratio ab uno creaturarum ordine ad plures, & ab his ad omnes. Equidem nusquam *Zebaoth* plurali numero pro *Angelis* venire vidi: neque res ipsa id pati posse videtur. *Angeli* enim non nisi unicam rerum creatarum classem constituunt, ideoque plurali numero *classes* s. *exercitus* dici nequeunt.

## §. 13.

§. 13.

Num acu rem tangam, quando צבאות nomine plurali numero, indicari statuerem rerum creatarum, vi se movendi & agendi aliquid pollentium, classes, penes æquum iudicium esto lectorem. Hujusmodi sunt in coelis angeli, atque sidera; in aëre aves, forsan & nubes, fulgura, tonitrua, &c. in terris populi, bestiae, armenta, pecudes, insectæ, &c. in aquis pisces, belluæ, &c. Græci reddunt Δυναμεις, Latini, exercitus. Omnes enim isti rerum ordines, tanta constantes multitudine, ut numerari nequeant, haud secus atque militum copiae victrices, quibus resisti nequit, paratæ sunt Creatori ad exequenda ejus mandata. Vel cicadæ atque pediculi sufficiunt ad delenda imperia. Tantis Dei exercitus instructi sunt viribus!

§. 14.

Equidem haud novi, an alicubi nomen Zebaoth, absque addito alio Divino nomine, Deo tribuatur, ut adeo videri possit, inter Divina non referendam esse nomina. Sunt quidem loca, in quibus יהוה צבאות expressis verbis Dei nomen esse perhibetur; ut *Jes.* XLVIII: 2. LI: 15. LIV: 5. *Jer.* XXXI:

35. XLVI: 18. XLVIII: 15. *Pf.* XXIV: 10. &c. Sed pari jure nomen צדקנו *Jer.* XXIII: 6. XXXIII: 16. item nomina Patriarcharum Abrahami, Isaaci atque Jacobi *Ex.* III: 15. nomina forent Divina: Unum restat, quod in aliam forte rapere possit sententiam. Videmus nempe, non tantum LXX aliosque veteres Interpretes quandoque ipsum nomen sua in versione retinuisse, sed *Paulum* quoque *Rom.* IX: 29. atque *Jacobum* c. V: 4. Σαβαώθ ceu Divinum proponere nomen. Quidquid est, res redibit eodem. Quod si enim placeat pro Divino sumere nomine, apparet, improprie vocem esse explicandam, ut eum innuat, qui *solus omnium virium atque exercituum instar est*, s. παντοκράτωρ, quemadmodum hinc inde reddunt Græci, ut 2 *Sam.* VII: 8. *Zeph.* III: 5, 7, 10, 11, 14. *Amos* III: 13. V: 27. 16. IX: 5. *Mich.* IV: 4. *Nab.* III: 5. alibi. Imo vero in Novo etiam Instrumento παντοκράτωρ pro צבאות legitur 2 *Cor.* VI: 18: coll. *Jer.* XXXI: 35. *Ap.* IV: 8. coll. *Jes.* VI: 3. ubi LXX Σαβαώθ retinuerit. Vide & *Apo.* I: 8. II: 17. &c. Neque alius emergit sensus, si vertatur ὁ θεός τῶν δυνάμεων, ut *Pf.* LXXX: 5. 8. 14, 19. &c. Namque *Deus exercituum* est, cui omnes parent creaturæ, aliqua præditæ potestate, quique per illos nil non efficere valet, h. e. Παντοκράτωρ. Belli-

cam

cam Dei Virtutem, summamque potestatem, per agmina sua innumerabilia quodlibet patrandi, hoc indicari nomine, e *Pf.* XXIV: 10. coll. 8. satis liquere puto. Confer *Pf.* LXXXIX: 9. sqq. *Jes.* IX: 13, 19. X: 16. XIII: 4. *Jer.* XXXII: 18. &c. Utitur autem suis Deus exercitibus, vel ad excidendos hostes suos, vel ad protegendos eos, qui a suis stant partibus, adeoque hoc nomine malis inquitur terror, recreantur autem boni afflicti.

V. de Nominibus יה atque אל

§. 15.

Nomen יה ex יהוה esse decurtatum, sunt, qui statuunt, nec ii ineptire videntur. יהוה vices subire יה, mihi certum videtur. Pro יה enim in *Hallelu-ja Pf.* CIV: 35. CV: 45. est הלל ליהוה 1 *Chron.* XVI: 36. Eodem modo *Pf.* LXVIII: 5. de arca foederis dicitur ביה שמו h. e. de Ja illi inditum est nomen: Sed dicta fuit arca *Jehovæ*, & foederis *Jehovæ Jos.* IV: 18. 2 *Sam.* VI: 16. Vide & infra §. 24.

## §. 16.

אל, sicut יהוה, proprie esse Pronomen  
 tertiæ personæ, atque hinc ad significandum  
 Deum esse translatum, post alios monuit  
 Cl. *Simonis*. Vulgo etiam notum est, Ger-  
 manis olim in usu fuisse, pronomen Er/ ut  
 titulum adhibere honorificum, nec a vero  
 quicquam abesse puto, si quis verba Ehre/  
 ehren / ehrbar &c. hinc descendere asserat.  
 Quin hodie Er/ Derselbe/ vel magis in plu-  
 rali Sie/ Dieselben ad honorandum aliquem  
 usurpantur. Nihilò tamen minus sunt, quæ  
 aliorum meum flectunt animum. Non adeo  
 congruere videtur pronomini אל pluralis  
 forma אלים; nec satis commode suffixa תו  
 אל interdum nexa, juxta illam sententiam  
 explicari posse videntur. Quidni potius eo-  
 dem modo, quo ex יהוה decurtatum vidi-  
 mus יה, ex יהוה אל derivamus? Saltim  
*Pf. LXXXIX: 7.* בני אלים eosdem esse puto,  
 qui alibi בני אלהים adpellantur, nempe An-  
 gelos; & *Gen. XXXII: 29, 31.* אל in nomi-  
 ne *Israël* pro אלהים ponitur, ut abunde do-  
 cet nexus. Pari modo *Dan. XI: 36.* אל at-  
 que אלהי אלים ab אלהים atque אלהי אלים  
 nihil differre existimo. *Ex. XV: 2.* אל *Deus*  
*meus* idem est, qui paulo post אלהי אבי *Deus*  
*patris*

patris mei addit. *Jes.* XLIV: 10, 17. אל ha-  
betur, & opponitur אלהים vs. 8. & אלהים  
vs. 6. *Pf.* XVIII: 3. אלהי dicitur, qui com. 22.  
אלהי: ita & *Pf.* XXII: 2, 3. CXXXIX: 19,  
23. &c.

## VI. de aliis Dei Nominibus.

### §. 17.

Alia sunt nomina, quæ Deo interdum  
tribui solent, ut אלה, אחר, עליון,  
שם, &c. Sed הוא Pronomen est; de שר  
non est, quod post Cl. *Ikenium* addam; alia  
vix habent, quæ vel illustratione vel etiam  
refutatione egeant. Unum est, quod de הוא  
adjiciam. Videtur ejus notio ad illam fere  
accedere, quam in יהוה observavi. *Idem*  
certe atque *constans* in implendis promissis  
significatur 2 *Sam.* VII: 28. *Pf.* XLIV: 5.  
CII: 28. Verba הוא יהוה אלה Neb; IX: 6, 7.  
hoc sibi volunt: *Tu adhuc idem es ille primus,*  
*qui antea mundum condidit* &c. Illud אלה הוא  
2 *Reg.* II: 14. pro abrupta oratione: *etiam*  
*ille?* sumit Cl. *Simonis.* LXX, tanquam nomen  
Dei *Eliæ* אפפא fuisse, vertunt. Rectius  
omnia fluere videntur, si ita reddas: *Ubi*  
*est,* ait *Elisa,* *Jehova,* h. e. æternus sibi que  
*Bibl. Haganæ Cl. IV. F. II.* P con-



constans, *Deus Eliae?* Nunc etiam idem erit, qui fuit olim, ut adeo & ego miraculum ab Eo merito expectare possim.  $\eta\aleph$  certitudinis etiam nota est, ut sensus sit: *Omnino idem est.*

## VII. de compositionibus nominum divinorum.

### §. 18.

Occurrunt quidem nomina Dei יהוה, אדני, אלהים, ה' atque אל hinc inde sola; sed quam sæpissime duo & tria quoque composita inveniuntur. Operæ erit pretium de compositionibus hisce seorsim agere. Huc autem refero אלהי-אלהים, *Deus Deorum* h. e. *summus Deus*, atque אדני-אדנים *Dominus Dominorum* h. e. *summus Dominus* Ps. CXXXVI: 2, 3. Ita κύριος & κυρίων καὶ βασιλεύς βασιλέων *Apoc. XVII: 14.* Confer *Deut. X: 17.* *1 Tim. VI: 15.* *Apoc. XIX: 16.* &c. Hæc apud Ebræos pervulgata est locutio; ita enim & Canticum Canticorum, Sanctum Sanctorum, coeli coelorum atque alia in usu sunt. Proprie autem *Deus Deorum* atque *Dominus Dominorum* is est, quem omnes Dii, qui res coelestes atque humanas aliquo modo temperant, suum venerari debent Deum, sine

sine quo nil omnino valent; cujus etiam in manu sunt, quicumque aliqua in alios gaudent potestate, cui adeo serviunt, quicumque aliis imperant.

§. 19.

2, יהוה אלהים, vel per appositionem explicari potest, vel ita, ut יהוה in statu concipiatur constructo. *Posterius* si arrideret, vertendum foret: *Primus atque ultimus, æternus, princeps, vel etiam primigenitus Deorum.* Nolim tamen meum huic expositioni facile adjicere calculum, quoniam liquido nondum constare videtur, יהוה ullibi in statu offendi constructo. Contra ea loca habentur non pauca, e quibus facile effici potest, nomen אלהים post יהוה per adpositionem esse exponendum; ut *Pf. XL: 6. XXX: 13. יהוה אלהי ישראל Pf. XLI: 14. &c.* Ita etiam LXX & omnes alii, quos novi, Interpretes ista interpretantur nomina. Quare suum quodvis retinet significatum absque illa constructionis status relatione, & significatur *primus atque ultimus omnium rerum moderator*, ὁ αἰώνιος Θεός *Rom. XVI: 26, s. una voce Archideus.* Patet, nihil plane in re utramque differre expositionem & omne fere discrimen in re grammatica esse.

Patet etiam, & *Patrem* & *Filium* isto com-  
mode insigniri nomine posse.

## §. 20.

3, יהוה צבאות modo constructe κύριος  
δυνάμεων, *Dominus exercituum*, modo absolute  
κύριος παντοκράτωρ *Dominus Zebaoth* redditur.  
Quodsi constructus supponatur status, aut  
eum hæc innuunt nomina, qui ἀρχων prin-  
ceps, caput atque belli dux est omnium  
exercituum & creaturarum viribus prædita-  
rum, aut eum, qui δευτότατος πάσης κτίσεως  
*Col. I: 15.* appellatur, adeoque ante omnes  
res creatas jam extitit, tanquam Patris pri-  
migenitus, cui ideo & primigenituræ com-  
petunt jura, vide *Gen. XLIX: 3.* præemi-  
nentia nempe atque potentia, Sin vero  
absolutus statuatur nominum status, *æternus*  
indicabitur, qui solus tantis valet viribus,  
ut omnium vel validissimorum exercituum  
vicem sustineat s. *validissimus omnium.* Utrum  
eligas, parum interest. Sicuti *Patri*, ita &  
*Filio* ista competit denominatio, quæ occur-  
rit etiam cum præfixo יהוה *Jes. X: 23, 24.*  
*Jer. V: 19.* Quando vero צבא in statu con-  
structo ante יהוה legitur, ut *Jos. V: 14, 15,*  
*exercitus æterni*, vel omnes complectitur vi  
præditas creaturas, vel speciatim Angelos,  
qui ejus nutu, quocunque vult, moventur.

## §. 21.

§. 21.

4, יהוה אלהי צבאות extat, *Jer.* V: 14. XXXVIII: 17. XLIV: 7. *Amos.* VI: 8. &c. Vulgo volunt, ita plena dici oratione, quod elliptice ante dictum fuerit *Jehova Zebaoth*. Sed id non necessarium esse duco: אלהי צבאות *moderatores* significat *omnium virium*, & *rerum classium*, quibus Deus pro militibus suis utitur. Nomen יהוה absoluto præponitur statu. Angeli unam harum δυνάμεων constituunt classem, ideo ipsi *Dii exercituum* sat commode appellari nequeunt; sed *Pater* atque *Filius* etiam recte *princeps omnium virium* audit *moderator*. *Psf.* LXXX: 5, 8. LXXXIV: 9. est יהוה אלהים צבאות. Interdum enim pro constructo absolutus reperitur status, nisi citra anomaliam per adpositionem explicare malis, *Archideus validissimus*; unde effici posset, צבאות per se quoque tanquam divinum considerandum esse nomen, vide supra §. 14.

§. 22.

5, יהוה אלהי ארץ ישראל *Jes.* X: 16. denuo confirmat, *Zebaoth* absolute Divinum esse

nomen, nisi forte statuas, pro אֲדֹנָי legendum esse אֲדֹנִי, quomodo *Vulgatus* habet.

Retenta autem lectione consueta, ego quidem verterim: *Dominus, Dominus validissimus, s. summis pollens viribus.* Res patet.

## §. 23.

6, אֲדֹנִי יְהוָה legitur, 2 *Sam.* VII: 18, 19, 20. 28. *Jer.* XXXII: 17. *Jes.* L: 4. *Jer.* I: 6. II: 22. &c. Aliquoties etiam vice versa occurrit יְהוָה אֲדֹנִי, ut *Pf.* LXVIII: 21. &c. An vero significatum hæc mutet transpositio, non credo erit, qui quærat. Aliud esset, si unum alterum regeret nomen; sed adponitur tantum priori posterius, ad significandum *Dominum alterum, principem, omnium primum atque ultimum.* Sic *Pater* adpellatur *Jes.* L: 4, 5, 7. 9. & *Filius Jer.* XXXII: 17. 25. alibi. Singulare videtur *Pf.* VIII: 2. 10.

יְהוָה אֲדֹנִי. Cum enim alias יְהוָה טָרָא cum אֲדֹנִי conjuncto, non hujus, sed nominis אֱלֹהִים subjecta videmus puncta; hic aliter se res habet. Quodsi conjecturæ locus datur, putaverim ego, indicari sic יְהוָה טָרָא statum constructum, ut adeo verti queat: *Princeps Domini nostri; Pater nempe intelligitur, qui etiam Deus & Pater Domini nostri*  
*Jesu*

*Jesu Christi* nuncupatur 2 *Cor.* I: 3. 1 *Petr.* I: 3. *Eph.* I: 3. *Patris* enim notionem a nomine יהוה minime abhorrere, autumo, siquidem *Pater* ceu prior s. πατερ respectu *Filii* concipi debet; sicuti *Filius primigenitus* omnes res creatas antecedit, & *Pater* etiam *illarum* recte dici potest, quippe quas *Patris* sui nomine produxit *Filius*. Omnino huc pertinet *Pf.* CX: 1. נאם יהוה לאדני, dictum *Patris ad Dominum meum*.

§. 24.

7, אל אלהים יהוה, *Pf.* L: 1. *Deus Deorum primus*, nil habet difficultatis. Nam אל אלהים idem est, quod אלהי אלהים, vide §. 18. 16, atque יהוה adjectum est per adpositionem, quod eodem sensu etiam praefixam esse posset. Atque hæc, ni fallor, præcipuæ *Divinorum* nominum erunt compositiones. Nam יה יהוה, quod habes *Jes.* XXVI: 4, cave putes, esse conjungendum. Sensus illius commatis hic mihi esse videtur: *Confidite* ( ביהוה ) illi, qui constans est, in æternum: ( כי ביה ) *Constanti*, inquam, sc. *confidite*; atque is, qui constans est, rupes erit æterna. Notandum enim est, particulam ך׳ interdum certitudinem rei, de qua sermo est, indicare, quandoque otiosi etiam. Denuo hinc effici potest, יהוה atque יהוה

idem plane esse nomen ; confer §. 15. supra.

## VIII. Alia quædam de Dei nominibus observata.

### §. 25.

Tria illa nomina אלהים, אדני & צבאות id habent commune, quod sæpe cum verbis construuntur singularibus, quum ipsa sint pluralia. Id multis persuasit, saltim in nomine אלהים, Divinarum personarum sic innui pluralitatem. Sed sunt, quæ illud plane destruunt assertum. Satis e linguæ genio ista grammaticæ anomalie removeri potest difficultas. Præterea obscuræ istiusmodi rerum absconditarum revelationes Pythiam quidem Delphicam decent, non autem verum, quem nos colimus, Deum. Cabbalistas ad hujusmodi delabi nugas, non adeo miror; sed Viros etiam hebraice doctissimos his hæerere opinionibus, vix est ferendum. Lucidissime demonstrari potest, *Filium Dei* quam sæpissime אלהים audire. Num & huic personarum pluralitatem tribuendam esse autumes? Quis ad removendam istam sententiam desideret plura? Equidem Cl. *Danzius* in *diff. de Divina inter cœquales* de

de primo homine condendo deliberatione, respondet, nomen *Elohim* jam vertendum esse: *Qualibet*, jam vero partitive: *aliqua persona Divina*. Sed ipsa hæc ambigua rei explicatio satis prodit, quam sit incommoda atque instabilis. Neque satis diluit objectionem, quod *Elohim* de angelis quoque atque hominibus &c. occurrit. Pari jure nomina *Adonim* atque *Baalim* cum singulari verbo constructa pluralitatem personarum inducerent. Reliqua mitto.

§. 26.

Est etiam Vir mihi amicissimus, qui e tribus hisce nominibus tres Angelorum exculpit classes, & ubivis ellipsin nominis יהוה statuit, quando id ipsum non expressum videmus. Quæ me detineant, quo minus huic subscribam sententiæ, paucis exponam. *Primum* est, quod status constructus יהוה mihi nondum satis demonstratus videtur. Nusquam certe cum suffixis mihi occurrit: nec ipse ejus plenus significatus admittere videtur, ut facile cum genitivo componatur. Quodsi autem istam יהוה constructionem concedam, ubicunque ante illa exprimitur nomina, si quidem sensus hinc emergere potest satis commodus; durum tamen foret, toties id textui



inferere ad supplendum sermōnem. Quæ quæso ratio est, quod aliquoties legitur, sæpius vero omittitur? Ego quidem eam reperire nequeo. *Deinde* vero ex adsumta hac hypothese nil quicquam claritatis ad intelligendam Sacram scripturam redundare intelligo, nisi, quod grammaticalis illa difficultas, quum nomen plurale cum singulari conjungitur verbo, rescindatur. An vero adoptandæ illi id sufficiat, penes ejus auctorem esto judicium. *Post* etiam unde, nisi ex haud adeo puris Judæorum fontibus, illi Angelorum hausti sunt ordines? Sacræ certe litteræ eos nullibi docere videntur. Neque, puto, reperiri potest causa, cur toties se Deus Jehovam Angelorum modo hujus, modo illius ordinis ab hominibus prædicari velit, nec tamen usquam clare docuerit, quid discriminis in illis offendatur, quidve emphaseos in his lateat. *Porro* quamquam largior, אלהים sæpe pro *angelis* venire; id tamen de *Zebaoth* nondum mihi liquet. Nam 2 *Chron.* XVIII: 18. & 1 *Reg.* XII: 19. *exercitus coelorum* singulariter extat, non pluraliter, nec simpliciter צבאות, cf. §. 12. Nec אדני usquam pro *angelis* poni, certum mihi est. *Præterea* qua ratione אלהי אלהים, אלהי צבאות, & quod toties apud Ezechielem legitur אדני יהוה, juxta hanc extricari commode queat hypothesein, scire aueo.

Tan-

*Tandem*, me iudice, Angelorum non est, simpliciter & generatim hominum nuncupari dominos deosque. Conservi potius sunt atque patres, quin ministri, a Deo missi in fidelium salutem. Addo, quicquid de Angelorum docent classibus, haud solidissimo niti fundamento; imo etiam non absque veri specie defendi posse puto, omnes pares esse Angelos, nec ullum alterius subjectum esse imperio, quamquam alii alios suis longe superent virtutibus, atque perfectionibus.

§. 27. •

Multo facillime omnia ista procedunt, si Canon ille *Glassianus* pro fundamento subternatur: *Nomina appellativa, quæ dominium notant, ex proprietate linguae S., numero plurali, pro singulari efferuntur.* Equidem Vir ille clarissimus excipit nomen אלהים, in quo cum ceteris personarum videre vult pluralitatem, quia non appellativum sed proprium sit, nec dominium significet. Sed eximie fallitur Vir humanissimus. Est enim אלהים non proprium, sed appellativum, & significat quoque dominium, Deo nempe cuncta moderante & regente. Quodsi vero de hoc aliquis absque ratione dubitet: retius Canon ille ita efferri debuit, ut & comprehendat nostrum אלהים, e. g. *Nomina,*

*mina, quæ excellentiorem notant personam, interdum pluralia esse solent, cum constructio requirat singulare.* Grammaticos autem, quorum non arridet palato, quod ita, vel prima Syntaxeos regula negligitur, rogatos velim, ut prius explicent, quam ob rem Græcis Atticis usitatissimum sit, neutris pluralibus singulare tribuere verbum, quam de hebraicis his disputent nominibus. *Gen. XXIV: 9.* Abrahamus dicitur *Domini* Eliezeri; nec video, quid אֲדֹנָי hoc loco aliud dicat, quam *Dominum* singulari numero. Ita Rex Ægypti *Gen. XL: 1.* אֲדֹנָי dicitur, pro *Domino* simpliciter; & c. *XLII: 30.* Josephus appellatur *Domini terræ.* Pari teritur usu בעלים, vid. *Glassii Philol. S. p. 619.* Cur אֲדֹנָי, de Deo dictum, pluralem habeat significationem? Cur aliam nominum אֱלֹהִים atque צְבֹאוֹת esse rationem contendamus? Hunc quoque in censum venit vox עֹשִׂים, quæ proprie *facientes* dicit, sed interdum de Deo usurpata, non nisi singulariter *Factorem* s. *Creatorem* indicat, ut *Psf. CXLIX: 2.* *Job. XXXV: 10.* *Jes. LIV: 5;* & אֱלֹהֵינוּ *Index summus Psf. LVIII: 12.*

## §. 28.

Neque opus est, ad explicandum hunc Idiotismum, cum Illust. *Grotio* statyere, אֱלֹהִים esse

## de Nominibus Dei Hebraicis. 231

esse pro אלהים; aut cum cl. Clerico, a gentilibus, plures colentibus Deos, ad Israëlitas id transiisse nominis. Omnium optimam ejus rei rationem illi reddere mihi videntur, qui hoc modo personæ excellentiam innui asserunt, tanquam plures in Uno comprehendantur. Posses igitur אלהים reddere per *Eum*, qui unus omnium instar est *Deorum*, *Deus perfectus*. Itaque אדני erit is, qui solus omnium Dominorum loco est, vere *Dominus*; & צבאות vis perfecta, qui solus omnes complectitur vires; בעלים *Dominus*, qui optimo rem tenet jure; עשׂים *Creator*, nullius ope indigens, per semet solum cuncta efficiens. Respondent hisce multa alia nomina, quæ ad denotandam rei magnitudinem atque præstantiam pluraliter leguntur, e. g. *coecitates Gen. XIX: 11. pro ingenti coecitate: laudes pro perfecta laude; lætitiæ pro maxima lætitia; mortes pro exquisitissima morte, &c. cf. Glasius l. c. p. 617. sqq. Nec dubito huc advocare Ex. XXXI: 14. profanantes Sabbathum h. e. qui palam profanat & perfecte, ita ut reus agi possit; moriatur; Num. XXXII: 25. Et dixit Filii Gad atque Filii Ruben h. e. unus, omnes simul repræsentans, & omnium nomine, Num. XXXIV: 4. וְהָיָה תוֹצֵאתָ עִיר erit terminus ultimus; Jud. XIII: 17. quum veneris verba tua h. e. res ista eximia, de qua locutus es. Multa alia huc, facientia silentio præ-*

*omnium Regnator & auctor* est. Nec aliter  
 intelligo nomina: *Deus pacis* 1 *Thess.* V: 23  
*Rom.* XV: 33. XVI: 20. *Ebr.* X-FII: 20  
*Deus omnis gratiæ* 1 *Pet.* V: 10. *Deus patientiæ*  
*atque solaminis* *Rom.* XV: 5. 2 *Cor.* I: 3  
*Deus amoris ac pacis* 2 *Cor.* XIII: 11. *Deus*  
*justitiæ meæ* *Pf.* IV: 2, & alia hujus generis.  
 Hoc enim volunt Scriptores Sacri, Deum  
 omnium istarum rerum singularem habere  
 curam, ita, ut ad promovendas eas nihil  
 non agat. Intelligitur hinc, quare summum  
 Numen *mortuorum Deus* dici nequeat, cujus  
 quippe cura, tutela atque moderamine desti-  
 tuuntur mortui. Sed vero cum *Judæi*, tum  
*gentiles* ejus experti sunt gratiam; unde &  
*utrorumque Deus* recte a Paulo *Rom.* III: 29.  
 nuncupatur.

## §. 30.

Quod ad condendi hominis historiam  
*Gen.* I: 26. sq. pertinet, nolim eos audiri,  
 qui Trinitatis personas hic consultantes  
 proponi autumant. Multum refert ut con-  
 stet, qualis fuerit imago, quam primi ex-  
 presserunt parentes. Num *Col.* III: 10. &  
*Eph.* IV: 24. hac pertineant, valde mihi  
 dubium est. Illi enim recens creati infantes  
 quidem fuerunt, sed justitia atque sanctitas  
 haud fucata habitum requirunt, qui diuturno  
 de-

demum oritur exercitio. Et sane si adeo  
 iusti sanctique fuissent, lapsus ille funestus  
 vix tam celeriter consequi potuisse videtur.  
 Neque enim illum involuntarii & nescien-  
 tes, sed prædestinato admiserunt consilio,  
 putantes scilicet; sic se ad majorem evectum  
 iri felicitatem. Substitit etiam ista imago  
 in hominibus post lapsum, vid. *Gen. IX: 6.*  
*Jac. III: 9.* Quare parum abest, quin in-  
 ducar ad credendum, imaginem istam con-  
 stitisse in eminentia præ omnibus aliis terræ  
 incolis, quippe quorum Dii & moderatores  
 constituti sunt homines. Forsan & animi  
 dotes, quin etiam ipsa corporis forma, respi-  
 ciuntur. Præterea ad intelligendam hanc  
 historiam erit notandum, Filium Dei, quum  
 crearet mundum, multis comitatum fuisse  
 Angelis, *Job. XXXVIII: 7;* nec dubium est,  
 hos post *Filium* tanquam principem suum,  
 multis modis rerum humanarum, & præ-  
 sertim hominum, gerere curas, quare & ipsi  
*Dii* appellantur. Hisce præstructis, textui  
 nostro hunc mihi liceat tribuere sensum:  
*Et dixit Deus, nempe Archideus s. Filius*  
*Unigenitus ceteris Diis s. Angelis, quasi Con-*  
*dis suis: Faciamus hominem in imagine nostra,*  
*secundum similitudinem nostram, ut eodem*  
*modo, quo nos rebus præsumus & coelesti-*  
*bus & sublunaribus, & homines præsent iis,*  
*Bibl. Hagana Cl. IV. F. II. Q. quæ*

quæ præter se in terra habentur, creaturis. Tum vero creavit Deus, non plane otiosis forsan Angelis, hominem in imagine sua, in imagine videlicet Dei s. Deorum. Pari ratione Gen. III: 22. verba: *Ecce, Adamus factus est sicut unus est nobis*, de Angelis intelligo.

## § 31.

Paucis jam, quomodo in historia deletæ Sodomæ Gen. XVIII: 33. sqq. Jehova de Jehova pluisse ignem dici queat, exponam. Universam istam historiam brevibus delineare lubet. Ea vero sic se habet: Postquam Archideus, nempe Filius, abiit in coelum, (וילך יהוה); reliqui duo Angeli ad Lothum divertunt eique aperiunt, sese a Jehova s. Archideo esse missos ad evertendam urbem. Cunctantem vero ipsum cum suis extra urbem ducunt: ברחמלה יהוה עליי h. e. eo, quod clementia in eos uti, iisque parcere voluit Jehova. c. XIX. 16. Inter educendum autem Jehova, cujus in commate antecedente mentio fuit facta, quique, ut plane videtur, in nubibus illis apparuit, Lotho, eripe te, ait, nec retrospice, ne pereas. At vero Lothus respondit, nempe Jehovæ apparenti sibi in coelo, אלהם coram illis angelis, (de qua

voculæ  $\text{יְהוָה}$  significatione vel Lexica videri possunt, ): noli, quæso, Domine ( $\text{יְהוָה}$ ). — Respondit Dei Filius versu 21. sq., novum suæ clementiæ in Lothum edens documentum. Tandem additur com. 24: Jehova pluit super Sodomam — a Jehova de coelis, h. e. Is a semetipso, ab illo loco, ubi apparuerat, de coelo nempe, demisit fulgura &c. Eodem plane modo *Matth. XIII* 26.  $\text{Σατανᾶς τὸν Σατανᾶν ἐκβάλλει}$  nil dicit aliud, quam Satanas semetipsum expellit, sicut *Luc. II*: 18., loco hujus locutionis est:  $\text{ὁ Σατανᾶς ἐφ' ἑαυτὸν διεμερίσθη}$ . Duo enim Satanæ nusquam leguntur.

§. 32.

Variae extant conjecturæ de *Gen. IV*: 1, ubi Eva primigenitum enixa, *possedi*, inquit, *Virum Jehovam*. Novam illis adjicere liceat. Quid? si nomen  $\text{יהוה}$  hic non de Numine Supremo explicem, sed potius ad Cainum referam? Notionem certe *Primigeniti* huic supra asserui nomini, quando de Dei Filio usurpatur; Cainus autem omnium Adami & Evæ posterorum fuit Primigenitus. Obstat tamen, ut verum fatear, quo minus hanc defendere velim explicationem, *primi-*



*mum*, quod nomen *Jehova* nusquam alii, quam Deo tributum inveni; *deinde* vero, quod particula  $\text{ἄ}$  hoc loco falso pro accusativi casus nota sumi videtur. Quando enim duo accusativi apponuntur, τὸ  $\text{ἄ}$  priori, non posteriori præfigi solet. Atque hoc vulgari quoque expositioni horum verborum potest opponi. Rectius τὸ  $\text{ἄ}$  præpositionem indicat, uti & LXX cum aliis agnoscunt. Nimirum Eva longioris pertæsa solitudinis, eximio perfundebatur gaudio, cum videret, novum se vitæ socium in Caino esse nactam, quem ideo tanquam angelum a Deo missum grata accipit.

## §. 33.

Characteres de reliquo, quibus a Filio distinguatur Pater, in ipsis non video nominibus, de quibus hætenus egi. Circumstantiæ sunt attendendæ. *Ubicunque* divinæ occurrunt apparitiones, *Filius* est intelligendus. Patrem enim nemo unquam vidit, sed Filius; qui in illius est sinu, omnia nobis explanavit. *Ubicunque* *dèin* divinæ hominibus proponuntur orationes, itidem  $\lambda\omicron\gamma\text{Ⓞ}$  intelligendus esse videtur. *Ubicunque* *tertio* aliquod peragitur iudicium, pergit id *Filius*, cui quidem a Patre quodvis  
tra-

traditum est iudicium in coelis atque terris; Ubicunque *quarto* providentiæ Divinæ editur documentum, edidit id *Filius*, sicuti & creatio per illum est perfecta. Omnia omnino, quæ res & coelestes & terrestres spectant, ad *Filium* refero, conf. *Ebr.* I: 3. *Pf.* CX: 1. *Jo.* I: 3. 10. *Phil.* II: 9; 10, 11. &c. — Quodsi autem ad *Filium* Divinus instituitur sermo & de eo aliquid constituitur, hoc tribuo *Patri*; sicuti etiam cuncta per *Filium* effecta, simul ad *Patrem* sunt referenda, quippe qui Filio mandavit, ut suo nomine omnia agat regatque. Quæ igitur effecit *Filius*, *Patri* sunt tribuenda, tanquam summo omnium rerum, atque ipsius quoque Filii moderatori: Sed nil est, quin per *Filium* peregerit Pater, ut adeo *Christus* sit heri & hodie, ideoque in æternum.

(\*) Multam sane curam in Observationibus his adhibuit pl. Rev. & Doctissimus *Bonnetus*, & ostendit, se eorum eruditorum esse e numero, qui systema, quod didicerunt, Theologicum presso haud pede sequuntur, aut supra illud haud sapiunt. Verumtamen num acu semper rem tetigerit valde dubito; saltim quæ habentur §. 30. de imagine Divina, mihi minime ad liquidum satis perducta videntur, nec semper iustitiam & sanctitatem, de quibus virtutibus *Col.* III: 10. & *Eph.* IV: 24. agitur,

ere

requirunt habitum: Nec haftenus expositioni loci Gen. XVIII: 33. datae §. 31. accedo, licet ingenium prodat. Nihil autem minus placet quam nova Conjectura, § 32. proposita, ad inlustrandum locum Gen. IV: 1. & optime fecit doctiss. Auctor, quod illam Ipse condemnaverit. Hunc igitur Paragraphum prateriissem, si pro arbitrio cum aliorum opere agere liceret. Erunt procul dubio, qui Observatis his alia sunt obposituri, & hoc cupio. Dummodo illud fiat Theologice, hoc est, modeste & placide, Bibliotheca haec unicuique patebit. NB.



## I I.

## JOANNIS MEDHURST,

S. S. Tb. Doct. &amp; V. D. M.

OBSERVATIO

in *J E S. XXIV: 21-23.*

## §. 1.

**I**nter multos celeberrimi nominis interpretes nemo majori studio, atque cura argumentum vaticinii, cujus eximia pars nostra sunt verba, perscrutatus est; nec felicius id elucidavit ullus, quam celeberrimus VITRINGA. Mirum itaque non est, Virum eruditissimum, & artis S. S. interpretandi peritissimum rectius aliis mentem Vatis, qualis sit, inspexisse. Referendum enim ad tempora Maccabaica existimat vaticini;

ticipium, in quo clarissima illorum prostant  
 vestigia. Fateor illis adductum me esse, ut  
 viri summi descenderem in sententiam; sed  
 negandum non est aquam hæsisse mihi illa,  
 quæ in fine c. XXIV. prædicta sunt, pon-  
 deranti. Et, si dicendum, quod res est,  
*Vitringæ* illa magis obscurare, quam illustra-  
 re videtur interpretatio. Cum tamen plura  
 mihi prophetæ dicta Maccabæorum tempo-  
 ribus respondere viderentur, mentem vatis  
 denuo, seposito omni auctoritatis præjudi-  
 cio, indagavi, & quæ detexi ad elucidanda  
 vatis verba, hæc dissertatiuncula complexus  
 sum. Quo autem de omnibus, quæ huc  
 pertinent, eo facilius rectum ferri iudicium  
 possit, primo loco doctissimi VITRINGÆ  
 interpretationem examinare nos oportet, &  
 dein quisnam verbis vatis intellectus inhæ-  
 reat, erit docendum. Prius autem quam  
 rem ipsam aggrediar, monendum est, me  
 illa, quæ de sensu mystico tradidit laudatus  
 interpres eruditissimus, loco suo relinquere,  
 cum vaticinio illum prophetæ inesse haud  
 sim persuasus.

## §. 2.

Quæ de captivis com. 21. prædicta sunt,  
 maximum, mihi quidem, exhibuere nego-  
 tium, cum illorum indagarem significatio-  
 nem,

nem, & veritatem eorum, memorata videre in historia desiderarem. Quæ autem de exercitu coeli, deque regibus terræ prædicta sunt, illa intellectu sunt facilia, & quivis facile VITRINGÆ, illa explicanti, assensum suum præbebit. Ipse autem agnovit haud parum difficultatis in illo vaticinii esse membro. Sed hæc difficultas inde imprimis orta est, quod communis est eruditorum, quam & VITRINGA secutus est, opinio, prophetam hoc loco de regibus agere, deque aliis principibus, quorum antea mentionem fecerat. De verbis ipsis, affirmat ille: *Consehtiant hic interpretes, in verbis* **וְאִדְמוּ אִדְמָה אִדְמָה עַל בּוֹר** *Et colligentur collectione vincti in fovea, vocem אִדְמָה vinctus, elliptice scribi pro אִדְמָה tanquam vinctus, sive vincti. Quando dicitur, colligentur, id ita explicat: Adde, voce colligentur geminum involvi sensum. Est enim, hoc loco, colligentur collectim, tanquam vincti, detrudendi in foveam, & ibi clausi detinebuntur. Sensum itaque metaphoricum verbis hisce tribuendum esse opinatur. At vero haud opus esse ducimus, ut sermoni Vatis, tropum, qualem VITRINGA excogitavit, assignemus. Nihil enim significant a præmissis vaticinii partibus alienum, si proprium illis intellectum inesse statuamus. Illud אִדְמָה oculis subjicere nostris potest personas, quarum fortunam vates*

præsignificavit. Dicere possumus singularem pro plurali per enallagem positum esse numerum, cum verbum hunc numerum habens ei jungatur, quod sæpius in dialectis præcipue orientalibus factum, id quod nec ipse negat VITRINGA. Sed tum illud **וְדָן** satis clare ostendit, quinam in carcerem sint detrudendi, scil. illi, qui in bello captivi redditi, atque vincti erant; ita ut haud opus sit verba nostra cum præcedentibus connectere, acsi reges illi sint, qui in foveam sint colligendi. Metaphoram autem in iis quærendam haud esse, patet ex instituto vatis, cum id agat, ut calamitates describat belli funestissimi, quas inter & illud referendum est, quod multis bello captis catenæ injiciantur, eique in carcerem includantur. Nihil itaque nos cogit heic loci metaphoram quærere. Vatem autem de captivis mentionem faciendo ad reges illos, ac principes non respexisse hanc ob causam statuimus, quod de illis, qui diverso tempore, variisque locis, vixere, ac mortui sunt, affirmari non potest, quod *in foveam collecti sint*. Sed videamus qua ratione illa intelligenda esse putet VITRINGA. *Sensus est, inquit, profanos illos sacerdotes, & præfectos populi Dei — regesque terræ, qui persecutionem instituerunt contra populum Dei, omnes gravissimis Dei judiciis pressos, morte inbonesta,*

*probrosa, ac violenta occubituros esse, tam ipsos, quam ipsorum posteros, & quidem gregatim, magno numero — & hoc modo coercitos, ne populo Dei noceant, statu, locoque interitus ipsis a Deo destinato, luituros esse supplicium, sententia coelesti sceleribus ipsorum decretum.* Sed quis hæc omnia præsignificari in animum inducere potest, si mente præconceptis opinionibus haud occupata legat, victos in carcerem mittendos, & multos post dies respiciendos esse. Nam dici potest in carcerem includi illum, cujus ferocia coercetur, vel qui impeditur, ne aliis nocere possit amplius? Idea sane carceris plura complectitur, licet de captivo quoque affirmari possit, illum prohiberi, quo minus alios possit lædere.

Ratione verbi *קָרַב* tradit VITRINGA, hoc id loco *signare visitationem* (ut vulgo redditur) *non gratiæ, sed justitiæ, ac SCHMIDIUM refutat contrariam defendentem sententiam.* Cum enim hic observasset, *omnem visitationem, quæ est post calamitatem, esse visitationem gratiæ, respondet VITRINGA, id se haud negare, si per calamitatem intelligat calamitatem decretoriam, in qua sententia judicii finalis complementum suum consecuta sit.* Et huc refert vaticinium de Tyro *Jef. XXIII: 17.*, ubi dicitur post 70 annos *Deum Tyrum visitaturum esse.* Ita autem pergit VITRINGA, paucis inter-



accipi posse. Cumque Vates affirmat, illa dicto die esse futura, hariolari licet, hæc esse talia, quæ nemo facile, temporum circumstantiis consideratis, sperasset, eaque omnia illo eventura esse die, quem Jesaias prædixerat.

Ex hisce sequitur nihil impedire, quo minus distingui possint reges terræ, & captivi, quorum com. 21, 22. mentio facta, quemadmodum & vaticinii ratio postulat, ut pro diversis illos personis habeamus, ut supra vidimus. Hæc igitur illa sunt vaticinii hujus criteria. 1. *Jehovah respiciet exercitum altitudinis in altitudine, & reges terræ super terra*; ab utrisque poenam repetiturus ob crimina, quæ Vates antea memoraverat. 2. *Colligendi erant vincti in foveam collectione, ac claudendi in elastro, post tamen multos dies respiciendi, & e vinculis expediendi.* 3. Tertium criterium est: *Tum erubescet Luna, & pudebit Sol. Regnabit enim Jehovah Zebaoth in monte Zionis, & Hierosolyma, & coram senioribus erit gloria.*

§. 5.

Observatis hisce inoffenso pede progredi licet, & vaticinia illa clariori in luce ponere; Et hoc quidem hac perficere ratione sentabimus, ut, ubi opus erit, verba ipsa illustre

illustremus, & deinde in historia ostendamus, quæ a Jesaia prædicta sunt. Verba commatis 21 accuratius considerata, & explicata sunt ab eruditissimo VITRINGA, ita ut pauca nobis observanda, monendave reliquerit. Satis clare docuit, quænam iis præsignificata sint; judicia nempe Divina in sacerdotes Judæorum impios, regesque gentium populo Judaico infensos, qui hunc ce indigno modo oppresserunt, & ad desperationem adduxerunt. Licet hæc omnia, quod mentem Vatis spectat, recte se habeant, observandum tamen est, celeberrimum interpretem ratione verbi **בָּרַח** communio-rem erravisse errorem, dum illud reddidit *visitavit*, quod post illum interpretes eruditissimi, luce usi linguæ Arabicæ, longe rectius explicuerunt. Primariam omnium significationum, earumque originem esse statuunt illam, *accurate aliquid inspiciendi, & considerandi*, quod eo omnia, quæ vario verbum respectu signat, referri possunt. Nonnullas ejus significationes hoc posuit ordine celeberr. SCHULTENS in *Hamas*. p. 508. 1. *Inspexit, visitavit* vulgo, *requisivit*. 2. *Recensuit, lustravit*. 3. *Desideravit* non inventum; *requisivit*. 4. *Mandavit, reddendum, commendavit*; quod *suo jure* nempe *requireret*. Conferendus est celeberr. J. D. MICHAELIS, qui in tractatu de viis, quas capessiverunt

erudit

eruditi ad intelligendum linguam Hebraicam, (a) §. 23. p. 131. fontem erroris doctissimum interpretum, **וַיִּבְרַח** *visitare* reddentium, ostendit, & verum verbi illius intellectum aperuit. Docet enim illud linguis in Orientalibus significare *accuratius aliquid inspicere*, & ex hac origine ortas esse significationes *lustrandi*, & *puniendi*, aliasque. Est enim Imperatoris, ut oculis subjiciat suis, & attente consideret milites reeensendos, atque Judicis, qui poena afficit peccantes, ut de causa recte judicet, & in ea hanc ob causam oculos defigat, omnia æquali lance ponderaturus. Dicti autem erroris causam hanc putat esse, quod Vulgata, 70 Interpretes plerisque in locis secuta, verbum illud reddiderit *visitare*, ad exprimendam vim illius vocis, qua 70. usi sunt **επιβλεπεν**, ita ut in dicta versione illud *visitare* solitam haud obtineat virtutem, sed pro frequentativo potius verbi *visere* habendum sit. Quod ad illum, qui in manibus est, Jesaiæ locum attinet, videmus ibi **וַיִּבְרַח** de Deo Judice, Sacerdotes, ac Reges impios pro merita poena afficiente, adhibitum esse; & hanc ob causam, nisi me omnia fallunt, vertendum est, *respiciet*, *examinabit*, ut justam

sci-

(a) Beurtheilung der Mittel / welche man anwendet / die ausgestorbene Hebräische Sprache zu verstehen.

scilicet pronunciet sententiam, eamque exsequatur. Hæc itaque mens est vatis: Quo eo facilius cognoscatur, quodnam sit tempus, de quo egerim in vaticinio, sciendum est, hoc illo futurum esse die: Jehovah respiciet, judicabit, & poena afficiet exercitum altitudinis in altitudine, i. e. coeli in coelo, & reges terræ in terra. Qua ratione hoc factum sit satis clare docuit VITRINGA, cujus observationibus, nihil habemus, quæ addamus.

§. 8.

Illud igitur primum erat vaticinii criterium, quo exhibito ejus veritas clarius perspicui, & confirmari poterat. Aterum hisce expressum est verbis: *Colliguntur vincti collectione in foveam, ac clauduntur in claustris, post tamen multos dies respicientur* (vel ut vulgo redditur, *visitabuntur*). Antiquis temporibus illos, qui bello capti erant, in vincula coniectos, & in carcerem inclusos esse, res nota est, & omnibus manifesta. Hannibale in Italia contra Romanos bellum gerente, tot erant lixæ, aliæque, qui horum agmen sequebantur, catenis, vinculis, & id genus apparatusibus onusti, ut armatos numero superarent. POLYB. H. l. III. c. 83. Nec in exercitu Carthaginensium decerant vincula, &

*Bibl. Hagana Cl. IV. F. II. R ca.*

catenæ. Miserrimo fane, & deplorando in statu erant captivi catenis vincti, fame enecti, verberibus male mulctati, quales Hannibal exercitui suo conspiciendos præbuit, ad terrorem ei incutiendum, ne in proelio arma abjicerent, seque hosti permitterent. vid. laudatus POLYB. ibid. c. 62. Haud itaque insolitum erat olim *vinctos una in foveam colligere, & in claustro claudere.* Et hoc quidem insigni ratione factum esse illo die, quem Jesaias præsignificavit, historia Maccabæorum nos dubitare non sinit. Mentio enim facta est in ista *αιχμαλωσιαις, ην αιχμαλωτησε (BACHIDES) πρὸς περτερον εκ γης Ιουδα* I Maccab. IX: 72. Ecce captivos, quos collegerat hostis ille Judæorum crudelissimus, & in vincula conjecit. *Post multos dies Deus illos respexit.* Conferendus est cum vate locus in I Reg. XVIII: 1, quo, eo facilius perspiciatur, quantum temporis spacium *multi dies* indicent. Heic loci dicitur, *Et factum est (post) multos dies, ut verbum Dei fieret ad Eliam anno tertio. &c.* Videmus hic multos dies Hebræis esse aliquot annos, seu modicum temporis spacium, quæ significatio circumstantiis rerum, de quibus vates noster agit, maxime est congrua. BACHIDES enim a JONATHANE & SIMONE superatus, pace facta, captivos vinculis

culis exsolvere, & JONATHANI reddere coactus est. Factum autem hoc esse post multos dies, manifestum nobis erit, si consideremus, quamdiu in Judæos sævierit crudelissimus ille ipsorum hostis Bachides, ira gravissima concitatus. Patebit autem hoc, si relegas, quæ i *Maccab.* c. VII. com. 1-8. enarrantur, & imprimis, quæ BACHIDEM concernunt, DEMETRIUM nempe illum, statim post occupatum regnum, contra Judæos cum exercitu misisse. Observandum autem est, de BACHIDE cap. 9. dictum esse, quod JONATHANI restituerit, quos ex Juda *וּמִיָּדָיו* reddiderit captivos, id quod de omni illo tempore est intelligendum, quo arma victorica, Judæorum in terra, circumtulit, eosque vexavit.

§. 7.

Dictis hisce vaticinii hujus criteriis, Vates tertium adjungit: *Tum erubescet luna, & pudebit sol: Regnabit enim Jehovah Zebaoth in monte Zionis.* Operæ pretium est ut indagemus, quale lumen sit metaphoræ, quo nostra ornata sunt verba, imprimis cum non omnia, quæ huc spectant, ab eruditissimis interpretibus observata sint. Docuerunt illi quidem, cujus rei imago sit, *sol*

& luna, eorumque rubor, sed non attende-  
runt ad ea, quæ hisce juncta sunt, ex ser-  
monis contextu eruenda. Respexit nempe  
Vates ad terræ motum, quem defectio so-  
lis ac lunæ solent comitari. comm. 19.  
& 20. dicitur: *confringendo confracta est terra,*  
*disrumpendo disrupta est terra, commovendo com-*  
*mota est terra. Titubando titubabit terra, sicut*  
*ebrius, & hinc inde commovebitur, sicut te-*  
*gillum. &c.* Illo autem, quo hoc fiet, die,  
*erubescet luna, & pudebit sol,* ita ut secun-  
dum nexum rerum, hæc loci prædicta-  
rum, motus terræ causa esset futura dictæ  
luminum coeli defectio. Obscuracionem  
solis & lunæ terræ motui junctam esse ab  
ARISTOTELE & PLINIO jam est observatum,  
ut ex iis docuit celeberrimus JO. GE. MICHAELIS  
in *Exercitatione de Sanctis cum Christo in*  
*vitam revocatis, Bibliothecæ Brem. cl. III.*  
*Fasc. 4.* inserta. Imprimis notandum est  
PANSANIAM, quem ille quoque allegat, inter  
prævia terræ motus signa referre, quod so-  
lis orbis rubicundo tingatur colore *Achais.*  
l. VII. Addendum, in *Apocalypsi JOANNIS*  
futuram eodem tempore concussionem ter-  
ræ, & obscuracionem solis ac lunæ præ-  
significari, c. 13. com. 10. & 13.

Quæ itaque natura juncta sunt, illa quo-  
que elegantissime copulat metaphorice lo-  
quens

quens Vates ad depingendos rerum eventus, qui eodem tempore essent conspiciendi, quorum unus pro causa alterius est habendus. Hoc vinculum imaginum & hanc nobis adfert utilitatem, ut eo clarius intelligamus, quinam sint illi, quorum imagines *Sol* & *luna* in hocce sunt vaticinio. Cum enim reliqua ad hanc picturam spectantia satis clara & nota sint, hoc sese oculis doctissimorum interpretum subtraxit, ut ex iis, quæ supra dicta sunt, cognoscimus. Terræ motus imago est bellorum, quibus omnia, quæ ad populum, seu rempublicam spectant, quasi concutiuntur & labefactantur. *Sol* & *luna* autem repræsentant nobis principes aliquos; & illorum defectus indicat tristem, & funestum bellorum exitum, qui ruborem iis suffundit. Hæc nemini incognita, & ab aliis satis clare demonstrata sunt. Nihil itaque nobis hic reliquum est, nisi ut doceamus, quinam illi sint Principes, quos respexit vates, & qualis sit rubor, quem vates iis injectum conspexit.

Quod *solem* & *lunam* attinet, ante omnia notandum, illos esse effigiem & imaginem virorum in populo Judaico principum: Ille enim *comm. 21 coelum* est, oppositum *terra*, qua reliquæ orbis terrarum gentes repræsentantur. Si universam vatis picturam nobis



ob oculos ponamus, patet in celo illo Lunam esse principem exercitus excelsi in excelsis, qui a Sole lucem mutuatus est, & reliquos fulgore superat, et minores luna stellas excellit. Solis igitur imago animo nostro repræsentat principem, sive Regem supremæ potestatis, gloria fulgentem, qui omnia gubernat, & sua Lunam luce collustrat. Si itaque ex historia Maccabæorum depromere & ostendere possimus ejusmodi lunam atque solem, qui quasi erubuerunt, & pudefacti sunt, cum terra pernicioso bello quateretur, simul intelligemus Prophetæ nostri vaticinium, & clarissimum conspiciemus criterium, quo ut vere Divinum dignosci potest. Exhibet autem illa nobis historia lunam atque solem, & quidem dicta laborantes ratione, nempe ALCIMUM ac DEMETRIUM, quorum ille ab hocce lumen suum accepit. Cum enim DEMETRIUS, trucidato ANTIOCHO & LYSIA, thronum regni conscendisset, venerunt ad eum ex Israële viri, a lege recedentes & impii, quorum dux erat ALCIMUS, pontificis max. inhians muneri ac dignitati, populumque Judaicum apud regem incusabat. DEMETRIUS igitur BACHIDEM ad sumendum a Judæis vindictam misit, ALCIMUMQUE muneri præfecit summi sacerdotis. 1 Maccab. VII; 1-9. Hic videmus

Regem, solis instar maximo fulgentem splendore, lunamque a sole lumen suum nactam, DEMETRIUM & ALCIMUM. Et hic quidem eo rectius lunæ repræsentari poterat imagine, quod DEMETRIUS jussit, ut omnes, qui in terra Judæorum degerent, ei dicto essent audientes, quare illi & milites dedit, qui ipsum in protegenda provincia sua juvarent. JOSEPH: A. J. l. XII. c. X. §. 2.

Ne autem quis opinetur, DEMETRIUM haud posse considerari ut *solem in excelsis*, cum *regibus terræ*, qui in terra puniendi erant, de quibus Vates antea egerat, sit adnumerandus: observandum est, DEMETRIUM ratione populi Judaici, cui jura dabat, a vate in *coelo*, ut *solem*, collocari potuisse, licet alio respectu inter *reges terræ*, ut degens in *terra* esset repræsentatus; Nam *excelsis*, sive *coelum*, antea imago fuerat populi Judaici. De ALCIMO nullum est dubium, cum ille principem locum ambiverit, & nactus sit illos inter, qui a propheta *coelo* ut *stellarum agmen*, vel *exercitus coeli*, inserti sunt.

*Lunam* autem erubuisse, *solemque* pudefactum esse, cum Judæorum commoveretur terra, eadem docet historia i *Maccab. IX.* Cum enim a DEMETRIO bellum cum Judæis parum feliciter gereretur, Rex non modo, sed & ALCIMUS, spe sua, non sine ignominia,  
R 4 de

dejecti erubuerunt, eisque pudor incussus est. Post dictum hocce bellum, sæva imprimis Dei manu est percussus, ac mutus redditus, maximosque inter cruciatus mortuus est, ita ut institutum perficere haud potuerit, quod tam ipsi quam DEMETRIO insigni fuit ignominia. DEMETRIUS erubuit imprimis, cum BACHIDES, quem cum exercitu in Judæam miserat, a principibus Judæorum proelio superaretur, & in terram suam non sine pudore reverti cogeretur. l. c. com. 54-56.

## §. 8.

Imprimis notandum est, Jesaiam Judæis spem fecisse, victoriam ab hostibus reportandam felicissima ac optatissima tempora sequutura esse. *Regnabit enim, inquit, Jehovah Zebaoth in monte Zionis, & in Hierosolyma, & gloria erit senioribus ejus, com. 23.* Hisce verbis præsignificatur, Deum, qui in Hierosolyma in Zione colitur, supremam ibi potestatem, atterendo hostes, populumque suum liberando, manifestam redditurum, & id senioribus honori cesserum esse. Promittuntur igitur hac ratione populo Judaico halcyonia, post multos exantlatos labores, maximasque calamitates, expectanda: Pro-

mitti-

mittitur quoque fortuna florentissima, quae  
 causa solet esse gloriae. Et horum respectu  
 concordat cum historia vaticinium. Super-  
 rato namque BACHIDE, eoque in terram  
 suam reverso, cessavit gladius in Israële, &  
 JONATHAN, sede ac domicilio Machmasi  
 constituto, populum coepit judicare, & impios  
 ex Israële remove. *1 Maccab. IX: 73.* Quanta  
 autem victoria, quam ob hostibus suis Ju-  
 daei Divino auxilio reportaverunt, senioribus  
 fuerit gloriae, patet, cum reges DEMETRIUS  
 & ALEXANDER ambiverint JONATHANIS ami-  
 citiam, eumque magno affecerint honore  
*1 Maccab. c. X.* Quemadmodum & postea  
 praeter alios, vel ipsi Romani foedus cum  
 eis inierunt.



III.

JOANNIS PETRI SÜSSMILCH,

*Consilarii, dum viveret, Ecclesiastici & Propositi  
Coloniensis ad Spream, Berolini,*

S P E C I M E N

*Etymologici Latini, seu Glossarii Harmonici  
Latino-Phoenicii. (\*)*

NOTA

*Litteræ minuscule e. c. f. æ a. notant ebraam,  
chaldaicam, syram, æthiopicam, arabicam  
linguam.*

(I.)



*acidus. In lingua arabica verbum  
akatha, אקא signifies: acido  
lacte paravit cibum. Hinc sub-  
stant. akithon, אקיתון, poetice ik-  
thon; in plurali akthanon, acidum  
lac & schistum. vid. Castellii Lex. Heptaglot.  
ad h. v. In*

*Septennium, ni fallor, jam effluxit, quum Spe-  
cimen hoc, ex manu Doctissimi & honoratissimi  
amici*

## Harmonici Latino-Phoenicij: 261

In lingua Turcica occurrit *Eksi* *عكس*, acidus, acetosus, acris, acerbus, & verbum: *Eksmek*, acescere. vid. *Meninsky Thesaurus linguarum Orient.* p. 354. Patescitur verbum Latinum *Acesco* plane convenire, neq. ab *Eksi* vocem germanicam *Essig* i. e. acetum, valde esse remotam.

(2.)

Amici mei, J. F. CASSELLI, clarissimi apud Bremenses meos Professoris P., accepi, cui celeberrimus Auctor illud cum in finem miserat, ut in opere aliquo Musivo locum illi meritam dari curaret. *Cassellii* nostro gratias regi & nunc publice ago, quod *Bibliotheca Bremensi Nova* illud insertum voluerit. Adnuit mihi, Ipso per Litteras appellato, s. Rev. Auctor, sed, ne plura Specimina mitteret, valetudinem haud firmam causatus fuit. Post ejus obitum per Amicum singularem, *Berolini* tum adhuc viventem, inquisivi, num reliquisset spectantia ad hoc studiorum genus plura MSS., sed, dubium plane responsum tui. Prodeat ergo hoc Specimen, & simus cum hoc Catone contenti, quod luculentissimum de celeberrimi Auctoris polyglottagnosta testimonium exhibet, uti & id, quod videre licet, *Miscellaneorum Lipsiensium Novorum Vol. VII.* p. 99. 213. *Specimen Glossarii Harmonici Graeco Phoenicij*, sub litteris J. P. S. editum, qua littera romien' cel. Auctoris fatis produnt. Mirum certe phenomenon! quod beatus Vir, qui Providentiae Divinae admirandam sane sapientiam ditectricem in

## (2.) ACERVUS, acervare.

In arab. verbum *Karaba*, seu si *B* lenius pronuncies *Karawa*, קרב, plenum fecit. hinc *Kirbanon* coacervatio, *Kerwanon* vas prope plenum. At unde Alpha initiale? Notum, Orientales ad diversas conjugationes formandas præfigere literas *Aleph*, *He*, immo Syllabas integras, uti Arabes in primis ex *Pakad* קפא, in Conjugatione VII. faciunt

in ordine nativitatis, mortis & propagatione humani generis, in singulari opere, quod stupuit eruditus orbis, nomenque SÜSSMILCHIANUM immortale fecit, perspicue exposuit, studio Harmonico linguarum tam indefesse incubuit. Sed desino mirari, quando cogito & hæc studia magis cognata esse, quam primo videntur intuitu. Studium linguarum & Etymologicum ipse ingratum sibi fuisse declarat, sed cognovit ejus utilitatem. En ipsa Viri verba ex præfamine Speciminis citati in *Miscell. Lips. Novis* l. c. p. 101. quod mutatis mutandis & hujus Speciminis præfamen esse poterit: Probe intelligo, memet in ingratum studiorum genus, quod mihi ipsi olim fastidio fuit, qua ratione, amplius fere nescio, delatum esse; attamen & rei utilitas & veritatum maximarum, inde pendentium, momenta, nec non amicorum stimuli memet in opere suscepto adhuc detinuerunt. Ceterum eo tantum usque hunc laborem continuabo. quousque cum ad propositam demer-

## Harmonici Latino-Phoenicii. 263

faciant *Infakada*, אִפְקַדָּא, & in Conjug. X. *Istakada*, אִסְתַּקַּדָּא. In aliis Orientis dialectis alia hoc sit ratio. Quod ad Aleph præfixum attinet, illud in Arabica est characteristicæ conjugationis quartæ, nonæ & undecimæ, unde *afkada* & *ifkadda*. Similiter in Chald. & Syr. in Aphel. Hæc semel monuisse sufficiant. Hinc ex *Karawa* in Conjug. IV. fit *akrawa*, אִכְרַוָּא. Significatus plerumque est transitivus, sæpe tamen idem, qui primæ.

(3.)

*demonstrationem, linguas nimirum Europæas, Græcam imprimis & Germanicam (addo nunc & Latinam) veluti matres reliquarum, Sarmatica seu Slavonica excepta, utpote quæ mihi plane ignota, in Orientalibus contineri, necessarium existimavero. Errores ac hallucinationes, quæ forte irrepserant in hoc specimen, benevole excuses, rogo. Labor vice illius est indolis, ac prima specimina ab hallucinationibus fere æqueunt esse immunia. Accedit, quod mihi per labores alios baud liceat in omnium linguarum arcta penetrare. Exempla denique vocum Harmonicarum, in hoc specimine allata, ita fere sunt ad unam comparata, ut sine regularum Etymologicarum subsidia plurima queunt dijudicari. Animus bis præparatus facilius admittat, quæ operosioris sunt indagationis, & quæ longius nonnunquam repetenda. Conjecturas rarus interspersas baud in malam vertas partem; siquidem illis in explicandis vocibus antiquissimis cerere baud possumus &c. NB.*



(3.) ACERBUS, molestus, tristis, asper, durus, inimicus: *Acerbitas* temporis, imperii, *acerbe ferre* &c.

In Arab. *Karaba*, כַּרְבָּ, anxietatem induxit, anxio animum pressitque dolor, moeruit, afflictus fuit animus. Inde *akrabon*, אַכְרַבֹּן, angustus, arduus, molestus.

In lingua Italica acerbus dicitur *Garbo*: non opus fuit aphæresi, cum radix Orientalis in prima conjugatione non habeat Alpha. Cum *garbo* & arab. *Charaba*, כַּרְבָּ, omnino videtur convenire germanicum *Herbe*. Etenim literæ K, CH, C & G in omnibus linguis secum invicem commutantur. Uti *Caph* in Italica in G, ita in germanica transit in H.

(4.) ACER, de quavis re insuavi, ingrata, aspera, amara adhibetur. *Acrimonia*, vis mordax & ingrata &c.

In Chald. Syr. Arab. *Cerab*, כַּרְבָּ, ingratus, invisus fuit, fastidivit: respuit, coëgit illum, invitum adegit. *Karhon*, invisares, coactio, difficultas. *Ikrabon*, cum Elif in initio אַכְרַבֹּן, molestia. item *Ikrab*, אַכְרַבֹּן, aversio, fastidium, abominatio. Alpha initiale heic est præformativum substantivi, aut est a conjugatione quarta, *Akraba*, אַכְרַבָּ.

(5.) ACIES. gr. *akls.* it. *Acus, Acumen,*  
*Acuo.*

In Syr. & Chald. *Akas*, אכא & אכא  
 punxit, scidit, amputavit, acuminatus est,  
 stimulavit, inde *akza* & *okez*, אכא, *acies*,  
*acumen*, *aculeus*, *apex*, *petiolus fructuum*.

A. scindendo & amputando Germanis *se-*  
*curis* אכא, seu dialecto rustica *akse*, אכא.

(6.) ADULO & *adulor*.

Verbum *Dala*, *dalawa*, דלל, in Ar. &  
 Eth. benignitate & blanditiis erga alium  
 usus est, jucunde, delicate vixit, rectum,  
 aptum fuit, decuit (unde in anglica *Duly*,  
 decenter, quod rectum est.) In primis in  
 Eth. & quidem in Conjug. IV. *Adylawa*,  
 דלל, *adulavit*, simulavit, hypocrita fuit,  
 complacuit, placere studuit. *Adylywo*, hy-  
 pocritis, simulatio. *Castellus* harmoniam  
 mirificam animadvertit. Huc quoque refer  
 arab. *Dalla*, דלל, blanditus fuit, gestibus  
 jocatus est, lusit, deliciatus est more amu-  
 tium.

(7.) ADEPS, obesitas, pinguedo.

In Ar. a verbo *Adaba*, אדבא, formatur  
*Adabafon*, אדבא, *obesus*, *validus* & *firmus*  
 cor-

corpore. Hinc facile per contractionem & hūnationē, ut plerūque fit, abjecta, fit *adabs*, *adebs*, *adeps*. Est etiam in ar. *Odabon*, אָדָבּוֹן (*ain* tamen in *Gain* mutata) obesior, multis musculis & nervis præditus.

(8.) AD, ADHUC, ADEO.

In e. c. f. *ad*, אָד, *adhuc*, usque, usque ad, donec. Ebr. *adco*, אָדְכֹה, hætenus, hucusque. Radix videtur esse verbum arabicum *Adda*, אָדָדָא, *accessit*, disposuit ad aliquid, accensuit, adnumeravit. Etenim *Ad* notat tendentiam in locum aliquem.

In transcurso liceat inferere chald. *haidana* aut *idana*, הַיְדָנָא, הִידָנָא, h. e. *Hodie*, nunc, hoc tempore. Est a chald. אָדָא, tempus, nunc, per commutationem gutturalium. Dubium esse nequit, quin *Hodie* & germ. *Heute* ortum inde habeat.

(9.) AT.

Arab. *Ada*, אָדָא, *at*, verum, solum, tantum, vid. Castellus ad v. אָדָא.

(10.) AGER, de corpore & animo dicitur.

In lingua Turcica *Aghry*, אָגְרִי, (*elif*, *gain*, *re*, *je*.) i. e. Dolor. *Karn aghrysi*, tor-

formina ventris. it: *Egri*, אגרי, obliquus; torvus, curvus, distortus, *egri bakmak*, torvis oculis adspicere. *egre* ferre. vid. *Méninsky Thes.* p. 302 & 350.

In arabica a verbo *agara* descendit עגר, formatur *Ogarath*, עגרהת, moeror, & *Ograj*, עגרי, malum, infortunium, item *Aegypt*, עגיר, ad venerem impotens.

(11.) ÆMULARI, sectari, contendere & quidem invidiose, consectari, studere. In laude & vitio est hoc verbum.

In e. c. f. a. *Amal*, אמל, laboravit, studuit rei, operatus est, versatus est ut circa subjectum, exercuit se. Cognatum est verbum arab. *Mala*, מל, contendit ad aliquid, propensus fuit in rem, inde fit *Amjal* אמיל, proclivior. *Elif* initiale etiam a Conjug. IV. potest derivari.

(12.) ÆQUOR, *æquus*. facio cum illis, qui ab aqua ejusque planitie deducunt. vide infra ad v. *Aqua*.

(13.) ÆËR, *air*. gall. angl. *air*. Britan. *er*, *ear*, *aer*.

A radice אור, luxit &c. est in Syr. אור, *oar*. in chald. *aveir*, אור, *aër*, *spacium*, *Bibl. Hagana Cl. IV. F. II.* S

cium, vacuum, ventus, *averi*, אַוֵּרִי, aë-  
reum. in Æth. *ajyry*, אֵיֶר, aër, in Arab.  
*ijaron*, *ijar*, אֵיֶר, aër, aura. vid. אֵיֶר.

(14.) ÆS, *æris*, *ære*. it. *Abeneus*.

Arab. *ajar*, אֵיֶר. æs, orichalcum. *ajir*,  
lapis durus. v. Cast. ad v. אֵיֶר.

Pro *æreus* invenitur etiam *æneus*. *abeneus*.  
Poeticum censetur ab Etymologis. Est vero  
a Persico *Aben*, אֲבֵן, ferrum, *abeni gerb*,  
chalybs, *abenim*, אֲבֵנִי, ferreus, ex ferro  
factus, *abenin pence*, unguibus ferreis præ-  
ditus v. Meninsky thes. p. 572. sq.

(15.) ÆRA, annorum computus, nume-  
rus. Nonio est numeri nota.

In arab. *Arabha*, אֲרַח, digessit aliquid  
secundum tempus, adscriptio tempore ali-  
quid notavit. inde *arbbat*, אֲרַחָה, tempus  
designatum quando quid factum, *æra*, epo-  
cha. it. *Taribhon*, תַּאֲרִיחַ, annales, æra,  
computus temporis. Litera arabica *Ch*  
prolatu difficilior ac durior evanuit in  
dialec̄to latina.

(16.) ÆRUMNA Germ. *Arm* non differre,  
facile patet.

## Harmonici Latino-Phoenicii. 269

In arab. *Arama*, אַרַם, malignus, corruptis moribus fuit, carne nudavit & cortice, inde *arijmabs*, אַרְיַמָּה, (contracte fere sonat *armut*) calamitas, adversa fortuna,

Cognatum plane est verbum arab. *gharima* seu *arima*, אַרַם, (gain in initio) in exitium conjecit, obæratuſ fuit, *gharamon*, אַרַם, malum continuum, exitium. Gain sæpe ut simplex ain effertur; quin in ipsis Orientalibus linguis non raro in Aleph mutatur.

Adde Perſic. *Arman*, אַרְמָן; ægritudo, ſuſpirium, deſiderium, & *Orman*, אַרְמָן, moleſtia, dolor, anxietas; labor. Et verb. *armanidan*, ſuſpirare v. Golii Lex Perſ. p. 19. Vox græca ἐρημῶς eſt a verbo ar. *Arama*, אַרַם, unde *armaaon*, אַרְמָא, deſolata terra, vacua, ἐρημῶν.

### (17.) ÆSTIMO.

In arab. *Azima* ſeu *athſima*, אַזִּימָה, magnificiſſimus, honoravit, magni momenti fuit, *athſimon*, ſeu *æzym*, magni æſtimatus. Notandum, non eſſe *Thet* ſimplex ſed blæſum, in cujus pronuntiatione S leniter ſubauditur. Similiter ut in lingua anglica hodiernum *Th* efferenda eſt litera hæcce arabica. Meninsky in Theſ. p. 3284. per Z exprimit. Jam vero ex *athſim* ſeu *æzim* per metatheſin aut duriuſculam pronuntiationem fit *æſtim*.

Si *æstimare aliquem* significat iudicium d  
aliquo ferre, tum huc referre oportet ver  
bum ar, *atsama*, אָסַמָּא, (non *Te* simplex sed  
*Tse*,) pro fonte habuit, talem iudicavit  
peccatum & culpam imputavit. Ex *atsam*  
iterum ut ante factum *astam*. Meninsky *Tj*  
per simplex S exprimit.

(18.) ΑΤΑΣ, Varioni pro eo *Ævitas*. Si  
militer *æternus* contracte dicitur pro *æviter*  
*nus*. his adducti etymologi *Ævum* pro radice  
agnoverunt. gr. αἰών, αἰωνιον. Gothis olim  
*aiwa*, dein *Ewe*, hodie *Æwig*, v. Wachter  
Gloss. Germ.

In arab. *abada*, *awada*, אָבַד, perennavit,  
substitit, æternitate donavit, perennem fe  
cit. *awad*, plur. *owund*, אָוַוּד, ævum, sem  
piternum, tempus fine carens. Est plane  
lat. *ævit*. Porro *ebedi*, אָבַד, ad æternita  
tem spectans, æternus. Habet etiam Tur  
cica, in qua *Ebedilik*, אָבַדִּילִיק, æternitas.  
v. Men. Thes. p. 21. & Cast. Notandum  
quod ipsi Arabes D in G mutant, unde אָבַד  
idem quod אָבַד. v. Cast. Ita Germani *ewig*  
ut Latini *æwid*. His adde vocem *An*, אָן,  
in plur. *Awan*, אָוַוּאָן, tempora, momenta  
*Ewan*, אָוַוּאָן, in plur. *awine*, אָוַוּיִנֶּה, tempus  
v. Men. Thes. p. 480.

(19.) ÆTHER, אֵתֶר, *aiṭir*.

In ar. *atyr* seu *atsir*, אֵתֶר, (Tse) i. e. *æther*, it. excellens, electus. in chald. *Fat-tir*, יִתִּיר, idem. A radice *Atar*, אָתַר, ele-git, præcelluit. Multæ aliæ res ob purita-tem, sinceritatem ac præstantiam inde nomen sunt indeptæ.

(20.) ÆTNA, אֵתְנָא, *aiṭna*, mons Siciliae incendiis mirus.

In c. f. æ. ar. *atun*, *atuno*, אֵתָן, for-nax, ignis in fornace accensus & ardens: Radix superat in ar., estque verbum *Atana*, אֵתָן, fumavit ignis. Convenit gr. αἶθεω, ar-deo, uro, incendo, cui inprimis respondet ar. אֵתָן, *ghatha* seu *atba* (gain, je & the blasum) excanduit, succensuit.

Ab Italis hodie plerumque adpellatur *Monte Gibellino*. Ita ar. *gabal*, גַּבַּל, plur. *gibal*, mons. Verbum *gabala*, abiit ad mon-tem, montana petivit. Modo eminenti ita dictus mons Aetna.

(21.) AGER, אֵגֶר, *aypòs*, germ. gall. angl. *æ-ker*, *acre*. Vox fere universalis.

In c. c. f. a. *Akar*, אֵקֶר, multos posse-  
dit



dit agros, eradicavit. Inde in ar. *okron*, plur. *akaron*, fundus, area: it. *akar*, אָכָר, agri, villæ, bona immobilia, fundus. *Okraj*. אָקָר, ager, prædium. *Mokiron*, multos agros possidens. Cognatum plane est verbum *Acar*, אָכָר, in e. s. a. agrum fodit frugum ferendorum causa, *Accaran*, agricola.

(22.) **AGGER**, aggero, exaggero. agger est proprie lapidum aut terræ moles congesta, eminens. Notio verbi *aggerare* palmaria consistit in congerendo ac componendo terram &c.

In ebr. *Agar*, אָגַר, congeffit, composuit. unde in chald. *Oger*, אָגַר, cumulus, tumulus.

(23.) **AGO**, אָגוּ. Significatus varius, primario tamen & proprie significat impellere, & de pecoribus atque armentis dicitur quasi proprie.

In ar. *Agga*, אָגַג, dux fuit & indicavit viam, instigavit, inflammavit, accendit. ita Cast., Meninsky Thes. p. 55. *Egg*, אָגַג, ire, currere, instigare. Convenit plane verb. ar. *Chagga*. אָגַג, (*cha* in initio) impulit.

polit. Et cum *ba* in initio אָבָא; intendit, contendit, gradum fecit, causam dixit, argumentis probationibusque egit, certavit. Denique ar. *bagga*, אָבָא, institit; properare fecit. Verba hæc orientalia omnia sunt cognata, omnemque vim verbi *ago* continent.

(24.) AGMEN.

In ar. *Hagama*, אָבָא, adigit, propulio, ingredi fecit, immisit, quiescere fecit & in stabulum reduxit camelos, inde *bagmon* אָבָא, in plur. *abgamon*, אָבָא (Agmen camelorum non minus XL vel peculiariter a LXX ad C. Inde porro in c. s. *bagmon*, אָבָא, dux, gubernator, præses, præfectus, Rabbini *babagmon* *haggadob*, pontifex maximus. Gr. ἀγεμαῖον totum quoque hinc habet.

(25.) AGILIS.

Commode quidem ab *aga* duci posse videtur, habet tamen radicem peculiarem in Oriente. Verb. ar. *Agila*, אָבָא, festinavit, properavit, instigavit, impulit, acceleravit, velox fuit. *Agil*, אָבָא, festinus, properans. In syr. chald. *agal*, *agala*, אָבָא, velociter.

(26.) AGNUS. gr. ἀμνός.

In Orient. *agbnam*, אַגְבְּנָם, oves. Est pluralis ab *anem* seu *gbanam*, אַנְי (Gain in initio.) Meninsky ex Seid. p. 307. Est a verbo *agbnama*, אַגְבְּנָם, divitias peculiariter in pecude optavit. Addatur ex chald. *an*, *ana*, *aon*, אַן, אַנְי, אַנְי, Qvis, oves. Unde facili negotio syllaba latina *an*, *agn* & cum terminatione *agnus*.

(27.) AH, ab *Abba* secundum Priscianum.

In ar. *abba*, אָבָא, præ dolore suspiravit & dixit ah, doluit, moestus fuit. *ab*, *abi*, אָב, אָבִי, & *awi*, אָוִי, i. e. *ab*, *au* &c. Verbum a sono formatum.

(28.) AHENUM, caldarium. Si ab *abeneus*, quod ex ære factum, tum vide supra *es*. Liceat tamen subjicere chald. *agan*, אָגָא, אָגָא, labrum vas capax, it. *Ogan*, אָגָא, labrum, cupa.

(29.) ALA, AXILLA. germ. *achfel*, francico *ahfal*, anglo saxonice *ebste* & *exla*, latine barb. *ascella*. vid. Wachteri Gloss.

In ebr. *Asil*, אַסִּיל, ala, axilla. In ar. *szil*, שִׁיל, musculosum, torosum membrum, *Scaliger de caus. linguæ lat.* Ab axilla ala, ex trita, ut ait Cicero, elementi vastitate. Erroris etiam arguit, qui *axilla* ut diminutivum ab *ala* deducunt,

(30.) ALA alium adhuc videtur habere significatum. Servius: *Alæ, equites, ab hoc Alæ dictæ, quia tegunt pedites, alarum vice.* Non possum omittere quæ Oriens suppeditat. In Turcica *Alaj*, אַלַּי, turma, phalanx, ordo & series exercitus, acies, processio, pompa solennis. Meninsky in Thes. p. 374 gallice vertit *alles d'armée, escadrons, bataillons, bande, rangs.* hinc Turc. *Alaj Degi*, Colonelus equestris. *Alaj alaj olup*, dispositi in ordinatas turmas. *Men. l. c.* Si *ala* nolis hoc usu discrepare a præcedenti, quæ ex *axilla* formata, id tamen certum erit, vocem germanicam, gallicam, anglicam, *alles, ally,* cum Turcica plane coincidere. *Allee* significat arbores ferie & ordine dispositas. Sic Turc. *alaj baghlamak, disponere pompam ordinata ad excipiendum principem,* in *Ordnung / Reihe und Glieder stellen / gall. en baye.*

(31.) ALAPA. Eruendum prius videtur quid hac voce proprie indigitetur. Ita vero

*Du Cangius in Gloss. edit. recent. Alapa militaris* scriptoribus latinis mediæ ævi dicitur *ictus*, qui tironis ad militarem dignitatem promovendi *collo aut humeris, ense vel gladio*, quo miles fiebat, *infligebatur*. Mos derivatus a manumissionibus: quos enim manumittebant, eos *alapa* circumagebant, ait vetus *Scholias Perſi Sat. 5.* Galli nostri ejusmodi *alapas militares* appellant *Colées*, quod collo infligerentur. hæc ille. *Alapa* itaque est *ictus collo seu humeris inflictus*.

Sic conspirat ar. *Labba*, לַבָּב, in jugulo percussit eum, Germani einem an den hals schlagen / inde *lababt*, collum, jugulum. *Aleph* est a conjugatione quarta (vide *observ. ad v. aceruus.*), quæ facit לַבָּב, *albaba*, unde *alabba*, *alapa*. Est etiam in ar *Alaba*, לַבָּב, facta impressione signavit, unde *Ilab*, לַבָּב, signum impressum per longitudinem colli. Sic *alapa* verti potest *Signum* (militare), collo impressum. Dein forte pro quavis percussione ad collum facta usurpatum. Adde verb. ar. *Lafa*, seu durius, *lapa*, לַפָּא, percussit, fuste, vel virga, prostravit. In conjug. 4. *alpa*, *alapa* &c.

Similiter *Colaphus*, Κολαφός, est a verbo *Kalaph*, קָלַף, in chald. percussit, & *Kulpa*, קַלְפָּא, *colaphus*, clava, fustis. germ. *Kolbe*. lat. *Clava*. angl. *Club*. Ebr. *Calaph*, קָלַף, *clava*. Omnes ex uno fonte.

(32.) ALBUS, *albeo*. αλφός, Sabinis *alpum*.

In ebr. chald. *Laban*, לבן, albūit, dealbavit. *Laban*, albus candidus. In hiph. *bilbin*, in aph. *alben*, it. in ar. *alban*, lactificinia, lactis genera, ab albedine. Altera vox gr. λευκός est a chald. *lauken*, לוקן, albus. Germanorum *Weis* est ab ar. ד״ב, de quo in Specimine Germ.

(33.) ALES, *celer*, it. volucris, avis. *curus*. *ales* &c.

In ar. *illaws*, עלוי, levis, agilis, sphynx. it. *alas*, עלו, res propera, repentina, acceleratio, levitas, item *Mors*, quod sæpe inopinata ac repentina. Tartaris hinc sine dubio etiam equus vocatur *Alasa*, אלשה. V. *Meninsky Thes.* p. 373.

(34.) ALIUS, *alienus*, אלו.

Il, vulgo *el*, אל, pro איל, alienus, alterius, non proprius. *Men. Thes.* p. 364. In ar. *alasa*, אלס, alteratus, commotus, mente alienatus fuit. Et a radice obsoleta עלא restat *awlaon* עלו, alienatio mentis, fatuitas. *Cast.*

(35.)

(35.) ALO, *altor*, *almus*. Germanis quoque olim verbum *Alen* eodem sensu fuit usitatum. hodie in plerisque saltem provinciis usu excidit, v. *Wacht*.

In ar. *Alab*, עלו & עלה, elevavit, ascendere & in altum crescere fecit, altus fuit. hinc formatum verbum quadrilaterum ar. *Albada*, עלהר, bene nutrit infantem, cibo vesci curavit. Adde verb. ar. *Alla*, עלל, lactavit, fructus carpsit &c.: Item verbum *alad*, *jalad* seu *walad*, אלד; ילד, וילד, peperit, genuit, produxit quid, itemque educavit, alimentum prestitit.

Hinc ut lat. *Altor*, ita germ. *Eltern* / parentes, a gignendo, educando, alendo ita dicti. In lingua Gothica etiam liberi, proles, generatio, nomine *Alde* olim venerunt, nimirum ab *Alad*, אלד, unde in arab. *awlād*, اولاد, nati, proles. Hodienum in anglica puer dicitur *Lad*, similiter in chald. *lad*, לל, itemque e. ç. s. a. *Fæled*, *jælad*. *Jad* initiale abjicitur, quod non rarum. Sic quoque anglica vox *Lady*, quæ proprie feminam notat, a gignendo nomen accepit, & sic a verbo ילד, unde *Leda*, לדה, partus, generatio &c.

(36.) ALUMNUS, *alumna*. Alumnus disciplinae. vox non tam ab alendo videtur nata, quam potius a discendo ac docendo, ut alumnus proprie sit qui discendi ergo alicui traditus. Si hoc, tum derivare gestio a verbo *Alam*, עלם, in ar. didicit, doctus fuit, edocuit, in syr. adolevit, juvenis factus est, hinc in e. c. f. a. adolescens vocatur *Elem*, עלם, & virgo *Alma*, עלמה, *alumim* adolescentia.

(37.) ALESCO, olim usitatum.

(1.) apud Varr. *alescendo roborari*. Sic huc referendum verb. *alasa*, עלס, invaluit, edit bibitque, *alls*, fortis, strenuus.

(2.) Si ex composito *Coalesco* recte conicio, cohærendi ac concrescendi significatus ei etiam inest. Et sic non alienum verbum ar. *Alasa*, אלס, adhæsit, inhæsit, addictus deditusque fuit. Si ab *Alo* malis prognatum, non repugnabo.

(38.) ALOE. res & vox orientalis. syr. *Eloe*, אלס. &c.

(39.)



(39.) ALPES, nomen tractus montani.

In ar. *alaba*, אעלב, magnus sublimiorque collis, *alib*, עלב, superans, præpollens. Radix *Alaba* עלב, (gain proprie in initio) superior fuit, prævaluit. Sic nomen *Alpium* ab altitudine ac sublimitate. Vox *Alp* in Germanica lingua plures alios habet significatus, de quibus suo loco.

(40.) ALPHA. In latina æque ac orientabilibus non literam solum, sed quamvis aliam rem primam ac præeuntem notat. Ita *Martialis* l. 5. ep. 27. *Alpha penulatorum* i. e. primus eorum. Similiter in chald. *Alpha*, primum, primarium. In ebr. *allupb*, אלופ, dux, ductor, bos armenti ductor, præceptor, doctor. In chaldaica etiam *Alphabetum* dicitur *Alephbet*, אלף בית.

(41.) ALTUS, unde etiam *Altere*.

Jam ad *Alo* exhibui verbum *Alah*, עלה, & עלו, in e. c. f. a. ascendit, altus fuit, elevavit, in altum crevit, in superiori parte fuit. Inde formatur *ali*, *allon*, *alit* i. e. supra, superius, excelsus &c.

(42.) ALVEUS, generatim id, quod rem aliam continet, significat. Tum speciatim

(1)

(1) alveum amnis. (2) vas in quo apes mellificant, alveus apum. (3) vas aquarium, Bassertrog / Badewanne (4) poetice pro *Navis*.

Sic (1) c. f. *alpo*, *ilpha*, אלפא, *navis*.

(2) chald. *ilphas*, אלפם, patina, scutella, fartago. ar. *ilba*, עלבה, vas obsequium, *olab*, עלב, mulctrale, simileve vas capacius, capsula. it. *alaf*, עלף, capsula, vagina. Quadrant hæc optime in notionem alvei, si vas, receptaculum rei, significat.

(3) Ad notionem notiozem, ubi amnis canalem, in quo continetur ac decurrit, significat, commode referendum censeo verbum ar. *alaba* seu mollius *alawa*, אלב, congregavit, collegit, convenit undique, hinc *albon* seu *alw*, אלב, collectio, congregatio, res collecta & congregata. Et sic locus, ubi quid congregatur & undique collectum convenit, inde *alw* dictus est.

(43.) AMARUS.

Est a verbo *Marar*, מרר, in e. c. f. a. amara fuit res ar. *Amarro*, אמרר, amarior, acerbior, malum, infortunium. *amarrima*, malum. In Syr. & quidem in Aph. ut in conj. 4. ar. *Amar*, אמר, amarum fecit, exacer-

exacerbavit, moerore adfecit. Et in *Etph.* *et marmar* acerbe tulit, *murmuravit*, *moerore* adfectus fuit &c.

Non *amarus* solum sed etiam sequentes inde descendunt etiam voces, (1) *Moeror*, *moereo*.

(2) *Murmurare*, germ. *Mürten*.

(3) *Mirrba*, ar. *murr*, מרר, ab amaritudine.

(4) *Mare* ab amaritudine singulari nomen inde accepisse autumo. (5) Inde denique *ἀμαρτία*, sed de hac in Specim. Græco:

(44.) AMBULŌ.

In ar. *Balaba*, בלה, errabundus ivit sine percunctatione, qua via nesciens. Item *Bubal*, *bubl*, בהל, qui vagatur otiosus sine opere. Significatus plane convenit cum *ambulo*. At unde *am*? Est a conjugatione septima Arabum, quæ ex *Pakad* facit *inpbakada*, אַנְפַּקַד. Sic ex *babal* fit *in* seu *anbabala*, אַנְבַּלָה. *N* autem ante *B* in arabica semper *AM* est pronuncianda, id quod etiam in latina & græca non est infrequens, ut in *impleo*, *imbibo*, *imploro* &c. Hoc pacto habes *ambabla* ex *babla*.

Ab eodem verbo *babala* est Celticum *wallen*, *wallen* &c.

(45.) AMES, AMITES. pertica, paxilli, furca.

In e. c. f. *amma*, *amta*, אָמָה, virga men-  
soria, decempeda, cubitus, membrum vi-  
rile, postes; *ammot*. in ar. *aymad*, אָמָד,  
palus tentorii, columna. Men. thes. p. 3325.  
Radix est verb. *amad*, אָמַד, in a. æ. e. ful-  
civit, sustinuit palo, columna, stabilivit,  
stavit, columnam erexit; *amde*, fulcrum,  
id quo quid nititur.

(46.) AMITA, patris soror.

In ar. *ammiabt*, *æmmet*, אֵמֵת, & *æmme*,  
patris soror, *amita*. Et *Ammon* seu *æmm*,  
אָמָם, patruus. in ebr. *amit*, אֵמֵת, proximus.  
Radix omnium est verbum arabicum *Amma*,  
אָמָם, patruus fuit, pro patruo adscivit, pa-  
trium vocavit, it. communis fuit. (Ex  
posteriori significatu est *ammon*, *omman*, אָמָם,  
communis, generalis, res communis, gene-  
rica. hinc lat. *Omnis*.) In Turcica etiam  
usitata est vox, levi tamen mutatione, ex  
*æmme* & *æmmet* illa fecit *æmge* & *Amige*,  
אֵמֵגָה h. e. patruus, ein Better / Item *æmigia*,  
*æmigia*, אֵמֵגָה, nec non *æmmj*; אָמָם, i. e.  
patruus. Men. Thes. p. 3327 & 3331. Mu-  
tatio hæcce vocis *æmme*, *æmme* in *amiga*,  
Bibl. Haganæ Cl. IV. F. II. T Ami-

*amigia*, me ad conjectandum inducit, vocem sequentem

(47.) **AMICUS** gall. *Ami* huic verbo quoque ortum suam debere. Etenim verbum **אָמִיגִיא** significat præter adducta: communiter præstitit multis, communi munere illos profecutus est, commune donum præbuit. Sic *amicus* proprie esset, qui alteri non tantum adfinitate proximus & pluribus communis est ratione cognationis, sed etiam qui alios communi munere & amore profecuitur & quem rursus complectimur amore. Sic *amicus* præter strictum significatum dein latiore admisit. Vox *amica*, *amicula* latinis auctoribus etiam notat pellicem, meretricem. Ex communi usu & pluribus vulgato corpore id factum puto. Germanis simili significatu etne ante. vid. *Frischii Dict. germ. etymol.*

Hæc hujus vocis etymologia sin minus placet, incertioribus adscribi & ex horum certorum numero expungi libenter sinam.

(48.) **AMNIS.**

In ar. *ama*, **אָמִיא**, fluxit, spumam jaçtavit unda. Et sic a fluendo *amnis*. hinc *אָמִיאן*. **אָמִיאן**, pelagus, mare. *Men. Thes.* p. 3326. Potest etiam cum verbo *Mano* ex communi scatu-

scaturigine derivari. Etenim in arab. *Maana*, מַאנָא, fluxit aqua, fluere sivit eam. inde *Maana*, מַאנָא, aqua patens. *Mainon*, main, מַינָא, per terræ superficiem fluens aqua, *Moanan*, מוֹאנָא, decursus fluviorum. De *Mano* dubium est nullum, *Alpha* in *annis* est a conjugatione quarta, *amanan* אֲמָנָא, ut in *amarus*, & vide num. 2.

(49.) AMO.

In ar. *ama*, אֲמָא, אֲמָא, appetivit, cupivit aliquid vehementius, sitivit. *Imat*, אֲמָא, sitis, appetitus vehementior. Et *ain* in *gain* mutata, *gbama* seu *ama*, אֲמָא, sitivit. Addi potest ar. *ama*, אֲמָא, uxorem duxit.

Habet anglica verbum *to aim*. Videtur congruere cum gall. *aimer* & lat. *amare*. & significatus & origo est differens. Significat tendere ad aliquid, intentum esse rei, collinere. ita e. g. *i know what you aim at* h. e. scio quid intendas, *aim* meta. Est a verbo ar. *Amma*, אֲמָא, intendit quid, faciendum proposuit, contendit ad aliquid, præiit exemplo suo. Præter Anglicum etiam germanicum verbum *Amen* / *nachamen* inde esse, in oculos incurrit. Etenim verbum אֲמָא præter jam dicta significat: præiit exemplo suo, docuitque quid faciendum, appropinquavit, *sectatus*. & *imitatus* fuit, *sumsit* pro  
T 2
duce

duce & qui præiret. Nec gr.  $\sigma\mu\iota\sigma$ ,  $\sigma\mu\epsilon\sigma$  & latinum ipsum *Imitor*, quod ad priorem & principem vocis partem attinet, inde est alienum. His subjungo verbum cognatum ar. *Amada*,  $\text{אָמַד}$ , intendit, proposuit sibi, data opera fecit, *amad*  $\text{אָמַד}$ , finis, terminus, *amud*, mata &c.

(50.) AMOENUS, voluptatem dans, jucunditate perfundens, oblectans, amœnum rus, prædium, amœnus fluvius &c.

Est a verbo ar. *Jaman*,  $\text{יָמַן}$ , feliciter positus fuit, felix, prosper & fortunatus fuit. *Ajain*,  $\text{אֵימַן}$ , (contracte aimin) felices prospereque agentes. Est etiam pluralis *aimun* a sing. *Jaman* &c. Sic *Amœna* sunt proprie loca felicem ac prosperum situm habentia, qui efficit ut homini sint voluptati. In latina itaque effectus pro causa.

(51.) AMPLUS. ita gall. & angl. Italica autem habet *ampio*. huic exacte respondet Persica, in qua *ambi* & *ambu*,  $\text{אֲמַבּוּ}$ , i. e. copiosus, amplus. v. *Golii Lex. Pers.* p. 52. in *Cast. L. H.* Latina vox *amplus* gall. *ample* est ex arabica. In hac verbum *mal* sive *mal*,  $\text{מַל}$ , abundavit, dives fuit, opes adquisivit. inde Subst. *Malon*,  $\text{מַלּוֹן}$ , quod in plurali habet *Amval*,  $\text{אֲמַוּל}$ , i. e. opes, divi-

divitiæ, facultates, bona. Ex *ampel* facile fit *ampel*, siquidem literæ B, P, PH, F & V sunt convertibiles ut homoorganicæ. Ita latine *Sapo* gallice *Savon*, rive pro *ripa*, *savour* pro *sapor*, *brouine* pro *pruina*, *calvitur* pro *calpitur*, *βεβρω* & *fremo*, *βλίω* & *fluo*, *erbarmen* belgice *ontfermen*, *Vater* & *Pater*, *ovilio* & *opilio* &c. Similiter *ampel* pro *ampel*, *amplus* pro *amulus*. Quod ad significatum attinet, nulla inde enascitur difficultas. *Horatio* l. 1. ep. 3. *amplus* est pro dives. Ipsi *Ciceroni* l. 2. de *Inv.* *amplitudo* est potentia aut majestatis aut aliquarum copiarum magna abundantia.

(52.) AMPULLA, vas quodcunque inprimis ventricosum. Germanis vas potorium dicitur *eine Pulle*, Rustici inde formarunt verbum *pullen* i. e. vas potorium sæpe ori admoveere, ita dicitur et *pulle-allwieder*. In arte chymica pro *Pulle* dicitur *phiole*, lat. *phiala*, gr. *φιάλη*. Forma *Phialæ* est ventricosa. Vocem gallicam aut germanicam *Bouteille* / anglicæ *botle*, ad finem esse liquet.

Syr. ch. Samar. & æthiop. *phiolo*, *phiala*, *pbeiala*, *phaila*, *phaile*, פִּיל, פִּילָא i. e. *phiala*, patera, crater. Arabice & Persice *Boula*, בּוּלָה, amphora, vas unguentarium, matella, a verbo *bul* בּוּל. Et arab. *mibwalat* מִבּוּלָה, i. e. *ampulla*, Syllabam *am* latinæ voci



adjecta ut in præcedenti *amplus* & potest esse nota nominis verbalis, a conjugatione arabica VII. orti, quæ ex *bul* facit *ambul* seu *ambul*, **לַבּוּל**. vide supra voc. *Ambulo*.

(53.) AMPULLOR i. e. ampullis & fesquipedalibus verbis uti, turgide & inflate loqui. *Ampullæ* sunt verba tumentia ac turgida. Hic significatus in causa est, quod originem a *Bulla* arcessere atque a præcedenti discernere malim. *Ampullæ* hac ratione erunt verba vana ac inania, quæ instar *bullæ* nil nisi aërem continent atque mox pereunt. *Bulla* autem est a *Bullio*. ab hoc autem non differt gr. **φλύω** & **φλύζω**, ferveo, bullio, nugor, item **φλέω**, **ἀναφλύω**, ferveo. *Bullio* autem & **φλύω** sunt a radice *falyba*, **פָּלַב**, bullivit, intumuit, ferbuit, ebullivit. *falyby*, æstuans, bulliens, *falybaty*, bullitio. Si labialem *f* sive *ph* cum *b* æque labiali mutes, ex *falybaty* fit *balybaty*, *bulyaty*, *bullitio* &c.

(54.) AMUSSIS & AMUSIUM, est regula aut norma, ad quam aliud quid examinatur ac mensuratur. Opus *amussiatum* aut *amussitatum* i. e. examinatum &c. v. *Voss. Etym.*

In e. f. & samarit. *Maschab*, **מָשַׁב**, mensuravit, mensus est. inde c. *Meschab*, *miscbba*, **מִשְׁבָּב**, mensura, dimensio, bilanx, statera,

statera. *Meschubaa*, מֶשְׁכּוּבָא, mensur agrorum. s. *meschuchto*, mensura, metrum, modus, *maschochuto*, mensuratio. Arabica *Schin* mutat in *Samech*, uti fit sæpissime, & *Chot* in *Hba*, unde in illa *Masabba*, מֶסַבָּא, dimensus fuit, *misabhat*, מִסַּבְּחָא, dimensio, geodæsia, *masabhat*, mensura. In æthiopica *Samech* in *Sain* mutatur, *Masana*, מֶסַנָא, ponderavit, computavit, numeravit. Certum etiam germanicum. *Messen* / *Maas* & gal. *mesure* una cum lat. mensura &c. inde esse. Germanicum *mässigen* i. e. temperare in chaldaica cognatum habet verbum *Masa*, מֶסָא, temperavit. *Alpha* in *amuffis* potest esse a plurali arabico, aut a conjug. quarta arabica aut Aphelica in syr. & chald.

(55.) AMYLUM, secundum Plinium l. 18. c. 7. inde dictum, quod sine mola fiat. ἄμυλον.

Talmudistæ voce hac etiam usi sunt. *amilah*, אִמִּילָה, amylos, non molitus, *Amilon*, אִמִּילָן, massa farinacea, qua coqui solebant ollas obtegere. Verbum *Molo* & germ. *Malen* est a verbo *Malal* seu *Malla*, מַלַּל, in ebr. trivit, fricavit. *Molere* nil est aliud nisi rem *terere*, ac fricare, unde non de frumento solum sed & de aliis rebus, quæ teruntur ac fricantur, usurpatur, μύλλω γυ-

מאֵלָה. In ar. *malas*, מֵאֵלָה, mola. v. *Cast.*,  
ad v. מֵאֵלָה.

(56.) ANAS, anatis. germ. Ente.

Sic plane vox orientalis *angbyt*, אַנְבֵּיט,  
(gain in fine) i. e. *anas* & quidem major  
fulea, eine Türkische Ente / Anetra di Turchia,  
Canard. Vocem exhibet *Meninsky in Tbcf.*  
*Or. p. 463.* Ex *angbyt* fit *ante*, *ente*. Non  
improbabile est, radicem esse verbum ar,  
*Chanasa*, חַנְסָא, (cha in initio) subduxit se,  
subrepit, occultavit se ita ut de novo præ-  
sentem se exhibuerit. Id vero anates in-  
primis facere solent. Hinc etiam *Hanas*  
seu *Anas*, nomen fluvii Boeticæ, seu amnis,  
qui in terram ita se condit ut ex ea rursus  
emergat. v. *Boch. Geogr.* apud *Cast.* ad h. v.  
Græci literam initialem *Cha*, ut difficiliorem,  
abicientes ex *Chanas* fecere *νήσσα* i. e. *anas*,  
uti latini cum germanis in locum *cha* sub-  
rogarunt A non adspiratum. In arabica  
etiam avis quædam aquatica adpellatur *Anas*,  
أَنَس.

(57.) ANCORÄ, ἀγκυρα, germ. gall.  
*ancro*, *anfer* &c. Vox per omnes fere  
linguas disseminata.

Perfice

Perfice *Enker*, אנכר, v. *Meninsky Thes.* p. 466. & *Golii Lex.* p. 156. arabice *angar*, אנ i. e. *ancora*. Literæ verbi essentialis indicant radicem; Est a verbo ar. *Nagar*, נג, attraxit, attractus, correptus est vehementer in c. & s. traxit, attraxit. A trahendo, attrahendo & sic simul detinendo ratio fuit deprompta. cf. etiam si placet נגו.

(58.) ANCIILA. Est ab *Ancus*, servus, *anculus* famulus, *Anculare*, ministrare. v. *Du Cange & Voss*. Similiter græca ἀγκύρα, servus, uti in germanica *Enke*, *anke* i. e. servus. Græca nos ad simplex, & sic simul ad scaturiginem deducit. In eâ κανέω, ministro, operor, διακονέω, ἀγκυρόω &c. Radix omnium est verbum Kanaja, קני, in æth. dominatus est, possedit, in Conjug. 4. aky-naja, אקני, subiecit, subdidit, in Conj. 5. Takanaja, תקני, subiectus fuit, operatus est, laboravit, coluit. Kynujy, קני, subiectus, subiectus Kynajaty, קנית, subiectio &c. Patet simul germ. *Knecht* & angl. *Knight* ex hoc esse fonte. In ar. קנו & in ebr. ac ch. קנה ratione formalis significatus conveniunt. At ecquis quæso est, qui vocem *Ancillam* aut *Anculus* cum germanica & anglica *Knecht* & *Knight* pro vocibus sororio nexu copulatis habere posset, nisi nexus mediante

voce *Kana*, ope diversarum literarum præformativarum & suffixarum, ob oculos esse politus? Tam diversa sane eidem materiae vocis forma sine illarum beneficio dari haud posset.

(59.) ANCON, ἀγκών, cubitus, flexura brachii. *Ancus*, *adunco* brachio homo. *Ancones*, ferramenta ex quibus aliquid suspenditur. Huc referas etiam *Uncus*, ὄγκη, unde etiam *Aduncus* &c.

In ch. *onkj*, ונקי i. e. uncus, *Unkijot*, uncini stateræ, unde pendent funiculi lancium; *unkela*, ונקלן, uncus ἀγκύλιον. *Onkli*, brachiale, pars brachii a cubito ad axillas. *Onkelin*, ונקלין, uncini. Cuncta a radice *Anak*, נקע, e. c. f. a. tenuit, constrinxit, amplexus est rem & apprehendit, cinxit, collari ornavit canem, invicem amplexi sunt prehensis inter se collis. hinc quoque *Unka*, ונקע i. e. collum, quacum exacte convenit germanica vox *Unse* / seu ut hodie plerumque *Nacken*. v. *Wacht.* & *Frischii Gloss.* Hinc quoque ὄγκω, strangulo, suffoco:

(60.) ANGARIA. ἀγγαρία. Italice *angaria*. Polonice *angarya*. Ab Etymologis omnibus pro Persica voce venditatur, & recte quidem, &

& non Persicæ solum sed etiam aliis Orientis linguis est familiaris.

*Ankarijæ & angharizæ*, אַנְכַרְיָא i. e. angaria, apud *Menins.* in *Tbes.* p. 465 i. & 3343. qui vertit frohn dienste / charge des payfans. In chaldaica *angarija*, אַנְגַרְיָא, adactio, coactio ad ferendum onus aut faciendum opus publicum. Radix aptissima est verbum *Garra*, גַרַר, in c. f. a. traxit, abripuit, reptavit, & speciatim in ar. vexavit, durus, molestus fuit, oppressit. Ita gr. ἀγγαρεύω, cogo, adigo ad ministerium. In Conjug. 7. ar. inde fit *Ingarra*, אַנְגַרְיָא, quæ idem significat.

(61.) ANGO, ANGUSTIA, anxietas. Germ. *angen* / *angst* / *ängstigen* / *ang.* Anglo Sax. & Cambr. *ange*, *ynged.* gall. *anger*, *angoisse* &c. v. *Wacht.* & *Menage Dict.*

Plura verba cognata huc spectant. (1) *Anak*, אַנַק, e. c. f. ex angustia suspiravit, gemuit, *anik*, אַנִיק, anxietas, angustia, item *aniki*, אַנִיקָא & *dnikata* i. e. anxietas. (2) *anach*, אַנַח, e. c. f. a. graviter spiritum duxit, anhelavit, gemuit, suspiria traxit. (3) אַנַח, ar. anhelavit. (4) *ghanaths* seu *anaths*, אַנַח (gain, nun, Da seu Thet blasum) in ar. anxit graviter & difficultate magna

magna pressit, *ghanaths* s. *anaths* seu rectius, (secundum indolem linguæ arabicæ, ubi *N* ante *T* ut *gn* pronunciandum) *angths*, 𐤀𐤒𐤃, moeror gravis, angor animi inde germ. *angst* levi mutatione ac transpositione.

(62.) ANGULUS. Mihi non est dubium quin ab *angustia* nomen fluxerit & sic est ex fonte præcedenti. ut *anculus* ab *ancus*, ita *angulus* ab *ango*, *angustus*, germanice Eng. Quin vocem germanicam *Winkel* simili ratione inde formatam ac ortam censeam, quid obstet non quidem video. Germanicæ linguæ admodum est familiare, ut literam *W* vocibus præfigat. Ita dicitur *wringen* & *ringen* / *reiben* & *wryven* / *raefen* & *wraefen* / *rechen* / & *wrecken* / *werk* / quod gr. ἔργον &c. v. *Wacht. Gloss.* Eadem ratione pro *Angel*, *ingel*, *inchel* dici potuit *Winkel*.

(63.) ANGUIS. *Vossio* ut *Scaligero* maxime placet esse ab ἔχις, inferto *N*, ut a λέγω lingo, a ῥυκάνη runcina, a σχίζω scindo, a κικίννυς cincinnus &c. Sic esset ab *æchas*, 𐤀𐤒𐤃, in *c.* a. aspis. Verbum in *ar.* reptavit, in gyrum se convertit, viperæ more incersit, incurvatus fuit. Non repugnabo huic derivationi utpote regulis & exemplis innoxæ. Interim non improbabile, si eam a voce

voce *Nachas*, נחש, deducam. Significat in e. c. Serpens: Est a radice נחש, in e. c. f. a. magiam exercuit, præstigiis usus est. Magi serpentes incantabant iisque in divinando utebantur. Si *Aleph* præfigas, quod ob conjugationem fieri posse sæpius jam ostendī, habebis נחש, *anchas*, unde sine difficultate *anguis*.

(64.) ANGUILLA. ab *Anguis* ob similitudinem, ut *ancilla* ab *ancus* descendisse prius sum arbitratus quam Oriens certiora dederit. *Caninius* ab ἐγχελευς, i. e. anguilla, derivavit. v. *Voss. Etym.* nec mihi id videtur obtortum, siquidem literæ vocis constitutivæ adsunt, ut ex *enchel* factum *anchel*, *angil*, *anguilla*. At tam græca quam latina est ex Oriente. In ar. *anchalijs* אנכלים, & cum articulo apud *Giggeum Alanchilas*, אל אנכילים i. e. anguilla. v. *Cast.* ad ח. כלם. Verbum autem כלם nullum plane habet significatum, quare pro radice possit haberi. Potius itaque erit a verbo *Nachal*, נחל, movit, transtulit de loco in locum & quidem facile, hinc *Nachal*, נחל, mobilis, defultorius, volubilis. Et sic ratio nominis in volubilitate sita est. Sane facile e manibus elabitur. Alpha initiale a plurali aut a Conjug. 4. esse potest, unde *anchal*, אנכל.

Germ.



Germ. *ah* / *ah* belgice *ael* angl. *ack*  
 Nisi malis ex contractione præcedentis, id  
 quod omnino admodum violentum, si ab alia  
 voce eundem significatum habente poterit  
 derivari. In ar. *ahal*, אהל, res velox, mo-  
 bilis, quiescere nesciens. Sic quoque a mo-  
 bilitate ortum traxit Celtica vox.

(65.) ANIMUS, *anima*. *Vossius* in *Etym.*  
 solide probavit, vocis primigenio significa-  
 tu indigitari ἀνεμὸν, ventum. Ut Spiritus  
 a spirando, πνεῦμα a πνέω, ψυχή a ψυχα  
 i. e. πνέω, ita animus & ἀνεμὸς plane con-  
 gruunt. Animam ex flatu Dei ortam cre-  
 debant: *Horatius* etiam animam pro vento  
 dixit. Et *Plautus*: foetet anima uxoris &c.  
*v. Voss*.

Est a verbo ar. *Naam*, נאם, spiravit an-  
 helando. Convenit plane *Naham*, נהם, vo-  
 cem emisit gravi altoque spiritu, gemuit.  
 Porro נהם e. c. a. amoenus, suavis fuit  
 (unde germ. *nehm* in *angenehm*) refecit, re-  
 focillavit, & in Conj. IV. נהם, *anama*, spi-  
 ravit ab austro ventus, unde *Noama*, נהם,  
 ventus australis. His adde verbum ar. *Nam-*  
*ma*, נמם, odorem diffudit, fragravit, inde  
*Nimmat*, נממת, vita animæ, sensus, mo-  
 tus, pulcritudo, *Nommaj*, נמם, natura,  
 substantia, essentia hominis. Et *Namm*, נמם,  
 in plur. *animmaa* נממת, incitatio, concita-

io. Patet inde, vocem *anima* jam ab Orientalibus utroque sensu spirandi & vivendi fuisse usurpatam:

(66.) ANNONA, annui fructus, res frumentaria, res omnes ad victum pertinentes: *Vossius* aliique semper limitant, quantum uno anno provenit, veluti rem certam arbitrati; *annonam* descendisse ab *annus*, cuius tamen etymi falsitatem nunc ostendam.

In chald. *Annonab*, אַנּוֹנָה, i. e. annona, cibus, commeatus, frumentum, tributum annuum ad annonam conservandam. *Castellus* ipse in *Lex.* ablegat ad verbum ar. *Janaa*, יָנָה, ad maturitatem pervenit, fructus fuit maturus, tempus fuit pomorum legendorum, *Janon* maturitas. Litera *Je* aut est abjecta, ut Sueci *ook* pro *Joch*, *nanzi* pro *inanzi*, *γίντες* pro *ἴγντες*, *εχλον* & *ισχλον*, ita *anon* pro *janon*: aut accedente *Elif* in *Conjug. 4.* quievit & evanuit. *Annona* itaque proprie fructus ad maturitatem perductos & proventum fructuum in genere significat:

(67.) ANNUS, solaris, lunaris. Non tempus definitum & 365 dierum spatio circumscriptum significavit solum olim sed tempus in genere. *Virg. æn. l. 6.* nati melioribus annis i. e. meliori ætate aut tempore.

In ebr. *Onab*, אָנָב, tempus (statutum & definitum rei.) ch. *anet*, אָנֵט, tempus. In ar. *ana*, אָנָא, appropinquavit tempori suo res, ad extremum & perfectionis terminum pervenit. Ita *Varroni* l. 5. de *LL.* n. 2. annus est tempus a bruma ad brumam, dum Sol redit. Nimirum si ad extremum pervenit terminum, unde illi redeundum. Est etiam in ar. *ani* & *anw*, אָנִי, אָנָו, tempus seu potius pars ejus. *Anaa*, אָנָא, tempus idoneum, temporis partes, horæ, summus gradus fei. *Anin*, אָנִין, ad summum gradum, ad extremum perductus. Sic *Annus* interpretari licebit per tempus, quo Sol eget, usque dum ad extremam cursus metam pervenerit.

(68,) ANUS. *Festus*: *Anus*, inquit, dicta ab annorum multitudine. Sic quoque ab אָנֵי, ad extremum pervenit, tempori suo adpropinquavit. Commoda fane & apta explicatio foret, nisi obstaret verbum arab. *Anatfa*, אָנָתָא (Tse in fine) molle fuit, feminei generis fuit, effeminavit. *Ontfa*, plur. *anatfai*, אָנָתַי, femina. *Ontfajani*, אָנָתַיִם, pudenda, unde alter significatus vocis *anus*. In æth. *anyfyty*, אָנָפְטֵי, femina, uxor.

*Reliqua dabit sequens Fasciculus.*



## I V.

IOANNIS SAMVELIS DÜTSCHKII,  
MINIST. CANDIDATI.

SPECIMEN HISTORICO-ECCLESIASTICVM

D E

Translatione S. Codicis in linguam Polonicam  
deque  
*Omnibus Ecclesiae Reform. huius Codicis  
in eadem lingua editionibus.*

§. I.

**B**reuem Tibi I. B. historiam de  
translatione S. C. ex ipsis fon-  
tibus in linguam Polonicam, de-  
que omnibus huius codicis Eccl.  
Reform. editionibus offero. Non  
ingratum omnino opus me iis facturum pu-  
taui, quibus historia Eccles. curae cordique  
*Bibl. Haganae Cl. IV. F. II. V est,*

est, vt inde cognoscant quomodo in remotis septentrionis regionibus doctrina coelestis initium & incrementum coeperit. Non quidem me fugit alios diu hac de materia ante me scripsisse; vt LE LONG in *Biblioth. S. Cap. XI. Sect. III.* CHRISTOPHORVS KORTHOLT in *tractatu de variis S. Scripturae editionibus C. XXX.* & SYLVESTER GVILIELMVS RINGELTAVBE in libro Germanico Gedani 1744. edito, cui titulus: *Gründliche Nachricht von den Polnischen Bibeln.* (a) Verum cum priores duo nonnisi pauca & insuper falsa exhibeant, cumque vltimus librum suum, ceteroqui egregium, Germanico idiomate conscripserit, cumque in versione Polonica varia taxanda reperiat, non abs re duxi ea quae bona habet Latio sermone contrahere, publicique iuris facere, tandemque ad obiectiones eius respondere. Maius mihi adhuc calcar ad edendum specimen hoc Viri quidam Clarissimi addiderunt, inter quos CELEBERRIMVM Bibliothecae huius EDITOREM nominasse sufficiet, qui ne a proposito desisterem, suasor mihi fuit; non igitur aliquis in publicum prodeundi pruritus, sed vnice *Viri huius* fauor & persuasio,

(a) Prodiit huius libri altera editio *Gedani* 1764. in libro Germanico cui titulus: *Beiträge zu der Polnischen Melchischen Kirchen und Gelehrten Geschichte. Tom. II.*

in ling. Polon. & omnib. eius edit. 301

suasio, cuius animus sincerissimus erga me fatis mihi notus est, ad hanc, qualemcunque scriptionem edendi, me impulit. Non possum quoque non gratias quam maximas agere *Clarissimo* Berolinorum ELSNERO, *Επιτιμω* nostro summe venerando, mihiq̄ amicissimo, quod MSc. suum Germanico idiomate conscriptum, pro consueta erga me beneuolentia mecum communicauerit, cuius fauori & libro *Doctiss. Ringeltaube* antecitato, praesens qualiscunque scriptio originem, quoad partem historicam, maxime debet.

§. 2.

Genti Slauonicae, quae tempore Christi & Apostolorum (a) Illyricum inhabitabat, unde tandem Poloni orti sunt, ab ipsis Apostolis Euangelii doctrinam annunciatam esse nemo facile in dubium vocabit. Ipse Paulus *Rom. XV: vs. 19.* testatur: se Hierosolymis vsque ad Illyricum omnia doctrina Euangelii impleuisse. Num vero haec gens, praeter institu-

(a) *Stanisl. Sarnicius* in *Annalibus Pol.* Lib. IV. c. 33. dicit: dudum gentes nostras habitasse in Illyrico ante Iustinianum, sed vocatos fuisse non Slauos, nam nondum confederatio illa fuit ita celebris, sed Sporos.

stitutionem Apostolicam S. codicem eumque propria lingua habuerit? ob tantam in historia illius temporis caliginem, non facilis est quaestio. Illud quidem constat, S. lauos saeculo X. cum religio iam fere vbique sopita iacebat, a *Cyrillo* denuo institutos esse, atque ab ipso S. codicem lingua propria obtinuisse. (a) Sed haec tanquam ad scopum nostrum minus pertinentia missa facimus. Quare neque mentionem iniiciemus illius S. codicis, quem CASIMIRVS III. aut MAGNVS in testamento suo Anno 1370. Cracouiae facto, Bibliothecae Archiepiscopali Gnesnensi donauit, (b) quia nempe non constat vtrum Latina an vero Slauonica lingua codex ille scriptus sit? Id solum addendum est, HEDVIGAM, primam vxorem IAGELLONIS Anno 1390. S. codicem lingua Polon. legisse, (c). qui postea anno 1455. iussu tertiae vxoris IAGELLONIS, SOPHIAE, procul omni dubio secundum antiquum exemplar in membrana denuo descriptus est. (d). Tantum nobis historia illius temporis de Bibliis Polon. ante artem typographicam inuentam, reliquit.

§. 3.

(a) vid. DLVGOS. *Hist. Polon.* p. 85.

(b) vid. DLVGOS. p. 1. pag. 1161. edit. Lips.

(c) vid. REGENVOLSC. *Hist. Eccl. Slau.* p. 23. & DLVGOS. L. X. T. 1. p. 160.(d) vid. REGENVOLSC. *Lib. cit.* p. 23.

§. 3.

Quamprimum purior Evangelii doctrina partim per *Hussi* discipulos, partim per alios reformatores in Polonia innotuerat, mox Doctores Ecclesiae aliique pii viri solliciti fuerunt, ut S. codex in idioma Polonicum ex ipsis fontibus transferretur, quod tamen ante annum 1563 factum non est. Prodierunt quidem ante id tempus inde ab anno 1551. Libri N. T. immo anno 1561. integra Biblia, sed ex Latino sermone in Polonicum translata; de quibus tamen, quoniam ad institutum nostrum non faciunt, nihil hic dicemus. Qui de his legere cupit, adeat *Doctiss. RINGELTAVBE Lib. cit. p. 34. & seqq. edit. novae.* Nunc tantum ordine prosequemur eas editiones S. codicis, quas Eccl. Reform. in Polonia & M. D. Lithuaniae, annexisque prouinciis sibi proprias habet; quare neque de *Socinianorum*, neque de *Fratrum Aug. Conf.* Bibliis quidquam dicemus, qui Fratres tamen integra Biblia in lucem nunquam emiserunt.

§. 4.

Postquam igitur purior Evangelii doctrina, summo Numine fauente, late iam per Polo-



## 304 I. S. Dütſchkius de Tranſl. S. Codicis

niam ſparſa erat, poſtquam plurimi ex Magnatibus coeleſti veritati nomen dede- rant, inter quos magnus ille princeps NICO- LAVS RADZIWIŁ primus tenet locum, meliora iam quaeque Eccleſiae Proteſt. in Polonia ſperanda erant. Pio itaque zelo magnus ille princeps commotus nec diligentiae ſuae, nec ſumptibus parcebat, quo minus Eccleſiae uti- litati inferuiret; Anno enim 1563. Biblia S. ex ipsis fontibus in linguam Polonicam transferri curauit, ut vnusquisque Beroën- ſium ad inſtar, ex ipſo S. codice diſcere poſſet, num ea quae edoctus erat ita ſe ha- berent. Conuocatis igitur viris doctiſſimis PINCZOVIAM, quae vrbs prope Cracouiam ſita eſt, Diuinis ſub auſpiciis opus aggreſſi, intra ſex annorum ſpatium finiuerunt, ſum- ptus neceſſarios ad egregium hoc opus prin- cipe ipſo ſuppeditante, impenſis, ut REGEN- VOLSCIVS (a) & LAETVS (b) referunt, in interpretes ac typographos decem plus mi- nus florenorum millibus, vel ut Doctiſſ. RINGELTAVBE (c) & Clar. ELSNERVS me cer- tiorem faciunt, tribus nummorum aureorum (*ducatorum*) millibus. Interpretes REGENVOL- SCIVS & LAETVS hos referunt. *Simonem Za-*  
*cium,*

(a) REGENVOLSC. Hiſt. eccleſ. Slacon. p. 142.

(b) IOA. LAETVS in compendio Hiſt. vniuerſalis Ciuil. & Eccl. p. 412.

(c) RINGELTAVBE, Mb. cit. p. 91. edit. nouae.

in ling. Polon. & omnib. eius edit. 305

*cium, Petrum Statorium Tomuillanum, Georgium Orfacium, Andream Tricesium, Iacobum Lubelium siue Lublinium, quibus ex Lubien-  
cio & Sandii biblioth. Antitrini. Doctiss. RINGELTAVBE (a) addit: Iohannem a Lasco, Franciscum Stankarum, Hutemouitem, Franciscum Lismanninum, Bernhardum Ocbinum, Georgium Blandratam, Ioa. Paulum Alciatum, Martinum Crouicium, Thenaudum, Vitrelium, Brelum, M. Gregor. Pauli, Bresinens. Geor. Schumannum.*

§. 5.

Egregia haec sui temporis versio S. codicis, prodiit, vt aiunt in folio maiori, cum notis marginalibus, typis, quos Germani vocant; *Starken Schwabacher Druck*. Non tantum in ipsa Patria versio haec magni facta est, & adhuc fit, sed quoque extra Poloniam in bibliothecis principum & urbium celebriorum tamquam rarus aliquis liber asseruatur, quemadmodum & hodieum in Cesa-rea & Archiepiscopali Bibliotheca Viennensi reperitur. (b) Dedicata est haec versio S. codicis Augustissimo Polonorum Regi SIGISMUNDO AVGVSTO ab ipso Principe NICOLAO RA-

(a) Libri citat. p. 92. seqq.

(b) RINGELTAVBE. lib. cit. p. 85.

**RADZIWILIO**, ex qua dedicatione pietas & vere christianus summi principis animus factis superque apparet. In eadem illa dedicatione vere pius hic princeps dicit: „*se non propterea S. codicem Regiae M. obtulisse, ut numerum reliquorum in Bibliotheca Eius librorum adaugeat, aut ibi sepositus maneat, sed ut ab ipso Augustissimo Rege non tantum, sed & ab aliis Christianis in ipsius regno diligenter legatur.*” Qui plura de hac re legere cupit adeat Doctiss. RINGELTAVBE lib. cit. p. 97. seq. Dedicationem hanc excipit praefatio ad lectorem Christianum, cuius auctor ignoratur, in qua de utilitate lectionis S. codicis, de qualitate lectoris, de Diuina S. codicis origine, & tandem de versione ipsa, quas regulas nempe interpretes secuti sint, agitur; sed id quod semper maxime desideravi, & haecenus nullo modo rescire potui, & hic desidero, quo nempe exemplari codicis Hebraei interpretes in translatione usi sint? Suspicabar olim, interpretes Polonicos, eodem quo hodie utimur codice, usos quoque fuisse; sed ex collatione qualicunque cum textu originali satis clare mihi apparuit, eos in bene multis locis, ab editionibus hodiernis recedere, aliamque lectionem, quam adhuc in editione *Gersoniana* reperimus, saepe sequutos esse, cuius rei in fine huius scriptiois loca quaedam adducam ut inde appa-

in ling. Polon. & omnib. eius edit. 307

appareat Polonos ante ducentos & quod excurrit annos, in editione sua aliter interdum, quam in recentioribus editionibus legimus, legisse. Exinde tamen non sequitur interpretes Polonicos editione *Gersoniana* in translatione Bibliorum usos fuisse, quia in plerisque locis non lectionem *Gersonianam* sed eam quam hodie adhuc in editionibus vulgaribus habemus, vel aliam plane diuersam secuti sunt; adeo ut de editione, qua vertendo S. codicem vsi fuerunt, nihil certi affirmari possit, quod tamen si sciremus, maximae utilitatis esset, ut eo melius de versione ipsa iudicium ferre possemus.

§. 6.

Reliqua quae de versione & editione hac prima Eccl. Reform. dicenda essent, ob limites, quibus scriptio haec circumscribitur, omittere debeo, ne specimen hoc in librum excrescat; quapropter L. B. ad librum *Doctiss. Ringeltaube* saepius iam citatum alegare debeo, ubi ea quae hic desiderantur prolixè legere poterit. Id verò Viro Doctiss. nullo modo ignoscere possum, quod laudabilem hanc versionem Socinianis adscribere audeat, quo iure id faciat L. B. ipse diiudicet. Dicit Vir Doctiss. pag. 94. libri cit., „ quoniam tres tantum orthodoxi Theologi

„ Reformati, & vnus Politicus, Tricesimus  
 „ nempe, inter interpretes S. illius codicis  
 „ fuerunt, exinde ſequi, illos exiguam tan-  
 „ tum partem ad interpretationem ipſam  
 „ contuliſſe, immo ipſos linguae & honoris  
 „ cauſa reliquis tantum a conſiliis fuiſſe ”.  
 Verum enim vero quam praecipitanter Vir  
 Doctiſſ. iudicauerit facile liquet: in re enim  
 facti non quaeritur quid forte fieri potuerit,  
 ſed quid reuera factum ſit; quod vero in  
 verſione illa nihil exſtet, quod iure Socinia-  
 niſmi accuſari poſſit, iam dudum Celeber.  
 JABLONSKI Episcopuſ, ſiue Senior, quon-  
 dam Polonicuſ digniſſimuſ demonſtratum iuit,  
 Verum quidem quod nonnulli interpretum  
 Arianiſmi, Ariani enim in Polonia Socini  
 aſſeculae vocabantur, ſe ſuſpectoſ reddiderint,  
 attamen in tranſlatione ipſa & notis margi-  
 nalibus nihil huiuſmodi reperiri, non tantum  
 Celeber. JABLONSKIUS demonſtravit, ſed etiam  
 vnuiſque ab omni partium ſtudio alienuſ,  
 facile ex opere ipſo videre poteſt: Si par  
 pari referre licet, ſimili iure concludi pot-  
 erit: orthodoxum *Zacium* forte plurima ad  
 verſionem illam contuliſſe, immo proſpe-  
 xiſſe vt omnia caute & accurate tranſferren-  
 tur: nota enim eſt cura & vigilantia ortho-  
 doxorum Theologorum in haereſes. Sed  
 quod toti rei maximum ponduſ addit eſt id,  
 quod clar. *Eſneruſ* in MSc. mecum commu-  
 nicatq

nicato obseruat: „ *Veri inquit Sociniani Budaevus & Czechouicius*, qui propriam Bibliorum versionem procurarunt, profitentur se *hac Brzesciensi versione* nunquam contentos fuisse, neque illi versioni vnquam confensisse”. En Biblia illa Sociniana, quae ne ipsi quidem Sociniani pro suis agnoscunt! Non video tandem quo iure Doctiss. *Ringeltaube* adfirmet: quod interpretes in praefatione Bibliorum neque Deitatis Filii, neque Spiritus S. neque vocis Trinitatis mentionem iniiciant; cum tamen, me saltem iudice, ex excerptis praefationis satis liquet, eos propterea accusari non posse; de Christo enim dicunt *Eum esse Deum benedictum super omnia, ex ipso, per ipsum, & in ipso omnia esse*. Si haec non sunt orthodoxa, S. scriptura quoque heterodoxa docet! De Spiritu S. dicunt: *ut igitur magnam illam benevolentiam Dei erga nos cognoscamus, quod nempe Christus in mundum venerit ad tollenda peccata mundi, idcirco Deus nobis largitur Spiritum suum S., cuius fructus & effectus sunt, ut credamus in Deum & in ipsius Christum, nam sine Spiritu S., a quo erudimur & obfirmamur, credere non possumus, Deum Patrem Messiam misisse, neque Iesum esse Christum*. Quod vero vocem Trinitatis non adhibuerint, neque se ita vt in systematibus fieri solet explicuerint, mirum non est, voluerunt enim homines religionem

NON

### § 10 I. S. Dütschkius de Transl. S. Codici

non vero scientiam Theologicam docere haec autem ab illa quam maxime distinguenda est; vertebant insuper S. codicem & quod ibi non reperiebant inferre in praefationem neque voluerunt, neque potuerunt, aliam enim hominibus loco verbi diuini suam obtrusissent sententiam. In doctrina enim illa, quae, quoties secus quam scriptura S. de ea nobis reuelauit explicata, multis haeretificationibus, sit venia verbo, ansam dedit, ultra Scripturam S. sapere velle, maximae est temeritatis, ea vero, quae benignum Numen clare reuelauit, humillime adorare, vere pii est Christiani, Sed eheu! iam satis est,

### §. 7.

Post celebrem illam Brzesciensem versionem S. codicis, variae editiones N. T. ad exemplar primum recusae lucem adspexerunt, quas Doctiss. *Ringeltaube* omnes Sociianis adscribit. Non libet nunc ad omnes eius obiectiones respondere, infinitus & frustraneus tamen foret labor, sufficit notare, me §. antecedente versionem Brzesciensem ab obiectionibus eius vindicasse, & eo ipso omnes reliquas editiones, quae ad exemplar illud recusae prodierunt. Quod ad editionem N. T. *Thomas Falconii* attinet, quod 1566.

in ling. Polon. & omnib. eius edit. 311

in folio, vt aiunt, prodiit, nihil contra versionem proferri potest, quia est eadem cum Brzesciensi; explicatio vero huius viri in Ioannem non est versio, sed proprius eius labor. Si vero propter explicationem huius illiusue libri S. Scripturae, versio ipsa sc̄ctae alicui adscribenda est, etiam Lutheri versio, quam tamen Doctiss. *Ringeltaube* fere infallibilem agnoscit, Sociniana vocari poterit, immo quòd plus est, ipsi fontes S. codicis ita dicendi erunt, quia hic illeue Socinianus libros hos secundum sua placita explicavit, textu ipso aut versione recepta intacta relicta. Num vero vir Doctiss. iustas vbique contra *Falconii* explicationem querelas adferat? non est huius loci inuestigare: nam quae de baptismo, S. coena, & praedestinatione cum aliis Eccl. Reform. addictis communia habet, palato viri Doctiss. arridere omnino non potuerunt, quia ipse Aug. Confess. addictus est; sed an haec ideo ad Socinianismum referenda sint? videat Vir Doctiss. quomodo defendere possit. Reliquae duae N. T. editiones omnino Socinianae non sunt: prior prodiit in quarto Anno 1585. secundum exemplar Brzesciense recusa, impressaque *Thorunii apud Melchiorem Nering.* Secunda lucem adspexit anno 1593. sed vbi typis excusa sit non constat, quia titulus deficit, asseruatur, secundum Doctiss. *Ringel-*



## 312 I. S. Dütschkius de Transl. S. Codicis

*Ringeltaube*, *Regiomonti* in Bibliotheca Senatus civitatis. (a). Tandem quoque N. T. Brzesciense, sine adnotationibus marginalibus insertum est Bibliis *Eliae Hutteri*, quae anno 1599. Norimbergae prodierunt. (b). Tantum est quod de prima illa versione S. codicis historia illius temporis nobis reliquit.

### §. 8.

Doctiss. *Ringeltaube* lib. saepius citat. pag. 211. mentionem iniicit editionis N. T. quod Anno 1606. *Gedani* apud viduam *Guilielmum Guilmontani* in octava, ut aiunt forma, typis Latinis prodiit, cuius tamen interpretes ignorantur. Addit vir Doctiss. quod haec editio non sit novum aliquod opus, sed correctior tantum N. T. Brzesciensis editio, & quidem fatentibus interpretibus, N. illud T. ob desiderium multorum piorum hominum cum consensu superiorum editum est. Cum vero editionem hanc nunquam mihi videre licuit, cumque nec quidquam de ea in patria audiui, lectores ad ea ablegare debeo, quae Doctiss. *Ringeltaube* lib. cit. pag. 211. sequens de ea refert.

(a) vid. RINGELTAUBE. lib. cit. p. 163.

(b) vid. Idem lib. cit. pag. 164.

§. 9.

Postquam Eccl. Reform. in Polonia & M. D. Lithuaniae 69. annos Bibliis Brzesciensibus vsa erat, & postquam pretium illorum in dies augebatur, ob defectum nempe exemplarium illius editionis, iam de noua editione S. codicis cogitandum erat, quae non tantum viliori pretio acquiri, sed etiam commodius ex loco in locum deferri posset. Refert doctiss. *Ringeltaube lib. cit. pag. 209.* quod iam anno 1600. in Synodo Ozaroviensi conclusum fuerit, vt Biblia Polonica quantocys, secundum versionem *Martini Ianicii*, typis mandarentur, qui Pastor Eccl. Seceminensis & Consenior, siue Coëpiscopus Districtus Cracoviensis & Chencinensis fuit; immo in Synodo Baronouensi Anno 1604. die 4. Maii censores huius operis *Daniel Mikolaieuium (a)* & *Io. Turnouium (b)* designatos fuisse, quod tamen opus, nescio quas ob causas lucem non adspexit; donec tandem anno 1632. Gedani S. codicis noua editio prodiret.

§. 10.

(a) vid. *Regenwolfscius pag. 390. no. 7.*

(b) vid. *Regenwolfscius pag. 390.*

## §. 10.

Editio haec S. codicis quam maxime *Paulo Palurio* (a) originem suam debet, auxilium ipsi in opere illo tulerunt: *Daniel Mikolaievius & Thomas Wengerscius*. Bibliorum horum titulus talis est: *Biblia Swieta; to iest Księgi starego i nowego Przymierza, z Zydowskiego i Greckiego ięzyka na Polski pilnie i wiernie przetlumaczone, cum gratia & priuilegio S. R. M. we Gdanjku w drukarniey Andrzeia Hunefeldta Roku. 1632. Biblia S. h. e. libri V. & N. foederis ex Hebraica & Graeca lingua in Polonicam diligenter & fideliter translati, cum gratia & priuilegio S. R. M. Gedani in typographia Andree Hunefeldt Anno 1632. Prodiit Bibliorum haec noua editio in octauo maiori, dedicataque est versio haec REGI POLONORVM VLADISLAO IV. a CHRISTOPHORO RADZIWILIO, qui sequutus exemplum antecessorum suorum, S. hunc codicem Regi tanquam optimum munus obtulit. Reliqua de hac editione breuitatis causa hic omitenda sunt; interim qui plura de ea legere cupit, adeat *Doctiss. Ringeltaube lib. cit. pag. 223: seqq.**

## §. 11.

(a) De hoc viro videatur *REGENVOLSCIVS pag. 113, 114. 391.*

§. II.

Novam hanc versionem & editionem ab antiqua multum differre, vnusquisque linguae Polon. peritus facile largietur, attamen nova plane versio dici non potest: nam quod in Brzesciensi versione bene translatum fuit, illud & in hac editione tetentum est. Non possunt igitur primi interpretes inscitiae, aut hi nouitatis accusari, nam illi pro temporis illius ratione egregie Biblia transtulerunt, hi vero ab illis ad recognitionem Bibliorum S. incitati ad ea, quae corrigenda erant, se obstrictos tenuerunt. Ecclesia insuper Polon: nullam versionem infallibilem agnoscit, ne hic, illic, quidquam corrigi aut emendari possit, quapropter & in hac noua editione S. codicis multa, non tantum quo ad linguae puritatem, sed & quo ad rem ipsam, correcta & emendata sunt, quod interpretibus maximae cedit laudi. Desiderantur in hac noua editione praefationes Bibliorum Brzesciensium & notae marginales, quantum loco notum nisi paucissimae occurrunt. Additi sunt quoque huic editioni libri apocryphi ordinem eundem seruantes, qui in editione Latina, vulgata dicta, obseruatur. In N. T., quod eodem anno simul cum Psalmis in duodecimo separatim quoque prod-  
*Bibl. Haganae Cl. IV. F. II, X iit,*

it, idem est ordo, qui in editione *Brzescienſi* & *Gedanenſi*, Anni 1606. obtinent. Solent huic editioni simul cum historia passionis & vastationis Hierosolymorum, Psalmi Dauidici *Matth. Rybinscii* quoque addi, vt refert Doct. *Ringeltaube*, attamen in editione, quam prae oculis habeo, historia vastationis Hierosolymorum desideratur, num in reliquis exemplaribus quoque desideretur me latet, quia plura exemplaria, procul a Patria remotus, conferre non possum; adsunt adhuc in illo exemplari praeter Psalmos Dauidicos, aliae cantiones Polonicae. Typi huius editionis perparui & non sine omnibus mendis sunt, (a), quemadmodum id in omni opere hu-

(a) Egregia haec S. codicis versio *Paliuri* propter sphalma typographicum, quod *Matth. IV: 1.* exstat, magnarum in Maiori Polonia turbarum causa fuit. Legitur loco citato pro *ad*, quod Polonis praepositio est significatque *de* siue *a*, vocula *do*, per metathesin sinistram, quae *ad* significat. Deberet enim legi: vt *a diabolo tentaretur*, sed legitur, vt *ad Diabolum tentaretur*. Romano—Catholici Reformati sphalma hoc typographicum adeo in malam partem interpretati sunt, vt propter id aliquot millium istius versionis exemplarium iacturam paterentur cum tamen facili negotio solum illud recudi aut emendari tantum potuisset. Videatur *REGENVOLSCIVS pag. 216. RINGELTAVBE lib. cit. pag. 278. & 279.*

in ling. Polon. & omnib. eius edit. 317

humano obtinet, quamvis vnumquodque folium a decem correctoribus septies correctum dicatur. *Iunti, Tremellii, Theod. Bezae & Bobemorum* versiones, magno interpretibus vsui inseruisse dicuntur; attamen his interpretibus ita vsi sunt, vt quam maxime pribris versionis Brzesciensis ratio haberetur.

§. 12.

Cum Eccles. Reform. in Polonia ob sphalma typographicum aliquot millium exemplarium editionis *Gedanensis* iacturam passa esset, de alia iam ipsi editione cogitandum erat, quam tamen partim propter bellum, partim ob sumptuum defectum nullo modo in Polonia procurare potuit. Monet me Clariss. *Elsnerus*, admodum verosimile esse quod pius ille senex IOA. AM. COMENIVS miseria & precibus Fratrum Polonorum commotus, apud amicos suos BELGAS, vbi tunc vivebat, effecerit, vt sumptus necessarii ad nouam S. codicis editionem sibi suppeditarentur. Nota satis est PIORVM erga miseros Polonos BELGARVM misericordia & benevolentia, adeo vt facile sit creditu eos etiam in hoc negotio beneuolas *Comenio* aures prae-buisse, in primis quum ipsis bene notum esset, bellum id grauissimum, quod anno 1656. primarium Reformatorum templum

& urbem *Lesnam* flammis deleuerat. Ingratissimi sane Reformati Polonici essent, nisi pro tanto munere, quo maius posteritati dari non potuisset, debitas piis his BELGICIS persoluerent grates; non erit igitur mihi vitio vertendum, quod nomine Ecclesiarum Patriae, vniuersae nationi BELGICAE, pro omnibus hactenus in miseram & afflictam Ecclesiam nostram collatis sane egregiis beneficiis, publice gratias quas possum agam maximas, Deumque humillime orem, vt miseris succurrere amantem NATIONEM, quam diutissime florentem conseruet, quo afflictos Polonos Reformatos eadem misericordia & beneuolentia, qua eos semper prosequuta est, etiam in praesenti afflictione & in posterum prosequi possit. Faxit Numen Benignissimum! vt non tantum in his terris omnigenae prosperitatis & felicitatis genere haec NATIO fruatur, sed vt quoque doctrinam Euangelicam puram & sanctam conseruet, secundumque eam vitam ita instituat, vt coelestis olim beatitudinis particeps fiat.

## §. 13.

Noua haec S. codicis editio, quae Anno 1660. *Amstelædami* prodiit, cum *Gedanensi* in omnibus conuenit, adeo vt quo ad *formam & paginas*, exceptis tantum mendis illi  
similis

in ling. Polon. & omnib. eius edit. 319

similis sit. Titulus cum praecedenti idem est, nisi quod loco *Gedani*, exstet: *nunc autem ad exemplar Gedanense recusi, Amstelaedami in typographia Christophori Kunradi 1660.* A pagina quinta ad nonam dedicationes, quae & in *Gedanensi* editione leguntur, occurrunt, nisi quod in hac editione typis Latinis compareant, cum tamen Biblia ipsa Germanicis excusa sint. Summae librorum Germanicis, capitum vero Latinis typis conspiciuntur, initium pericopae nouae numeris indicatur, quae in ipso capite in initio versus magna littera notatur. Psalmi numeris Romanis secundum textum Hebraeum notati sunt, nisi quod a Psalmo XI, ad CXLVI. variatio textus Graeci numeris Arabicis distinguatur. Ad calcem libri textus Domini: Euangeliorum & Epistolarum, ut & dierum festorum reperiuntur. Historia vastationis Hierosolymorum in hac editione desideratur, adest solummodo historia passionis. Editio haec, licet typi parui sint, pulcra tamen, in primis quo ad chartam est,

§. 14.

Sequuta est hanc editionem (a) alia, quae

(a) Nullam amplius editionem S. codicis Polonicam vel ante vel post Amstelaedamensem,



quae ceteris longe anteposenda est. Prodiit anno 1726. in octavo maiori *Halae Saxonum* apud *Stephanum Orban*, recusaque est ad exemplar Gedanense typis, quos Germani *corpus Schwabach* vocant, sumptus ad hanc editionem Comite quodam de HENKEL erogante. Titulus cum editione Gedanensi idem est, nisi quod ab initio verba Latina: *Biblia sacra*, loco Polonicorum *Biblia Swieta* legantur. Praeter duas supra memoratas dedicationes ad Regem Polonorum *Vladislaum IV.* & Principem *Radziuilium*, (a), in hac edi-

praeter memoratas prodiisse. monent me *Elsnerus* & *Ringeltaube*. Fallitur ergo *le Long* & in veritatem historicam impingit, quum dicit: anno 1658. Amstel. Biblia quoque Polonica in lucem prodiisse. *Comenius* quidem eodem anno *Manualnjek* (*Manuale*) *Bobemicum*, non vero *Bibl. Pol.* edidit. De manuali illo vid. *Elsneri Versuch einer Böhmischen Bibelgeschichte* von 1765. pag. 59.

(a) Clariss. *Elsnerus* me monet se in Bibliis suis has dedicationes quidem reperire, sed addit, constare quoque, eas non eodem anno simul cum hac editione prodiisse, sed seorsim, flagitantibus Eccles. Polon. editas esse; quod omnino verum puto, cum eas in exemplari, quod prae oculis habeo non reperiam, cum tamen in exemplari Popularis mei adsint. Doctiss. *Ringeltaube* pag. 227. lib. cit. quoque confirmat, editionem hanc sine dedicatione ad Regem

in ling. Polon. & omnib. eius edit. 321

editione *informatio historica*, Cand. Theol. Gryscouii de hac S. codicis editione & brevis notitia quomodo S. Scriptura cum utilitate legenda sit, lingua Polonica comparet. Tandem ordo librorum S. codicis & explicatio abbreviationum signorumque conspicitur, quemadmodum & in antecedentibus editionibus. Ceterum editio haec quo ad summas librorum & capitum cum Gedanensi & Amstel. conuenit, nisi quod summae vbique typis Germanicis excusae sint, & quod sub fine versuum loca parallela, variantes lectiones, & explanationes vocum quarundam adsint. Ad calcem huius editionis adest quoque historia vastationis Hierosolymorum. Editio haec tam quo ad chartam, quam quo ad correcturam, reliquis haecenus palmam praeripuit.

§. 15.

Quinta ordine editio Polon. S. codicis Regiomonti in Prussia Anno 1738. in octauo ordi-

Regem prodiisse, quod vero statim addat: Reformatos aliam praefationem fecisse, eamque exemplaribus a se emptis praemittere, nullo nititur fundamento. Confundit vir doctiss. antiquam dedicationem Antistitum Reformatorum ad Principem *Radziuilium* cum hac ficta Reformatorum praefatione.

ordinario, ſumptibus typographi *Ioſ. Henr. Hartung* prodiit. (a) Titulus huius editionis talis eſt „*Biblia Sacra i. e. integra S. Scriptura V. & N. Foederis, ex Hebraica & Graeca lingua in Polonicam diligenter & fideliter tranſlata, nunc vero a mendis variis purgata. Unumquodque caput ſummis notatum & diuiſum, multis & maxime neceſſariis parallelis auctum & correctum eſt, & nunc ad editionem Gedanenſem Anni 1632. recen- ter ad ſalutarem in ſanctiſſima & vera fide inſtructionem, Eccleſiis Polonicis Dei poſt longum deſiderium edita. Imprimi impenſis & ſumptibus ſuis Ioſ. Henr. Hartung.*” De N. T. in praefatione affirmatur, quod id ſecundum editionem *Lipſienſem* Anni 1728. recuſum ſit, quoniam plurimi Prufforum haecenus Testamento memorato uſi fuerint. Typi huius editionis *corpus* ſic dictum *Schwabach* exhibent, quo ad verſus & reliqua haec editio

(a) Doctiſſ. *Ringeltaube* libr. cit. p. 228. dicit: bis mille exemplaria huius editionis, ſubſcriptione facta, excuſa eſſe, curante & dirigente totum illud opus D. & Paſtore A. C. *Schultzio*; quum vero titulus nos certiores reddat, editionem hanc ſumptibus Typographi prodiſſe, facile crediderim ſubſcriptionem hanc, ut plerumque euenit, votis non reſpondiſſe, adeo ut typographus ſe coactum viderit propriis ſumptibus hanc editionem procurare.

editio cum antecedentibus convenit, nisi quod summae librorum desiderantur; in summis vero capitum, quae typis, vulgo *petit* dictis, excusae sunt, pericopae cuiusque capituli numeris Romanis notantur, loca autem sic dicta classica manu parva indicantur. Praefationes omnes, quae in antecedentibus editionibus reperiuntur, in hac omissae sunt, quarum loco praefatio *D. T. Alberti Schultze* ex Germanico in Polonicum idioma translata legitur, in qua de utili verbi Divini lectione agitur, paucisque quid in hac editione praestitum sit indicatur. *Clar. Elfnerus* in *MSC.* mihi transmissio observat, se Anno 1748. in exemplari Illustris summi belli Ducis de *KALKSTEIN* vidisse *dedicationem Germanicam D. Schultzei*, qua Augustiss. Porussorum Regi *FRIDER. GVILIELMO* sacer hic codex offertur, quam tamen in exemplari proprio desideret, unde concludit: *dedicationem hanc paucis tantum exemplaribus praemissam fuisse; quod cum saepius fieri soleat, facile Viro Clar. largior.* Editio haec nullo modo cum Halensi comparari potest, cum Halens. hanc non tantum quo ad typos, chartam, sed & correcturam longe antecellat.

§. 16.

Prodiit ultima S. codicis in lingua Polon.  
X 5 ante

ante tres annos editio, *Bregae* in Sileſia in octauo ordinario, quae ſecundum editionem Halenſem typis recuſa eſt, adeo vt quo ad paginas excepta tantum forma in omnibus cum illa conueniat. Titulus huius editionis talis eſt: „ *Biblia Sacra i. e. omnes libri V. & N. Foederis; ex Hebraica & Graeca lingua in Polonicam diligenter & fideliter tranſlati, nunc autem ſecundum editionem Halenſem Anni 1726 recuſi Bregae in Sileſia in Typographia Ioa. Ernesti Tramp. Anno MDCCLXVIII.* ”. Praefationem huic editioni praemiſit *Paulus Twardy* Paſtor Eccl. Polon. Vratiſlouienſis A. C. in qua rationem nouae huius editionis reddit, ſimulque ſignificat, N. T. ſeorſim eodem anno prodiſſe. Legitur hic quoque breuis illa inſtructio de S. Scriptura, quomodo illa ad ſalutarem animae cuiuſuis inſtructionem legi debeat, eademque eſt, quae in editione Halenſi iam exſtat, dedicationes vero deſiderantur. Addita eſt huic editioni *tabula chronologica V. & N. Teſtamenti*, quae ante titulum N. T. conſpicitur. Capita non Latinis vti in Halenſi editione, ſed Arabicis numeris inſigniuntur, cuius rei Plur. Reu. Twardy rationem in praefatione reddidit. Ad calcem eadem inueniuntur, quae & in editione Halenſi adſunt, quapropter illa hic miſſa facimus. Typi huius editionis parui attamen boni ſunt, melius interim fuiſſet,

set, si maiores in primis senum gratia adhibiti fuissent: errores typographici quoque nonnulli occurrunt, adeo ut editio Halensis & huic editioni palmam praeripiat.

Haec sunt L. B. quae de editionibus S. codicis in lingua Polonica referenda habui, ex quibus satis superque apparet, Benignum Numen etiam in ipsis persecutionibus Ecclesiae Polon. semper prospexisse, ut solatium ex verbo suo capere posset, quod ut & in posterum fiat, feruentissimis precibus orandum est! Iam de versione ipsa quaedam addenda sunt, eaque a quibusdam Doctiss. Ringeltaube obiectionibus vindicanda est.

§. 17.

Versionem Polon. S. codicis egregiam & textui originali concinnam esse, difficile quidem iis persuaderi potest, qui linguam hanc non callent, facilius vero id sibi persuaderi patientur illi, quibus versionem hanc intelligere concessum est. Ne vero quis credat me partium studio ductum haec affirmare, quaerat quaeso! ex vnoquoque, si ipsi contigerit, studiis dedito Polono, & ipsum eadem affirmare audiet, quae modo dixi. Clariss. *Elsnerus* in MSC. mecum communicato, versionem hanc plurimis aliis longe anteponit, eamque textui originali con-

concinnam esse dicit, quemadmodum statim  
 ex illis locis apparebit, quae ab obiectioni-  
 bus vindicanda sunt. Vt vero L. B. melius  
 adhuc iudicium de hac versione ferre possit,  
 ad calcem huius scriptionis loca quaedam  
 addam ex versione Germanica B. Lutheri &  
 Polonorum, vt inde appareat quid interpre-  
 tes Polonici in versione sua praestiterint.  
 Singularis fane beneuolentia Dei erga Polo-  
 nos Reformatos ex egregia hac versione  
 apparet; si enim interpretibus nostris tem-  
 poribus, vbi studium Philologicum & Criti-  
 cum ad insignem perfectionis gradum per-  
 venit, viuere licuisset, si Viros Summos,  
 ex quibus τῶν πρῶτων Belgarum SCHULTENSIVM  
 & Celeberrimum Germanorum Philologum  
 MICHAËLIS nominasse sufficet, consulere Po-  
 lonis licuisset, non adeo hanc versionem  
 extollerem, si vero considerem viros illos  
 omnibus hisce auxiliis destitutos, in remotis  
 septentrionis regionibus, talibusque in lo-  
 cis, vbi barbaries adhuc regnabat, vixisse,  
 non possum non satis in stuporem rapi, sin-  
 gularemque summi Numinis in hoc opere  
 prouidentiam admirari. Non quidem is  
 sum, qui versionem hanc ab omnibus men-  
 dis alienam, id enim a nulla versione desi-  
 derari potest, aut vbi meliora edocti sumus,  
 correctione opus non putem; sed id affirma-  
 re & defendere audeo, versionem nostram  
inter

inter optimas referendam esse. Neque, quum singularem Dei in hoc opere prouidentiam admiror, ita intelligi volo, quasi crederem: Deum interpretes extraordinario Spiritus sui dono ita direxisse, ut per miraculum id efficeret, quod secundum leges naturae obtinere poterat. Deus enim, ubi media ordinaria sufficiunt, extraordinaria non promisit, dona quoque illa extraordinaria Spiritus S. post tempora Apostolica non amplius in hominibus conspiciuntur; sed id solummodo indicare volo, prouidentiam Diuinam, contrariis licet hominum conaminibus, omnia ita direxisse, ut populus positus in tenebris & umbra mortis lucem magnam videret. Non nimium dixerò, si versionem Polonicam cum optima Illustris MICHAËLIS versione, quae modo inter Germanos prodit, comparem, sique contendam, Polonos nostros diu ante hanc optimam Germanorum versionem, similem fere in sua lingua versionem habuisse, adeo ut, si VIR SVMMVS linguam Polonicam intelligeret, affirmare auderem, ipsum versione illa in translatione S. codicis usum fuisse. Id vero a Polonis desiderari non potest, ut in omnibus cum viri summi versione conueniant; saepe enim Ill. *Michaëlis* aliam lectionem sequitur, aut a punctis recedit, aut ex aliis linguis OO. lucem maiorem affundit, quibus auxiliis  
Poloni



Polon. maximam partem destituti fuerunt, sufficit si in illis locis, ubi vir summus eandem sequitur lectionem, cum ipse conueniant. Exemplo sit Psalmus CL. quem vir summus in omnibus fere versionibus male translatum dicit, Polonica tamen versio cum ipsius egregie conspirat, adeo ut etiam quo ad summam sibi respondeant. Sic quoque quando Psalmum primum praefationem reliquorum dicit, simulque addit hanc veram esse suam mentem, ne quis putet se in verbis tantum ludere velle, Poloni eiusdem cum eo sunt sententiae, ante ducentos enim annos in summa huius Psalmi scripserunt, Psalmus hic reliquorum praefamentum est. Et sic in bene multis aliis locis.

## §. 18.

Quamuis Biblia Polon. tam egregie sint versa, attamen Doctiss. *Ringeltaube*, postquam varia loca adduxit, in quibus ipsi versio haec non placet, dicit: Ecclesiam Lutheranam iustas habere causas, quare propriam S. codicis versionem Polon., quae Lutheri versioni magis concinna foret, desideret. Miror virum doctiss. quod versionem Luthero, non vero textui originali, consentientem desideret! Non crediderim Ecclesiam Luth. B. Lutheri versionem infal-

libilem

in ling. Polon. & omnib. eius edit. 329

libilem agnoscere; vt reliquae secundum illam vertantur! Nolo quidquam versioni Lutheri detrudere, quae omnino bona est; at tamen nullas video rationes quare vir doctiss. velit, vt versio Polon. secundum Lutheri versionem instituat. Non sine insigni; vt spero vsu, Ecclesia Luth. haecenus versionem Reformatorem adhibuit, immo nouissima editio S. codicis a Lutheranis ipsis ad editionem Ecclesiae Reform. *Halensem* recusa est. Non est igitur tota Eccl. Lutherana, quemadmodum vir doctiss. ait, quae versionem propriam desideret, sed quorundam tantum huius Ecclesiae sociorum nimius feruor, & nimia Lutheri aestimatio. Non video tandem, vt breuis sima quomodo plebeis hominibus versio Polon. offendiculo esse possit? nam qui ex plebe versionem S. codicis legunt, illam aut lingua Polon., aut Germanica, raro vtraque legunt; sed sit, legant vtraque, videant differentiam, quid inde? num propterea actum erit de Religione talis hominis, qui differentiam inter Lutheri & Polonorum versionem videbit? aut sitane est Religio in lectione huius illiusue versionis S. codicis? quis talia fando temper & a risu! Si rationes hae aliquod pondus haberent, eodem iure Ecclesia Polon. Reformata, quae sacra sua lingua Germanica peragit, versionem Ger-

mani

manicam Polonicae magis concinnam desiderare posset; sed tanta Religione, ne dicam superstitione, erga versionem Polon. nondum ducta fuit, ut versionem B. Lutheri reiiceret, & sibi propriam desideraret. Sed missa faciamus haec, audiamus potius qualia loca Doctiss. *Ringeltaube* adferat, in quibus versio Polonorum a versione Lutheri recedit, & an propterea Eccles. Luther. iustas habeat causas, ut propriam, Lutheri versioni concinnam, desideret.

## §. 19.

Non in animum nobis induximus ad omnes doctiss. *Ringeltaube* obiectiones, quas in primis contra Brzesciensem versionem mouet, respondere: sufficiet, si ad eius obiectiones, quas contra reliquas editiones mouet, breuiter respondeamus; partim, quia versio antiqua Brzesc. magnam in subsequentis versionibus mutationem subiit, partim, quia & eadem hic obseruanda occurrunt, quae in editione Brzesc. doctiss. *Ringeltaube* taxanda duxit. Primus locus, in quem vir doctiss. incurrit, exstat *Gen. IV: 1.* ubi *Lutherus: acquisui virum Iehouam.* *Poloni vero: acquisui virum a Iehoua.* Non libet nunc antiquas versiones, quae cum Polonica conspirant, recensere, sufficit notasse, quod verba Hebraica

braica vtramque versionem patiantur, vtra vero praeferenda sit, paucis inquiramus. Qui versionem Lutheri defendunt, putant se magnum pro doctrina de Messia praesidium in hoc loco reperire, voluntque Euam, verba haec proferentem, reuera putasse, se Messiam iam peperisse, sed metuo ne viris his Messiam hic quaerentibus respondeatur: non est hic. Supponunt enim hi viri, Protoplastis nostris doctrinam de Messia tam claram fuisse, qualis nobis post aduentum Eius in carne est; non perpendunt doctrinam hanc pedetentim tantum, multis tamen sub vmbis & typis reuelatam esse. Mihi verosimile non est, protoplastos nostros ex prima illa promissione ea colligere potuisse, quae nos, post impletionem huius promissionis, facta esse videmus: multo minus crediderim Euam putasse, se Iehouam parere posse, aut Messiam Iehouam ipsum fore. Mihi Eua his verbis nihil aliud exprimere videtur, quam gaudium summum & gratissimum animum erga benignum Numen pro insigni auxilio, quod ipsi in partu praestiterat; recenti enim memoriae eius adhuc obversabatur effatum summi Numinis: *admodum multiplicabo dolorem tuum, etiam conceptus tui, in dolore paries liberos.* Iam ingens sibi Eua malum imaginabatur, quia dolores, partiendo liberos, partem poenae delicti eius

Bibl. Haganæ Cl. IV. F. II. Y iudex

iudex iuſtiſſimus conſtituerat : quum vero ultra omnem expectationem feliciter filium peperiffet , exultans haec profert verba: קניתי איש את יהוה quasi dixiffet : quanquam Iehoua fatali illo die dolores in partu multiplicare mihi conſtituerat , attamen miſericordia & bonitas Eius , quae nullis limitibus circumscribitur , hanc poenam ita molliuit , vt dicere cogar , Iehouam ſe mihi in partu non iudicem illum tremendum , ſed potius Patrem benignum exhibuiſſe , qui tale mihi auxilium tulit , vt merito dicere poſſim : Ipſius ſub auxilio , immo ab ipſo acquiſui virum. Bene igitur , vt mihi videtur , Poloni noſtri verterunt : acquiſui virum a Iehoua , vel vt in margine habent , cum Iehoua i. e. gratia & auxilio Iehouae : hac enim verſione ſententiae illi optimus ponitur obex , ſecundum quam Eva putaffe creditur , ſe Meſſiam peperiffe. Non eſt igitur quare Doctiſſ. Ringelſtaube Polonos ob verſionem hanc taxet , cum eam non tantum optimae antiquae , ſed & verſiones nouiſſimae probent , cumque res ipſa hanc verſionem poſtulet. Cauendum , ne hoſtibus Religionis arma praebeamus , dum doctrinam , cetero qui veram , in hunc illumue S. codicis locum inferimus , in quo tamen , perpenniſſe perpendendis , non reperitur.

in ling. Polon. & omnib. eius edit. 335.

apparebit. *Lutherus* locum hunc sic vertit: *mortuus est sicut diues, & sepultus est sicut improbus. Poloni vero: qui (populus) tradidit improbis sepulcrum eius, & diuiti mortem eius.* Doctiss. vero *Ringeltaube* verba Polonica sic transtulit: *qui (populum) tradidit improbis sepulcrum eius, & diuitibus mortem eius.* Dicit vir doctiss., versionem hanc reliquis longe obscuriorem esse, quod facile ipsi largior, nam quemadmodum verba Polon. transtulit, omnino nullum fundunt sensum, sed si verba Polon. rite intellexisset, bonum utique sensum in ipsis inuenisset. Meum non est hic inquirere, num bene fecerint Poloni, quod voculam *וְ* ex versu praecedente hic repetierint, & illud *וְ* bene ad populum, pro quo *Messias* sauciatus dicitur, retulerint? sufficit quod versio Polon. cum textu originali magis quam *Lutheri* conueniat. Vbi enim illud *Lutheri.* *Er ist gestorben wie ein Reich/ und begraben wie ein Gottloser* in textu Hebraico exstat? *Polonorum* vero versio non tantum optime cum textu originali, sed etiam vt mihi videtur, cum prophetia ipsa conuenit: nam ante sepulcrum *Christi* positi fuerunt improbi, & mors *Eius*, siue cadaver exsangue diuiti traditum fuit, qui verus huius prophetiae sensus mihi videtur, nec tantis; vt reliquae explicationes, difficultatibus subest. Non est igitur quare do-

**ſtiſſ.** *Ringeltaube* verſionem Polon. reliquis obſcuriorem dicat, bonum enim & ab omnibus facile intelligendum ſenſum fundit. Sic iam intelligitur quid ſibi Divinus vates his verbis voluerit; ſic omnes difficultates, quae verſionem Lutheri premunt, facile evaneſcunt; ſic clare apparet, praedictionem hanc in Ieſu Nazarethano in minutiffimis quoque rebus impletam eſſe! Abſtineat igitur Vir Doctiff. ab obiectionibus, quibus interpretes Polonicos pungere vult! Abſtineat a confequentiis, quae nullo nituntur fundamento, quae potius animum praeiudicii plenum, & ſtudium partium ubique clare oſtendunt, quod tamen a Theologo Chriſtiano & vere pio quam longiffime abeſſe deberet! Contempletur verſionem Polonicam tamquam opus humanum, & errores, ſi quos inuenerit, ita ferat, quemadmodum Magiſter ſummus, cuius diſcipulum ſe vir doctiff. profitetur, errores longe grauiores tulit, & tunc implebit legem Chriſti! Sed mittamus haec, audiamus breuiter quid vir doctiff. adhuc contra verſionem N. T. proferat.

## §. 22.

In fronte ſtatim libri offendit ad locum *Matth. I; 11.* vbi *Lutheri* verſio haec habet: *Ioſias genuit Iechoniam; Polonerum* vero: *Ioſias*  
genuit

in ling. Polon. & omnib. eius, edit. 337.

genuit *Ioakimum*, & *Ioakimus* genuit *Iechoniam*.  
*Mirror virum Doctiff.*, quod Polonis versione  
nem hanc vitio vertat, cum ipsum tamen  
latere vix potuit esse variam ad hunc locum  
lectionem, quam Poloni in editione sua N. T.  
legerunt. Ipse in editione N. T. quae Ar-  
gentorati anno 1660. prodiit, quamque prae  
oculis habeo, lectionem hanc ad marginem  
notatam video; immo quod plus est notata  
fuit lectio haec in prima translatione Polon.  
Euangelii Matthaei, quam *Ioa. Seclucianus*, A.  
conf. addictus, anno 1551. *Regiomonti* in  
lucem emisit, vti id *Doctiff. Ringeltaube lib.*  
*cit. pag. 54.* obseruat. Exinde iam apparet  
*virum Doctiff.* non veri amore, sed animo  
praeiudiciis pleno contra interpretes Polo-  
nicos disputare, nam versionem Seclucianam  
ob variam hanc lectionem non taxat, contra  
Polon. vero vehementer insurgit: ratio in  
promptu est, quia haec versio a Reforma-  
tis, illa vero a Lutheranis procurata fuit.  
Quod ad veram huius loci lectionem attinet,  
omnino praeferenda mihi videtur lectio  
quam Poloni sequuti sunt: nam si omnes  
generationes, ab Abrahamo ad Dauidem,  
a Dauide ad transportationem Babylo-  
nicam, & a transportatione Babyl. ad Chri-  
stum computemus, quarum secundum *Matth.*  
*I: 17.* singulae quatuordecim, fuisse dicun-  
tur, statim apparebit vnum in hoc computo



desiderari, si autem secundum lectionem variam Ioakimum addamus, omnis evanescit difficultas. Huc accedit, quod 2 Reg. XXIII: 34. Ioakimus filius Iosiae occurrat, qui tamen apud Matthaeum, nisi secundum lectionem variam inseratur, desideratur.

## §. 23.

Obiicit porro Doctiss. Ringeltaube locum Luc. IV: 1. quem Lutherus sic transtulit: *Jesus agebatur a Spiritu in desertum.* Poloni vero: *Jesus agebatur in Spiritu in desertum.* Addit vir Doctiss. quod haec versio lectores eo deducere possit, ut sibi persuadeant, Christum non reapse in desertum ductum, sed sibi tantum *κατα φαντασίαν* haec omnia imaginatum fuisse. Verum si Polonis animus fuisset talia lectoribus persuadere, locum quoque parallelum Matth. IV: 1. sic transferre debuissent, quem tamen ita transtulerunt, ut inde appareat Spiritum S. huius rei causam fuisse, nam ibi vertunt: *agebatur a Spiritu in desertum.* Fateor quidem quod in loco nostro, illud *εν το πνευματι* nimis literaliter transtulerint, attamen genius linguae Polonicae versionem hanc patitur, adeo ut illud *in Spiritu*, non phantasiam aliquam Polonis, sed potius causam impulsivam significet, uti Germanorum illud: *Er hat dieses in*

*Gedanken gethan.* Quo indicare Germani nolunt, quod aliquis id quod fecit, sibi tantum imaginatus fuerit, sed quod cogitationes eius profundae causa huius illiusue facti fuerint, quod factum non fuisset, nisi cogitationibus suis nimis indulgisset.

§. 24.

Tertius locus exstat *Ioa. XX: 23.* ubi *Lutherus: quibuscunque remiseritis peccata, his remissa sunt, & quibuscunque retinetis, his retenta sunt. Poloni vero: quibuscunque remiseritis peccata, his remittentur, quibuscunque vero retinueritis, retinebuntur.* Vult *vir doctiss.* quod versio Polonorum lectores eo deducere possit, ut credant peccata actu remissa nondum esse, sed ab Apostolis remitti demum debere. Verum enim vero bene Poloni norunt, quod hi amplius coram Deo peccatores non sint, pro quibus Christus Patri *λυτρον* soluit, & quod peccata eorum, qui fide illud amplectuntur & sanctam vitam viuunt, abolita & remissa sint, adeo ut opus non sit, ab Apostolis demum remitti; sed illud etiam norunt, quod nemo de hac gratia Dei in Christo certus esse possit, nisi ipsi per preconium Euangelii innotescat, & illam fide amplectatur. Si iam secundum illa, quae modo dixi, versionem Polon. contem-

plamur, ſtatim apparebit non eſſe quare *vir Doctiſſ.* credat, Polonos lectoribus perſuadere voluiſſe, peccata hominibus actu remiſſa nondum eſſe; neque Polonos adeo taxandos eſſe, quod verba Graeca in futuro tranſtulerint. Dixerat enim Chriſtus Apoſtoliſ: ſicut me miſit Pater, ita & ego vos mitto, & ut huic miſſioni apti eſſent, donauerat ipsis Spiritum S., cuius ope hominibus laetum illud nuncium, remiſſionem nempe peccatorum annunciarent; erat igitur res futura quam Seruator Apoſtoliſ his verbis promittebat, quae toties complementum nanciſceretur, quoties Apoſtoliſ donis Spiritus S. extraordinarijs inſtructi, hominibus gratiam hanc Dei annunciarent: tunc enim homines certi fierent, ſe coram Deo amplius peccatores non eſſe, ſed remiſſa eſſe ob gratiam Dei in Chriſto ipſorum peccata. Poſſem *viro Doctiſſ.* ſexcenta loca adferre, in quibus Apoſtoliſ, quando hominibus remiſſionem peccatorum annunciabant, in futuro loquuntur, quum tamen peccata actu remiſſa iam erant; exemplo ſit vnicus locus *Actor.* III: 19. Agite igitur poenitentiam & conuertimini, ut deleantur peccata veſtra. Apoſtoline igitur ipſi hominibus perſuadere voluerunt, peccata eorum remiſſa nondum eſſe? ſed diutius his inhaerere non libet, quum vnusquisque facile videat rationes non adeo praegnantibus eſſe,

esse, quare vir Doctiss. versionem Polon., Lutheri magis concinnam desideret. Reliqua loca, quae vir Doctiss. Polonis obiicit, ex utraque versione tantum adscribam, quoniam limites huius scriptiois prolixitatem prohibent.

§. 25.

*Matth. XII: 14. Lutherus: Pharisei exeuntes, Poloni: Pharisaei intrantes. Obseruare debeo, vnicam tantum litteram in lingua Polon. discrimen facere inter verbum exire & intrare, quae a typographo hic ommissa, sed in nouissima editione Anni 1768. inserta est: deberet enim exstare wyszedszy, sed exstat wszedzy. Non est igitur falsa versio, sed error typographicus facile committendus. Marci IV: 21. Lutherus: Graecorum ελον reddidit per mensam, Poloni vero per lectum. Rom. IX: 5. Lutherus: qui est Deus super omnia, Poloni: qui est Deus super omnes. Eph. V: 26. Lutherus: ut illam sanctificaret; & mundauit eam lauacro aquae in verbo. Poloni: ut illam sanctificaret, mundata lauacro aquae per verbum. 1 Petr. III: 21. Lutherus: foedus bonae conscientiae cum Deo. Poloni: interrogatio bonae conscientiae apud Deum. 1 Ioa. V: 6. Lutherus: non cum aqua solum, sed cum aqua & sanguine. Poloni: non per aquam solum, sed per aquam & sanguinem. Hebr. II: 7.9. Luthe-  
rus;*

*rus : breue quid carere ipsum fecisti Angelis. Poloni: parum minorem Angelis ipsum fecisti.*

Ex his iam L. B. iudicare poterit, num doctiss. *Ringeltaube* iustas habuerit rationes, quod versionem Polonicam A. C. addictis adeo infestam reddiderit, & propriam versioni Lutheri magis concinnam desiderauerit? *Lutberus* licet tam egregie de Ecclesia Dei meritus sit, propterea non est in versione infallibilis iudex, vt omnes aliae, secundum eius versionem transferantur. Non nititur Eccl. Protest. auctoritate *Lutheri, Zwinglii, Calvini*, aut alius cuiuscunque hominis, sed solius Dei: qui enim plus quam fas est hunc vel illum virum facit, eo ipso indicat se non veri amorem, sed sectae studium sequi, quod tamen ab homine Christiano quam alienissimum esse debet. Non ita primi Doctores & Architecti Ecclesiae sentiebant, vt hunc illumue virum ceteris ita anteponerent, vt ab ipso quasi ab oraculo aliquo penderent, sed prudentiam christianam vbique commendabant: πάντα, dicit Paulus, δοκιμάζετε, και το καλον κατεχετε. Sed proh dolor! loco illius libertatis christianae sectae studium inter christianos vbique fere adeo inualuit, vt qui semel doctrinam huius illiusue viri amplexus est, ne latum quidem vnguem ab ea recedere audeat. Ast nimis a scopo recederem, si his diuinus inhaererem.

Quae

in ling. Polon. & omnib. eius edit. 343

Quae tandem doctiff. *Ringeltaube* de differentia versionis Lutheri & Polonorum in libris Apocryphis monenda duxit, me non morabuntur, cum Eccl. Protest: hos libros pro Canonicis non agnoscat: illud quidem video Polonos alia editione horum librorum in translatione vsos fuisse, quam Lutherus. Restat igitur, vt promissis stem, pauca quaedam loca addere, in quibus Poloni a recepta hodiernarum codicis Hebraei editionum lectione recedunt. Tandem nonnulla adhuc loca ex versione Lutheri & Polonorum subiungam, vt eo melius L. B. de hac versione iudicare possit.

§. 26.

*Editiones vulgares Cod. Hebr.*

*Versio Polonorum.*

Genes. XIV: 24. בְּלַעְדֵּי	Genes. XIV: 24. בְּלַעְדֵּי
Cap. XVIII: 3. & XIX: 18. אֲדָנִי	Cap. XVIII: 3. & XIX: 18. אֲדָנִי
Cap. XXV: 15. חֲדָר	Cap. XXV: 15. חֲדָר
Cap. XXXVI: 26. דִּישָׁן	Cap. XXXVI: 26. דִּישָׁן (a)
	Cap.

(a). Celeberr. SCHULTZE in *bibliotheca Hagana Cl. I. Fasc. II.* suspicatur aliud adhuc in hoc versiculo dari mendum: occurrit nempe inter filios Disonis חֲמָרָן qui i *Cbron. I: 41.* vocatur

חֲמָרָן pro quo tamen *Poloni* in utroque loco חֲמָרָן legerunt.

Cap. XLIX: 6. שׁוּד

Deut. XXXIV: 1.

אֶת־הַגִּלְעָד

Ios. II: 21. אֶת־תְּקוּת

Cap. XIX: 33. מֵאֵלּוֹן

Iud. XIII: 14. לֹא

1 Sam. XIV: 44. כֹּה־

יַעֲשֶׂה

Cap. XXIII: 22. הִכִּינוּ

Cap. XXVI: 23. בְּיָד

2 Sam. III: 7. וַיֹּאמֶר

Is. 18. הוֹשִׁיעַ

1 Re. XVI: 27. אֲשֶׁר עָשָׂה

1 Reg. XX: 26. עַם

2 Reg. XX: 13. כָּל־בַּיִת

כָּלִין

Ierem. XLIX: 30. עַל־יָהִם

Thren. IV: 3. בֵּי עֲנִים

Dan. III: 10. וְסִפְנִיָּא

Cap. XI: 33. יָמִים

Cap. XLIX: 6. שׁוּד

Deut. XXXIV: 1.

מִן־הַגִּלְעָד

Ios. II: 21. אֶת־תְּקוּת חוּט

Cap. XIX: 33. מֵאֵלּוֹן

Iud. XIII: 14. אֵל

1 Sam. XIV: 44. כֹּה־

יַעֲשֶׂה לִי

Cap. XXIII: 22. וְהִכִּינוּ

Cap. XXVI: 23. בְּיָדֵי

2 Sam. III: 7. וַיֹּאמֶר

אִישׁ־בִּשְׁת

Is. 18. אוֹשִׁיעַ

XVI: 27. וְכָל־אֲשֶׁר עָשָׂה

1 Reg. XX: 26. עַל

2 Reg. XX: 13. בַּיִת כָּלִין

Ierem. XLIX: 30. עַל־יָכִם

Thren. IV: 3. בֵּי עֲנִים

Dan. III: 10. וְסִפְנִיָּא

Cap. XI: 33. יָמִים רַבִּים

Neh.

Neh. III: 3. מְנַעוּלָיו

Neh. III: 3. וּמְנַעוּלָיו

Cap. IX: 18. מְמַצְרִים

Cap. IX: 18. מִמַּצְרֵי מִצְרַיִם

1 Chr. XVII: 5. אֶת־

1 Chr. XVII: 5. אֶת־בְּנֵי־

יִשְׂרָאֵל

יִשְׂרָאֵל

Cap. XX: 4. הֲרַפָּא

Cap. XX: 4. הֲרַפְּאִים

2 Chr. XVII: 17. וּמִנ־

2 Chr. XVII: 17. וּמִבְּנֵי־

בְּנֵי־מִן

בְּנֵי־מִן

Ex his locis iam apparebit Polonos in bene multis locis a lectione vulgari recessisse, aliamque quam in editione sua legerunt sequutos esse; sed quali editione Cod. Hebraei vsi fuerint, vt iam dixi, me latet, quia, quantum noui, nihil de ea nobis in praefationibus Bibliorum reliquerunt, adeo vt etiam nihil certi de hac re cum L. B. communicare possim. Ex N. T. lectiones varias indicare non possum, partim quia angustia temporis collationem non permisit, partim quia non memini me in N. T. lectiones varias deprehendisse, praeter supra citatum locum. Subiungo quaedam adhuc loca versionum Lutheri & Polonorum B. L. *επιουσευ*.



§. 27.

*Versio Lutheri.*

*Exod. XV: 14, 15.*

Da das die Völker hö-  
reten/ erbebeten sie: Angst  
kam die Philister an. Da  
erschrakten die Fürsten E-  
dom / Bittern kam die Ge-  
waltigen Moab an: alle  
Einwohner Canaan wur-  
den feig.

*Deut. XXXII: 5.*

Die verkehrte vnd böse  
Art fällt von ihm ab: sie  
sind Schandflecken vnd nicht  
seine Kinder.

*Psalms. XV: 4.*

Wer seinem Nächsten  
schweret vnd hält's.

*Psalms. XVI: 2.*

Ich habe gesagt zum  
Herrn; du bist ja der Herr/  
ich muß um deinetwillen  
leiden.

*Versio Polonorum.*

*Exod. XV: 14, 15.*

Audient gentes, con-  
tremiscent, dolor corrip-  
plet incolas Philistaeo-  
rum. Tunc turbabun-  
tur principes Edomaeo-  
rum, heroës Moabita-  
rum corripiet timor,  
diffluent omnes incolae  
Canaan.

*Deut. XXXII: 5.*

Contaminarunt se ei,  
quasi non essent filii  
eius, foeditate sua: ge-  
neratio mala & peruersa.

*Psalms. XV: 4.*

Qui, etsi cum damno  
suo iurauerit, non mutat.

*Psalms. XVI: 2.*

Dic (anima mea)  
Domino: Tu Dominus  
(meus) & bonitas mea  
nihil te iuuabit.

*Psalms.*

*Versio Lutheri.*

*Versio Polonorum.*

*Psalms. XVII: 14. in medio.*

*Psalms. XVII: 14. in medio.*

Welchen du den Bauch  
füllest mit deinem schatz/  
die da Kinder die Fülle ha-  
ben / vnd lassen ihr übriges  
ihren Jungen.

Quorum ventriculum  
ex cella penuaria tua  
imples, vnde saturantur  
& filii ipsorum & relin-  
quunt residua proli suae.

*Psalms. XX: 7.*

*Psalms. XX: 7.*

Nun merke ich / dasz der  
Herr seinem Gesalbten hilft.

Nunc cognoscimus,  
quod Dominus liberaue-  
rit vnctum suum.

*Psalms. XXII: 1.*

*Psalms. XXII: 1.*

Ein Psalm Davids vor-  
zuzingen von der Stadt die  
frühe getagt wird.

Praefecto musices  
ad tempus matutinum,  
Psalmus Davidis.

*Psalms. XXIV: 7.*

*Psalms. XXIV: 7.*

Machet die Thore weit  
vnd die Thüren in der Welt  
hoch / dasz der König der  
Ehren einziehe.

Attollite o-portae ca-  
pita vestra: attollite vos  
portae aeternae, vt rex  
gloriae ingrediatur.

*Psalms. XXVI: 7.*

*Psalms. XXVI: 7.*

Da man höret die stim-  
me des Dankens / vnd da  
man prediget alle deine  
Wunder.

Vt honorem sonorum  
tibi tribuerem, & enar-  
rarem omnia mirabilia  
tua.

*Versio Lutheri.*

*Psalms. XXVII: 12.*

Denn es stehen falsche  
Zeugen wider mich / und  
thun mir Unrecht ohne  
scheu.

*Psalms. XXIX: 8.*

Die Stimme des Herrn  
erregt die Wüste / die Stim-  
me des Herrn erregt die  
Wüste Kades.

†. 10.

Der Herr siset eine Ständ-  
fluth anzurichten / und der  
Herr bleibet ein König in  
Ewigkeit.

*XXX: 4.*

Du hast mich lebendig  
behalten / da die in die Hölle  
fuhren.

*XXXI: 12.*

Es gehet mir so übel /  
dass ich bin eine große  
Schmach worden meinen

*Versio Polonorum.*

*Psalms. XXVII: 12.*

Nam contra me te-  
stes falsi surrexerunt,  
& ille qui spirat crude-  
litate.

*XXIX: 8.*

Ad vocem Iehouae  
cum dolore pariunt des-  
serta: cum dolore (ad  
vocem) Iehouae parit  
desertum Kadesch.

†. 10.

Iehoua supra diluui-  
o sedit: & sedebit Iehoua  
(existens) rex in aeter-  
num.

*XXX: 4.*

Viuum seruasti me,  
ne descenderem in se-  
pulcrum.

*XXXI: 12.*

Omnibus hostibus meis  
magno sum probro, &  
in primis vicinis meis:  
fa-

*Versio Lutheri.*

*Versio Polonorum.*

Nachbarn und eine Scheu  
meinen Verwandten: die  
mich sehen auf der Gasse  
fliehen vor mir.

factus sum paucor notis.  
meis: videntes me fo-  
ris, a me fugiunt.

*Psalms. XXXIII: 7.*

*Psalms. XXXIII: 7.*

Er hält das Wasser im  
Meer zusammen / wie in  
einem Schlauch: und legt  
die Tiefe ins Verborgene.

Qui quasi in cumulū  
congregavit aquas ma-  
ris, & reposuit in the-  
saurum abyssi.

*Ps. 15.*

*Ps. 15.*

Er lenket ihnen allen  
das Herz.

Qui creavit cor vnius  
cuiusque ipsorum.

*XLV: 13.*

*XLV: 13.*

Die Töchter Zion wird  
mit Geschenken da seyn / die  
Reichen im Volk werden  
vor ihr stehen.

Tyrīi quoque cum  
muneribus coram facie  
tua se incuruabunt, di-  
tissimi gentium.

*XLIX: 12, 13.*

*XLIX: 12, 13.*

Das ist ihr Herz / daß  
ihre Häuser währen immer-  
dar / ihre Wohnungen blei-  
ben für und für und haben  
grosse Ehre auf Erden:  
Dennoch können sie nicht  
bleiben in solcher Würde /

Cogitantes; domus  
suas aeternas esse, &  
habitacula sua durare à  
generatione ad genera-  
tionem: (propterea) illa  
vocant de nominibus  
suis in terra. Sed ho-

*Versio Lutheri.*

sondern müssen dahin wie  
ein Vieh.

*Psalms. LXXXIV: 7, 8.*

Die durch das Jammer-  
thal gehen / vnd machen  
daselbst Brunnen; vnd die  
Lehrer werden mit viel See-  
gen geschmückt. Sie erhal-  
ten einen Sieg nach dem  
andern: dasz man sehen  
muß der rechte Gott sey zu  
Zion.

*Iesai. I: 29.*

Denn sie müssen zu schan-  
den werden über den Eichen/  
da ihr Lust zu habt.

*II: 6. in fine.*

Und sind Tagewähler  
wie die Philister / und ma-  
chen der fremden Kinder viel.

*III: 16.*

Darum dasz die Töchter

*Versio Polonorum.*

mo in honore non per-  
manet, similis existens  
iumentis, quae inter-  
eunt.

*Psalms. LXXXIV: 7, 8.*

Transeuntes vallem  
mori, fontem ipsvm  
sibi constituunt, &  
pluuia benedictionis  
descendit (in ipsos.)  
Eunt cateruatim &  
comparent coram Deo  
in Sione.

*Iesai. I: 29.*

Nam pudefietis pro-  
pter lucos, quos desi-  
derastis.

*II: 6. in fine.*

Et sunt praestigiatores  
vt Philistaei, & in filiis  
peregrinis sibi compla-  
cuerunt.

*III: 16.*

Quia se extollunt si-  
liae

*Versio Lutheri.*

Zion stolz sind / und gehen  
mit aufgerichtetem Halse /  
mit geschminckten Ange-  
sichten / treten einher und  
schwänzen / und haben köstli-  
che Schuh an ihren Füßen.

Dan. IX: 26.

Und nach zwey und sechs-  
zig Wochen wird Christus  
aufgerottet werden / und  
nicht mehr seyn.

IX: 27.

Er wird aber vielen den  
Bund stärken eine Woche  
lang. Und mitten in der  
Woche wird das Opfer auf-  
hören: vnd bey den Flügeln  
werden stehen Greuel der  
Verwüstung / vnd ist be-  
schlossen / dasz bis ans Ende  
über die Verwüstung triesen  
wird.

*Versio Polonorum.*

liae Sionis, & incedunt  
collis extentis, & nu-  
tantes oculis circum-  
ambulant: & minutis  
passibus incedentes, pe-  
dibus suis compeditas  
agunt.

Dan. IX: 26.

Post septimanas au-  
tem illas sexaginta duas,  
occidetur Messias: at-  
qui hoc ipsi nihil noce-  
bit. *Non propter suam  
culpam, alii quoque ver-  
tunt.*

IX: 27.

Corroborabit autem  
foedus multis eorum,  
septima vltima: & in  
media septimana illa  
abolebit holocaustum &  
libamen: & per legio-  
nes abominabiles deso-  
lator veniet, & vsque  
ad consumationem defi-  
nitam effundetur deso-  
latio in eum, qui deso-  
landus est.

*Versio Lutheri.*

Ioël. II: 23.

Und ihr Kinder Zion  
freuet euch; und seyd fröh-  
lich im Herrn eurem Gott/  
der euch Lehrer zur Gerech-  
tigkeit giebt / und euch her-  
absendet Frühregen und  
Spätregen wie vorher.

Actor. XXVII: 13.

Da aber der Südwind  
wehete und sie meineten /  
sie hätten nun ihr Vorneh-  
men: erhuben sie sich gen  
Athen / und fuhren an Cre-  
ta hin.

Rom. VIII: 1.

Es ist nun nichts ver-  
dammlisches an denen / die  
in Christo Jesu sind: die  
nicht nach dem Fleisch wan-  
deln / sondern nach dem  
Geist.

VIII: 3.

Dem das dem Gesetz un-  
möglich war (zweymahl es  
durch das Fleisch geschwa-

*Versio Polonorum.*

Ioël. II: 23.

Vos quoque filii Sio-  
nis exsultate & gaudete  
in domino Deo vestro,  
nam dabit vobis plu-  
viam tempestiuam, &  
dimittet vobis pluuiam  
largam autumnis & vere.

Actor. XXVII: 13.

Spirante autem noto,  
aestimantes se proposi-  
tum suum adsequutos  
esse, soluentes littora,  
prope legebant Cretam.

Rom. VIII: 1.

Nulla igitur est con-  
demnatio iis, qui exi-  
stentes in Christo Iesu  
non secundum carnem,  
sed secundum spiritum  
ambulant.

VIII: 3.

Nam quod impossi-  
bile erat legi, in quo in-  
firmabatur propter car-  
nem;

*Verſio Lutheri.*

*Verſio Polonorum.*

(het ward); das iſt Gott/  
vnd ſandte ſeinen Sohn in  
der Geſtalt des ſündlichen  
Fleiſches / vnd verdammt  
die Sünde im Fleiſch durch  
Sünde

nem; Deus miſſo filio  
ſuo in ſimilitudine car-  
nis peccaminofae, &  
propter peccatum, da-  
mnauit peccatum in  
carne,

*Ephes. III: 19.*

*Ephes. III: 19:*

Auch erkennen daß Chri-  
ſtum liebhaben / iſt viel beſſer /  
denn alles wiſſen.

Et cognoſcere amo-  
rem Chriſti, ſuperantem  
omnem cognitionem.

*Iacobi. II: 4.*

*Iacobi. II: 4.*

Und bedenket es nicht  
recht; ſondern ihr werdet  
Richter / vnd machet böſen  
Unteſcheid.

Nonne iam feciſtis  
diſcrimen inter vos, &  
nonne facti eſtis iudices  
cogitationum malarum?

✠. 7.

✠. 7.

Verläſtern ſie nicht den  
guten Namen / davon ihr  
genennet ſeyd?

Nonne ipſi blaſphe-  
mant praeclarum illud  
nomen, quod ſuper vos  
inuocatum eſt?



Hæc sũnt L. B. quæ de Bibliis Polonicis Tecum communicare statueram, ex quibus de versione ipsa iudicium quodammodo Tibi ferre licebit. Non aliqua inanis laudis aut gloriæ cupido, ad hanc qualemcunque opellam edendi me impulit, notum enim mihi illud: *Qui bene latuit, bene vixit*; sed vnice desiderium, vt spero laudabile, vt etiam versio hæc, sane egregia, mundo erudito innotesceret. Si quæ L. B. minus recte dicta deprehenderis, memento me hominem errori obnoxium esse, taleque de labore meo fer iudicium, quale de omni opere humano ferendum est; & si quæ contra scripturam meam monenda habes, christiana id fac prudentia & modestia, lubenter enim ab aliis doceri cupio. Ceterum Te bene valere iubeo. Scripsi in Academia Lugduno-Batava Anno MDCCCLXXI.



V.

NICOLAI BARKEY,

*S. Theol. Doctoris & Professoris,*

de Sabiis,

vel

CHRISTIANIS SANCTI JOANNIS  
Diatribæ.

S. I.

**D**e Scopo Evangelii juxta Joannem  
nuper commentatus fui *Biblio-*  
*thecæ hujus Cl. III. Fasc. III.*  
*N. IV. p. 591.* sententiam meam  
ibidem exposui hoc ferentem:  
Joannem Evang. id imprimis agere, ut ad-  
versus eos, qui Joannem Baptistam Jesu  
Christo vel æquiparabant vel anteferebant,

Z 5

osten

ostendat & demonstret, Joannem B. non esse verum Lumen, sed tantummodo Jesu Christi, Veri Luminis Prodromum; & Christum, quem ut *Ἐκκευθρον* significantissimis verbis describit, tantum præstare Joanni B. quantum Sol meridianus præstat lucernæ; ad hunc quoque scopum tendere argumenta, desumpta ex Christi doctrina & miraculis. Omni prorsus fundamentò destituta foret hæc sententia, nisi probarem fuisse reverentales Apostolorum ævo homines, qui Joannem B. Christo æquiparabant aut anteferebant. Hoc me mihi videor ad liquidum perduxisse ex ipso Joannis Evangelio, ac ex ceterorum Evangelistarum testimoniis, nec minus ex Actis Apostolicis. Ophitas quoque in subsidium vocavi, tandemque, ultimo Commentationis paragrapho ad *Christianos*, ut vocantur, *Sancti Joannis* provocavi. Ultimum hoc argumentum tum digito solummodo adtigi, ablegans benevolum Lectorem ad hanc, quam nunc fidem servaturus obfero, Diatriben.

§. 2.

CHRISTIANI S. JOANNIS, ut a vulgari nomine exordiar, ab Orientis populis adpellantur *Sabii*, vel juxta *BAEMPFERUM Amoenis. Exotic. Fasc. II. c. 2. p. 436.*

*Sabii*

*Sabhi* صَبِيّ vel صَبِيْن *Sabiin*. Va-

rias Vir ille doctissimus instituit hujus nominis Etymologias, quas inter illam adoptat, quæ nomen a Syriaco & hoc consono verbo

Arabico صَبَا *deflexit, religionem deseruit* derivat, & observat Arabibus esse familiare, omnes a religione sua alienos adpellare

صَبِيْن *Sabiun* sive *Sabias*. Infame ergo judicat esse Sabiorum nomen, eo consilio a Muhammede, ut putat, primo omnium huic Sectæ inpositum, ut eam a Judæis & Christianis distingueret, quin longius Sabios arceret a consortio Musulmannorum; quos cum Sabiis nuptias contrahere expressa lege interdixit in *CORANI Sura de Vacca*. Verum cum ipsis Sabiis domesticum, quo se adpellant, nomen sit *Mendai Jahia*, id est; *Discipuli Joannis*, puta *Baptistæ* & Christi prodromi, Joannes autem Baptistæ juxta *Relandum de religione Muhammedanorum* c. V. a Muhammedanis verus habitus sit Propheta, & in *Corano* vice plus simplici laudatus, conf. SIMONIS OCKLEY. *Historia Saracenorum* Vol. 2. p. 389. edit. *Germanicæ*, haud verisimile est, Muhammedem hoc nomine illis infamæ notam inurere voluisse. Præterea hæc nominis derivatio haud indicat singularem Sectæ hujus

hujus characterem, ut potius cuicumque dis-  
 sidenti Sectæ tribui possit, conf. cl. HYDE  
*de religione Vet. Persarum &c. c. 3. p. 86, 87.*  
 Nulla quoque ratio est, cur *Kæmpferus* ad-  
 ferat, primo omnium hoc nomen a Muham-  
 mede Sectæ huic datum fuisse. — Majori  
 verisimilitudine se commendare videtur sen-  
 tentia cl. LEMOINE, qui in *Variis Sacris*  
*T. II. p. 685* nomen hoc derivat a *ܘܕܝܐ* a  
*tingendo*, vel a *baptismo*, quo homines in  
 disciplinam Joannis B. transiverunt. Verum  
 & hæc derivatio infirma est & lubrico niti-  
 tur tibicine. Licet enim verba Syriaca &  
 Arabica *ܘܕܝܐ* & *صبغ* non solum *tingere*  
 significant, sed etiam *baptizare*, quemad-  
 modum verbum Arabicum hoc sensu sumi-  
 tur in CORANO Sur. II. 132, secundum lin-  
 guæ rationes fieri nequit, ut ab his verbis  
 descendat nomen *Sabiorum*, quod nunquam in  
*ܘ* desinit, sed scribitur *ܘܕܝܐ* Syriace, & Arabice  
*صابيون*. Consului hac in re, mihi ipsi diffidens,  
 charissimum meum generum, JOANNEM PE-  
 TRUM BERG. S. Theol. & LL. OO. Professore  
*Teutoburgensem*, & hoc ab illo responsum  
 tuli. — In sequentibus aliam Etymologiam  
 proferendi locus erit.

§. 3.  
 Cel. MOSHEMIUS *Institut. Hist. Ecclesiast.*  
*Sec. XVI. Sect. III. P. I. §. 17. p. 728.* ut  
 &

& in *Comment. de rebus Christianorum ante Constantinum M. c. II. §. 9.* præcipuos Auctores, qui de Sabiis scripserunt, citat, & ex eis Vir laudatissimus paradoxam composuit sententiam, in quam Anacrisin instituere necesse esse, ut eo confidentius de discipulis his statuere possimus. Rectissime in *notis ad institut. Hist. Eccl. l. c.* explodit FOU-MONTII aliorumque Virorum Doctorum sententiam, quæ originem hujus Sectæ a Sabiis derivat, antiquis plurimum Deorum, siderum maxime cultoribus, de quibus præ aliis consuli potest cl. TH. HYDE, *de religione veterum Persarum*, cujus recensionem v. in cl. CHAUPEPIÉ *Dictionario Gallico*, sub nomine *Hyde*. Si a nomine discesseris, quod Muhammedani illis imponere solent, (hoc vero argumentum ficulneum esse quilibet facile perspicit), nihil omnino est quod hanc opinionem fuleat. Nisi me omnia fallant, excerpta ab ASSEMANNO V. C. *Bibliothecæ Orientalis Vaticanae T. III p. 609.* ex IGNATHI A JESU, *Carmelitæ, Narratione originis, rituum & errorum Christianorum S. Joannis Romæ 1652. 8.* adlata, satis probant, Ignatium, hos, licet inter eos diu vixerit, cum Surianis confudisse, quemadmodum ABULPHARAGIUS nec non MARACCIUS eos cum Haranitis confundunt. Eodem vitiò laborare mihi videntur sententiæ J. M. VANSLE-

III (a) GEORGII SALEI (b) J. H. MAJI, aut potius H. A. WALTHERI, (c) aliorumque, & ipsius ASSEMANNI. De *Assemanno* idem fert iudicium cel. ISAACUS DE BEAUSOBRE, *Histoire de Manichée & du Manichéisme*, libro eruditissimo T. II. p. 603, 604, ubi de illius sententia ait: *s'il m'est permis de dire ce que je pense de la conjecture de cet habile homme, elle me paroît trop subtile, & je soupçonne même, qu'il confond*

une

- (a) V. J. M. VANSLEBII *Histoire de l'Eglise d'Alexandrie*, quem librum cel. MOSHEMIUS in *præfat. ad R. Pocockii Itinerarii Orientis Versionem Germanicam* T. II. inter rariores refert: ubi c. 29. p. 98. ait: in Ecclesia Alexandrina moris fuisse & officii post sacram communionem *lupinos comedere ad arcendos ab Ecclesia Sabeos, Idololatrias, quia a fabis & lupinis abstinent. Hos vocat Chaldaeos & Christianos S. Joannis, habitantes in Arabia ad sinum Persicum.*
- (b) GEORG. SALE in *Prolegom. ad Alcotanum Angl.* edit. p. 15. edit. German. p. 19, 20.
- (c) V. J. H. MAJI *dissert. de Zabiis, Giesse 1716.* Obpositam autem sententiam tuentur Viri Doctissimi JOA. CHRISTOPH. WOLFIUS in *singulari Dissertatione de Zabiis & Spenceriana hypothesis*, Witteb. 1706. & in *Manichéisme ante Manichæos* §. 18. p. 86. & GUSTAVUS PERINGERUS in *Diss. de Zabiis*, Upsal. 1691. quam cum citata J. H. Maji *dissert.* JULIUS CAROLUS SCHLÆGERUS, V. C. *Fasciculus Novo Dissertationum de Antiquit. Sacris & profanis*, Helmst. 1734. 4. inseruit, & dignæ sunt quæ legantur. Taceo alios.

une Secte Payenne avec une ancienne Secte Chretienne, que les Arabes appellent Sabi & Maracci Sabaitæ, laquelle est aussi connue sous le nom de Chretiens de St. Jean Baptiste, c'est celle que l'on accuse de Manicheisme. Pour moi, j'ai cru voir dans les descriptions, que l'on nous en donne, que ces sont de restes des Chretiens sortis de Judaisme, & il me semble, que Maracci en juge de même. Je crois que c'est de ceux-ci dont Mahomed parle dans l'Alcoran en ces termes: Certainement les Fideles, (il qualifie ainsi ses Sectateurs) les Juifs, les Chretiens, les Sabéens, & en general quiconque croit un seul Dieu, & un dernier jugement, & pratique la vertu, Dieu le recompensera. La frayeur ne sera point sur lui. J'ai peine a m'imaginer, que Mahomed eut jugé si favorablement d'une Secte Idolâtre. Recte quoque Inl. J. D. MICHAELIS in notis ad novam versionem partis Suræ II. Corani p. 17. monet Sabios, Sectam superstitionis, cum Sabæorum gente non esse confundendos. Confer B. HERBELOT Bibliotheca Orient. p. 472.

§. 4.

Recenset præterea cel. Mosheimius l. c. sententiam el. THEOPHILI SIGEFR. BAYERI, reconditæ doctrinæ Viri, ex Thesauri Epistolici la Croziani Tomo I. p. 21. qua statuit Men-



Mendacitas esse *Manichæorum Veterum* propaginem, & hanc sententiam LA CROZIO quoque placuisse adserit, ac expresse *Thesauri* ejus *Epistolici* paginas 31 & 52 citat. Demiror vero qui Moshemius scribere potuerit: *sed nihil est in sententiis & moribus eorum Manichæismum quod redoleat*, cum *la Crozius* tamen p. 31. his utatur verbis: *in eorum libro Seder l'Adam, qui Parisiis in Bibliotheca Colbertina servatur, Manichæum, id est, Manetem vel invocari vel celebrari mihi olim Parisiis narraverunt Viri doctissimi, Ludovicus Piques & Abbas de Longuerue, de cujus eruditione nihil unquam dixero, quin longe sit infra id quod experiuntur & sentiunt, quicumque eum coram loquentem audivere — Et pag. 52: Christianos S. Joannis recte Manichæorum reliquias esse censes — — Audivi olim ex Piquesio, qui libros Mendacitarum evolverat, frequentem esse in illis Manichæi mentionem, sic enim appellant Manetem, quemadmodum & Augustinus, qui vetustissima illius Sectæ, in qua aliquando vixerat, peritissimus fuisse censendus est. Forfan Moshemius, ut hypothese suæ litaret, Piquesi & Longuerii narrationi omnem denegavit fidem, vel librum *Seder Adami* antiquiorem credidit, quam ut Manetis in eo potuerit fieri mentio. Interim si revera in eo Manetis reperitur mentio vel elogium, forte unus & alter hujus Sectæ Doctor a Manete ejusque*

ad seclis seductus, in Manichæorum castra transit, & rudi populo talem librum ut suum obtrudit, quo hunc aliumve errorem propagaret, quemadmodum Historia Ecclesiastica hujusmodi imposturarum plena est.

§. 5.

Verum propius ad rem ipsam accedamus, cujus gratia hic Sabios vel Menditas contemplamur. Sunt qui eos pro *Judæis* habent, alii vero pro *Christianis*, & tandem alii eosdem *Joannitas* potius quam Christianos adpellare malunt, quoniam a Doctore suo ipsi nominari volunt, & ad ejus institutum baptizati sunt, eundem passim dignitate ipsi præferentes Christo, ut qui Joannis quoque baptismo muneri suo inaugurari voluerit, haud docti Joannis B. effatum, quo se indignum declaravit qui Christi corrigia solveret; sunt verba KÆMPFERI l. c. p. 439. Hunc sequi hucusque mihi tutissimum visum est.

§. 6.

Operæ vero pretium erit prius in sententiam eorum inquirere, quibus Menditæ *Judæi* sunt, quam nostram stabilire. *Judæos* illos fuisse origine antiquissimis temporibus; *Bibl. Haganæ Cl. IV. F. II.* A a nul-

nullus negare poterit, quia ad Joannem B.  
 non nisi Judæi accesserunt ab eoque bapti-  
 zati fuerunt. Sunt autem inter hos, quibus  
 ea mens fedet, *Menditas* posteros fuisse *He-  
 merobaptistarum*, quos EPIPHANIUS inter  
 Judæorum sectas retulit, & quibus hoc pro-  
 prium fuerit, ut se quotidie lavarent, statuerent-  
 que sine quotidiana hac purgatione salutis nemi-  
 nem securum esse posse. In hac sententia fuit  
 cel. MOSHEMIUS II, cc., imprimis in *Comment.  
 de rebus Christian. ante Const. M. p. 43-45.*  
 fusius eandem defendit. Verum ipsi jam  
 prævixit BARTHOL. HERBELOTTIUS in *Bibliothe-  
 ca Orientali*, voce *Jabia ben Zacaria* p. 472.  
 dicens: *Les disciples du St. Jean Baptiste, qui  
 furent appelez dans les premiers tems de l'Eglise  
 Hemerobaptistes, & dont le nombre est consi-  
 derable parmi les Juifs, ont fait depuis le tems  
 la une Secte, ou plutôt une Religion a part sous  
 le nom de Mandai Jabia. — Verum sub  
 nomine Mandai Jabia p. 577. dicit, eos  
 neque Judæos esse neque Christianos: Disci-  
 ples de St. Jean Baptiste: c'est ainsi que les  
 Sabis, qui pretendent descendre de ceux, que  
 St. Jean baptisoit dans les Jourdain, selon qu'il  
 est porté dans l'Evangile, ont accoutumé de se  
 qualifier. Cependant ils ne sont n'y Chrétiens n'y  
 Juifs, quoique plusieurs de nos Voyageurs les  
 appellent Chrétiens de St. Jean, a cause d'une  
 espèce de Baptême, qui est encore en usage parmi*

*eux. — Les Sabis prétendent aussi d'avoir conservé parmi eux les livres d'Adam, qui sont écrits en ancien caractère Chaldaïque, qui est assez différent du moderne. Auguror non ingratum fore, si quæ Herbelottus habet in libro non ubivis obvius, heic de promam. Dicis p. 471.: Le Geographe Persien parlant de Damas, écrit, que la tête de Saint Jean Baptiste fut mise dans un Temple de cette ville, que les Sabiens y batirent à son bonneur, & qu'elle y a été toujours fort reverée par les Chrétiens & par les Musulmans dans la suite des tems. Voyez le titre de Damas & remarquez que les Sabeens sont les Mendai Jabia, que nous appellons les Chrétiens de St. Jean, dont plusieurs habitent encore aujourd'hui dans la ville & dans le territoire de Bassora; Et p. 472, les Mahomedans ont plusieurs paroles de St. Jean Baptiste, lesquelles sont de Jesus Christ, mêmes telles, que nous les trouvons couchées dans les Evangelistes. Il y en a un dans lequel Jesus Christ est représenté avec un air gai & agreable, & St. Jean Baptiste avec un visage triste & austere. St. Jean dit ces paroles remarquables à notre Seigneur. Il paroit bien Seigneur, que vous jouissez pleinement de cette vie de la gloire & de bonheur eternal, pendant que votre Serviteur est encore dans la voye & dans les exercices de la penitence. Recensent h.l. in Bibliotheca Nov. librorum T. II, p. 1. 4. NEOCORUS & H. SIKIUS, ubi p. 14.*

dicunt: *Hassan Vaez* in *Paraphrasi Persica Corani cap. citati* asserit, religionem Sabiorum compositam esse ex variis præceptis Judaismi, Christianismi & Mubammedismi; adorari ab illis Angelos, legi Psalmos Davidis; eosque inter orandum faciem versus Meridiem, nonnunquam & Septentrionem versus convertere. Multi, addit idem *Vaez*, confundunt illos cum Sadduceis, quasi nec resurrectionem credant futuram, & æstra certo cultu prosequantur.

## §. 7.

Ut vero de sententia *Herbelotti* & Venerabilis *MOSHEMII* ingenue dicam quæ sentio, nondum persuasus sum *Hemerobaptistas* revera existisse inter Judæos. *EPIPHANIUM* hos inter Judæorum hæreticos referentem haud leviter refutasse videtur cl. *RHENFERDUS* in *dissert. de fictis Judæorum hæresibus. Opp. p. 89, 90*, quocum convenit *DIONYSIUS PETAVIUS* in *notis ad Eiphanium p. 35, 36*. adnotans, *Eiphanium* expresse dicere, hos, quos fingit, *Hemerobaptistas* a reliquis Judæis nulla in parte discrepare (vocat hanc sectam αἵρεσιν μηδεν ἑσθλαττουσαν των αλλων, αλλ' ἰσην των γεσµατεων καὶ φαρισαιων φρονουσην) eademque dogmata cum *Scribis & Pharisæis* professos esse, tantummodo non convenire cum *Sadduceis* in negando

*mortuorum resurrectione.* Notum enim est baptismum sive lotionem manuum ante prandium communi apud omnes ritu Judæis receptam fuisse *Marc. VII: 3, 4.* — Dices: Hemerobaptistas juxta RICHARDUM MONTACUTIUM in *Adparatu ad Origines Ecclesiasticas* non solum manus lavasse, sed ulterius etiam progressos se aquis immerfisse, & ita totum corpus a vertice ad talos perluisse! Tum vero & Scribæ & Pharisæi, omnesque Judæi idem fecisse censendi sunt, quod quoque GOODWINUS in *Mose & Aarone l. I. c. 10. §. 16.* statuit. Hos vero quis credat id molestiæ devoratueros fuisse, ut quoties a foro publicisque congressibus domum redirent, capturi cibum, antea vestibus omnibus depositis toto se corpore abluerent, immo totum illud abluendi causa aquis immergerent, verba sunt Viri doctissimi JOA LUDOVICI SCHLOSSERI in *notis ad GUIL. WALLI historiam baptismi infantum, latine versam Bremæ 1748. T. II. p. 399.* Nihil itaque dicendum restat nisi quod fortassis Hemerobaptistæ vocati sint, quos major superstitionis zelus quam alios agitaverat se quotidie toto corpore abluendi, quemadmodum semper quaslibet inter Sectas exstiterunt, qui multiplicatis sacris ritibus sanctiores aliis videri volebant & religiosiores. Ideo, ut opinor, recte ait PETAVIUS *l. c. Quid igitur*

*Hemerobaptistæ* illi, quos *Epiphanius* refert, meruerint, ut distinctam ab aliis Sectam efficerent, non satis discernimus. JUSTINUS MARTYR in *Dialogo cum Tryphone* p. 312, editionis STYANI THIRLBII, eadem de causa Phariseos, qui magnam religionis partem in lotionibus conlocabant, vocat *Baptistas*. Meminit enim inter Judæorum Sectas *Φαρισαιων Βαπτισων*. Legenda quidem hæc verba putat Inl. GROTIUS *και Φαρισαιων και Βαπτισων*, & MOSHEMIUS censet *Justinum* priorem partem vocabuli *ημεροβαπτισων* refecuisse; utrumque autem gratis fieri puto, cum & *Marc. VII: 3*, expresse id ad Phariseos referatur quod de universis Judæis narratur. Adducit præterea *Moshemius* HEGESIPPUM, scriptorem *Indiculi hæresium*, qui Hieronymo tribuitur, & Auctorem *Clementinorum* & *Epitomes gestorum Petri, Clementinis adnexæ*; verum cum ipse *Vir Venerabilis Institut. Hist. Christ. sec. I. P. II. §. 25, 26. p. 217.* posterioribus Clementis subposititiis nihil omnino fidei tribuat, crediderim ego eadem temere, præsertim in historia, testium nomine citari. Et *Hegesippum* quod adinet, neque hujus Auctoritas aliis in casibus apud Moshemium aliosque Viros doctos magis valet, conf. MOSHEMI *Diss. ad Historiam Eccl. pertinentes* p. 486. & VRIEMOETIUS in *Observ. Miscell.* p. 332. His accedit, quod quum *Epiphanius* ceterique, qui

qui Hemerobaptistarum mentionem faciunt, ex *Hegesippo* ceu ex primo fonte cõmentitiæ & singularis quasi hujus Sectæ nomen hausisse videntur, parum fidei mereamur. Neque Judæi religiosiorum civium suorum ritus & sectas studiosissime enarrantes, eorum unquam, quantum sciam, meminerunt, quod mirum foret; si revera singularis hujusmodi Secta exstisset.

§. 8.

Demus autem tantisper Viro præstantissimo, exstisse revera hujusmodi Hemerobaptistarum Sectam, nec tamen credibile est Mendæos vel Christianos S. Joannis propaginem esse Hemerobaptistarum Judæorum. Ponderanda sunt quibus utitur ad stabilendam hypothesein suam argumenta: *Primum* est: *Ipsimet se Judæos esse profitentur, ac dicunt majores suos in Palæstina habitasse ad Jordani littora, & postmodum a Muhammedanis expulsos fuisse.* Verum ubinam de Hemerobaptistis adseritur, illos ad Jordani littora habitasse? Nihil ejusmodi. Est quidem Jordanus præcipuus Palæstinæ fluvius, cujus aquis Judæi se commode immergere poterant, ast qui lavari amabant, habebant & balnea sua & thèrmas & lacus, quæ ut *Aenon* & *Salim* huic fini inservire poterant, ita ut



Jordano ipsis haud opus erat. Discipuli Joannis B. quoque Judæi erant, & nemo non novit Joannem discipulos suos in Jordano baptizasse. Argumentum itaque hoc primum tantum abest, ut sufficiat ad destruendam eorum sententiam, qui hos Joannis discipulos cum Sabiis conponunt, uti *Moshemius* loquitur, ut potius levissimæ sit armaturæ, quin eandem fulciat, quia nihil est probabilius quam quod Joannis discipuli ad Jordani littora commorati fuerint, quamdiu pace & quiete fruebantur.

## §. 9.

Secundum argumentum ita habet: *In frequenti corporis ablutione spem remissionis peccatorum & salutis positam esse arbitrantur, qui error Hemerobaptistas potissimum a reliquis Judæis distinguebat. Verum jam ostendimus Scribas quoque & Phariseos eadem superstitione aut errore inbutos fuisse, nisi quod lotionem totius corporis quotidianam judicarent necessariam ad obtinendam salutem. Et qui Joannis B. erant discipuli procul dubio in baptismo, quo initiati erant, haud ultimam salutis suæ spem posuerunt; hinc Joannis baptismus, vel quod in Joannis baptisma baptizati erant, fidæ eorum summa & cardo erat* *Act. XIX; 3. Pergit Vir egregius*

gius: hodie quidem discipuli Joannis, uti dici volunt, semel tantum quotannis in flumine solemni ritu a sacerdotibus lavantur: Hemerobaptistæ vero quotidie corpus aqua purgabant. Sed hoc tantum mentibus infixum manet omnium; quo quis sæpius abluatur, eo sanctiorem & beatiorem esse, & vellent idcirco cuncti, si possent, singulis mensibus imo diebus lavari. Rariorem ceremoniæ hujus usum sacerdotum reddidit avaritia, qui sine mercede operam suam commodare rogantibus nolunt. Gratis vero hæc dici adparet ex eo, quod in præcipuo religionis ritu differunt, Hemerobaptistæ se ipsi quotidie lavabant; discipuli vero Joannis a Sacerdote baptismum petunt administrandum, eumque more solemni recipiunt. Illi quotidie, unde nomen suum sortiti fuerunt, se aqua purgabant, hi vero statis tantum diebus festis quotannis baptizantur; neque verisimile videtur, hos passuros fuisse, si prius fuerint Hemerobaptistæ, ut, in quo religionis suæ proram & puppim constituebant, quotannis tantum perageretur quod quotidie fieri oportebat; nec Hemerobaptistis Sacerdotum ministerium necessum erat, quia se ipsi aquis inmergebant; hinc sacerdotum avaritia baptismi ritus haud potuit immutari. Hemerobaptistæ tandem adultos se baptizabant, sed Mendæi infantes prius in templum deportatos baptizari curant. Nec quicquam de eorum

*circumcisione legimus, quam tamen procul dubio apud Judæos hemerobaptistas in usu fuisse ipse Moshemius negare haud aufit.*

§. 10.

*Tertium argumentum majorem veri speciem habet: Hæc ejus summa est: Parens Sectæ nominatur Joannes, ut Hemerobaptistarum conditor & Doctor, cujus quidem Viri librum quemdam veluti Divinum magna cum religione servant. Communis quidem opinio est, Joannem hunc illum esse, quem libri nostri divini celebrant, Baptistam & Jesu Christi prodromum, unde multi conjiciunt a Joannis Baptista discipulis Sabios, qui vocantur, descendere, in quibus Ignatius a Jesu est in narratione de Christianis S. Joannis c. II. p. 13: Sed quæ illi de Joanne suo; ipso Ignatio teste, narrant, luculenter ostendunt, prorsus eum a Baptista diversum esse. Negant enim Joannem suum capitis subplicio ab Herode adfectum fuisse, traduntque eum in oppido Persiæ communi hominum fato diem obiisse & in agro ejus urbis sepultum esse; uxori etiam ipsum junctum fuisse referunt, quatuorque habuisse filios, Et pag. 43. Moshemius dixerat: Clementinorum, quæ vocantur, Auctor parentem Sectæ hujus scribit Joannem quemdam fuisse, qui duodecim sibi Apostolos, trigintaque Viros principes adsciverit Homilia secunda cap. 23. pag. 633.*

*T. I. Patr. Apostol. Eadem legantur in Epitome gestorum Petri. quæ Clementinis subjicitur §. 26. p. 763. Pergit pag. 44. ex qua argumentum ejus tertium depromsi: Pauca quidem eorum, quæ de Joanne suo memorant, conveniunt cum illis, quæ de Joanne Baptista sacri libri nostri memoriæ prodiderunt; Verum hæc sine controversia, quemadmodum illa quæ de Christo tradunt, a Christianis habent, quibus aliquamdiu sociati vixerunt, quo Muhammedanorum injurias effugerent: in quibus cum nihil cernerent a sectis suis alienum, & propter summam qua laborant ignorantiam quæ audiebant refellere non possent, recipere ea ac repetere non recusarunt. Pulchre hæc ex ingenio cel. Mosheimii excogitata sunt, sed hæctenus ea a vero aliena esse putem. Inficiari quidem nolo nec possum, Mendæorum narrationes successu temporis fabulis quamplurimis incrustatas fuisse, eosque qui nunc supersunt Sabios, summa laborare ignorantia, imo Patres eorum hinc inde ex aliorum hæreticorum doctrina quædam adripuisse, suumque in usum convertisse; verum quæ ex Clementinis enarrat Mosheimius meras inter fabulas referenda esse censeo. Clementina enim ut & Scriptor Recognitionum Clementis de Dositheo narrant triginta eum discipulos primarios, numeri dierum, ex quibus singuli menses constant, ratione habita, una cum muliere quadam, cui nomen Helenæ fuit, ado-*

adoptasse *Institut. Hist. Christ. majorum* p. 380. & de *Simone Mago*, fuisse eum præcipuum inter triginta Discipulos Joannis cujusdam Hemerobaptistæ, qui paulo ante quam Servator noster munus docendi adiret, ludum aperuisse dicitur; mortuo autem Joanne Dositheum, qui cathedram defuncti magistri occupaverat, principem discipulorum Joannis prodigio insigni conmotum, ipsi lubenter principatum commisisse & scholam tradidisse l. c. p. 399, 400. *His autem scriptoribus*, ipsa sunt Viri egregii verba, qui *fabulam ex instituto scribunt, ut placeant, nemo facile fidem habebit*. Si vero veri quid in hoc fabularum conmento latitet eapropter, quod Joannes ille Dosithei & Simonis Magister dicatur, paulo ante quam Servator noster docendi munus adiret, ludum aperuisse, id in eo forte consistere arbitror, quod *Dositheus & Simon ex disciplina Joannis B. prodierint, & singularem sectam, ab eorum nomine nuncupatam, puta Dositheorum & Simonianorum, constituerint*. Immo CLEMENTIS *Homil. II. n. 23. p. 627. Epitom. n. 26. p. 758.*, quæ loca debeo cel. BEAU-SOBRII *Histoire de Manichée & du Mantcheisme Y. II. p. 320*, relatum legimus, quod quemadmodum Jesus Christus duodenarium discipulorum suorum numerum ad duodecim anni menses composuit, ita S. JOANNES BA-

PTISTA numerum discipulorum suorum ad triginta fixerit, ratione habita dierum mensium lunarium. Cum vero triginta dies non sint completi in his mensibus, elegerit feminam, utpote partem tantum hominis dimidiam, feceritque ex ea trigessimum discipulum, ita ut proprie non nisi viginti novem cum dimidio fuerint. Hanc feminam fuisse *Helenam*, cui se junxerit *Simon Magus* — Quod vero *Moshemius* adserit, negare Mendæos ac nescire Joannem decollatum, potius credere eum mortuum, morte hominum communi in *Cbusistania* oppido *Sjuster*, octo dierum itinere distante a *Ballora* juxta Т Н В- V E N O T U M *Itiner. versionis Belgicæ T. II. p. 779.* atque exuvias ejus condi sarcophago crystallino non sine miraculo fabricato, illucque delato, ut probet alium Joannem quam Baptistam Mendæorum esse parentem, id nos haud potest morari. Nam *KÆMPFERUS* & *TAVERNIERIUS*, ex quorum Itinerariis *Moshemius* hoc argumentum depromsit, tradunt ea quæ Menditæ ipsi seculo demum septimo decimo illis in Persia narravere. Oportet igitur hic necessario *alius* sit *Joannes*, Magistrorum & Doctorem suorum unus princeps, & quidem vixerit necesse est demum hic Joannes eo tempore, quo decretum fuit Mendæorum genti ac religioni a Caliphatu excidium, iique ex patria pulsi in  
Indiam

*S. Joannis.* Non moror arborem *Charnubē*, quæ etiam *panis Joannis* dicitur; quod multi putarunt, *axedis* eibum Joannis B. hanc esse arborem, dum abunde satis ostensum est, *axedis* has revera fuisse locustas, v. auctores infra citatos. (\*) Loca autem mox memorata ut atmoenissima & Anachoretarum vitæ generi quam maxime congrua describit L. D'ARVIEUX *Itiner. T. II. p. 205. edit. Germ. cl. A. F. BUSCHINGIUS Geogr. Novæ T. V. P. I. p. 347.* hic quoque refert villam *Seba*, quæ forte eadem est, quam SAL. SCHWEIGERUS *Reisebeschreibung nach Constantinopel und Jerusalem p. 311. Suba* vocat, ubi multæ reperiuntur aquæ, ad baptismum administrandum aptæ natæ. — Secundum est: *scriptura utuntur propria, & a ceteris, quibus hodie Asia utitur, diversa, nisi quod flexuras referat quodammodo ad fines litteris Syriacis.* Litterarum eorundem typos exhibet, earumque valorem ostendit KÆMPFERUS *l. c. p. 440. conf. & tabula scripturæ eorum, quæ est prima pagina libri Mendæi*  
*Chûdra*

(\*) v. FRID. HASSELQUIST *Itiner. Palestinae, ed. Germ. p. 452. OLAI CELSII Hiero - botanicon. T. II. p. 74. TH. SHAW Voyages dans la Barbarie & du Levant. p. 331, 332. JOA. AMNEL, singul. diss. de Amictu & victu Joannis B. Upsal. 1755 & E. L. BATHLEFII *Akrido - Theologie. §. 93—**

vel Christianis S. Joannis, Diatribe. 379

*Chūdra* seu Liturgiæ eorum, inter Codices *Huntingtonianos* in *Bibl. Bodlejana*, quam exhibet *cl. HYDE l. c. p. 521. coll. cum p. 524.* — *Tertium:* S. Joannis parentes diserte vocant *Zachariam & Elisabetham*, quos quoque, quemadmodum *Virginem Mariam*, inter Sanctos collocant. — *Quartum:* *Joannem Baptistam* venerantur ut maximum totius orbis *Prophetam*, ipsoque *Christo* dignitate priorum, cui nemo mortalium doctrina & sanctitate comparari possit *p. 444, 445.* *Jesus Christus* juxta *THEVENOTUM l. c. p. 778.* non nisi *Joannis B. minister est.* — *Quintum:* Inter eorum festa solemnissimum est triduanum, mense Augusto in honorem *S. Joannis B.* celebrari solitum. *Baptizantur* tum omnes; hinc non alia loca incolunt nisi quæ flumina adluunt, quia baptismi administratio, ex *Sanctoris* Instituto, in flumine fieri debet *v. Kaempherus l. c. p. 438, 439. 440.* — *Sextum:* post peractam baptismum *Baptista* gratiam confirmat *Sacramento Communionis*, pane consecrato & phiala aqua plana &c. *p. 450.* — *Septimum:* monet *Baptista* concionem, ut perseverantiam præstet in religione usque ad mortem, a singulis manum exigens in fidem constantiæ stipulatam, qua data imperat hæc verba, juramenti loco repetenda: *Testis est qui videt omnia: Testis est JESUS CHRISTUS; Testis est JOANNES: Testis est AQUA, & Eccle-*  
*Bibl. Haganae Cl. IV. F. II. B b siana*



siam dimittit p. 457 — *Octavum*: *Eucharistiam* celebrant crustula panis subacti ex farina, vino & oleo. Farina, ajunt, notari Christi carnem, vino sanguinem, & oleo Dei gratiam atque nostri amorem, quo Deo & proximo obstringimur, *ibid.* — *Nono* dicunt: absoluto creationis opere, *Gabrielem* coram Deo maximopere deprædicasse opera creationis a se peractæ, ut quibus nihil deerat perfectionis, sed se gaudii loco causam habere tristitiæ, de qua, sciscitante Deo, respondisse *Gabrielem*: *Video, mi Deus & Pater æterne, quod mundum hunc inhabitaturi sunt infideles & inimici tui, videlicet Judæi, Turci, Gebri seu Perses & pagani, qui fructum laboris nostri capient; cui Deus: Non contristari, Fili, nam & JOANNITÆ habitabunt, dilecti mei, & omnes destinati ad vitam æternam* p. 443. — *Decimum*, sunt verba *Kæmpferi* p. 443, 444. de Christo cum Muhammedanis statuunt, Eum esse Spiritum & Verbum æterni Patris, negantes generationem ejus ab æterno, qua Deus est: natum docent ex intaminata Virgine Maria, virtute fontis, cujus illa aquam biberat, gravidata: crucifigendum Judæis se subduxisse, subposita corporis sui idea seu umbra. in quam crudelitates suas exercuerint. Alii, a Muhammedanis quodammodo digressi, confitentur,

fide. quanquam satis frigida & confusa, Christum factum esse hominem, ut nos liberaret a poena peccatorum, crucifixum quoque a Judæis, mortuum ac tertio die resuscitatum, resuscitati animum adscendisse se in coelum, corpus autem remansisse in terra ubique præsens.

§. 12.

Sufficiant hæc ad cognoscendos *Mendaces* eosque distinguendos a *Zabæis* aut *Chaldæis*, de quibus supra. Jam ex his notis Characteristicis videmus, numne de illis certum quidquam, saltem quod maxima se verisimilitudinis specie commendat, exsculperè queamus.

Primo negare nemo potest, Mendaces fuisse ab origine *Judæos*. Quod patriam primævam profitentur Judæam, quod literis Syriacis scripturam suam exarant, quod Joannem & quidem Baptistam, Zachariæ & Elisabethæ filium venerantur, quod baptismo in religione initiantur, & ad Joannem B. ut *testem* provocant, hæc juxta notas 1, 2, 3, 4, 5, 7. eos *Judæos* esse liquidissime probant; probant quoque hæc notæ Characteristicæ illos fuisse *Joannis B. discipulos*, quales nulli poterant esse nisi Judæi, quum horum solummodo in gratiam Joannes baptismum suum

suum instituit. Notari quoque in primis meretur de eorum scriptura, quod ita dictas *matres lectionis* servant. Testis est RICHARDUS SIMON, Vir Doctissimus, *Histoire Critique du V. T.* p. 47. in notis, qui postquam docuisset, eos vetustiore lingua Chaldaica scribere, & quidem satis pura, & Caractere vetusto, qui ad Estrangelicum accedit, addit: *Et ce qui est singulier a cette Secte parmi toutes les Nations du Levant, c'est qu'elle retiennent les Voyelles dans sa langue, de la même maniere que dans les Langues de l'Europe. Jamais on ne voit de Consonne, qui ne soit accompagnée de sa Voyelle, par exemple, d'un Aleph, d'un Fod, & d'une autre Voyelle, sans avoir besoin de ces points, qu'on a inventés pour tenir lieu de Voyelles.* Iterumque p. 146. in notis: *Tous les Doctes ne tombent pas d'accord que les Langues Orientales aient autrefois eu pour voyelles les lettres Aleph, Vau, Fod, bien que ce sentiment soit appuyé de St. Jerome. George Amira, Soudan, Maronite, a taché de faire voir le contraire dans sa Grammaire Syriaque imprimée a Rome. Neanmoins les Sabaites ou Mandaites, dont on a parlé ci-dessus, semblent appuyer fortement cette premiere opinion, parce qu'ils n'ecrivent point ces pretendues voyelles en les abregeant, comme les autres peuples du Levant; mais a chaque Consonne est jointe une de ces mêmes voyelles, comme on le pratique dans*

le Grec & dans le Latin. Et Inl. J. D. MICHAELIS in Diatribe de Vocalibus Hebræorum, quam reperies in den Vermischten Schrifften T. II. p. 71, docet Mendæo Syriacam, vel juxta alios Nabathæam linguam, ad modum Veteris Syriacæ, tres tantum habere Vocales, ac proinde singulas Alphabethi litteras quatuor figuris exprimi, quarum prima seorsim Consonam exprimit, secunda A, tertia E vel I, & quarta O vel U, ut B. Ba, Bi, Bo, conf. Ejusdem V. C. Comment. de Syrorum Vocalibus ex Ephræmo, quæ Commentat. Societati Reg. scient. Götting. oblatarum octava est §. 3 p. 169. Cel. BUTTNERUS, Goettingensis Academiæ decus, vocat eorum scripturam Chaldaicam, in qua Vocales Arabum nec supra nec infra Consonas sed Consonis implicitæ sunt per triangulos, & Syllabicam scripturam, v. Goettingische Gelehrte Anzeigen vom Jahr 1771. p. 167. — Sunt ergo Mendæi origine Judæi, qui Joannem B. sequebantur, & in ejus honorem & doctrinam baptizabant & baptizati erant.

§. 13.

Ut ut. autem Judæi fuerint & Joannis discipuli, secundo satis evidens quoque est ex notis Characteristicis, eos non alieno prorsus animo esse a Jesu Christo, unico

Servatore. Conferantur modo notæ 3, 4, 7, 8, 9, 10. Notam numero *nonam* eum in finem adposui, ut constet *Judæos* ab eis haberi pro *infidelibus* & *Dei inimicis* una cum *Turcis* & *Gébris* & *paganis*. Verum enim vero ex ipsa ibidem commemorata *Gabrielis* coram Deo protestatione satis adparet, fecisse eos *diffidium* à *Judæis*, eorum majoribus, *singularemque* constituuisse coetum, & quod magis est & ad scopum ducit, *Christianos*, quum nulla eorundem in hac protestatione occurrit mentio, neutiquam condemnasse. Dici nequit, nondum cognitos fuisse *Christianos*, quando Deus librum *Prophetiæ Divan*, qui hanc *Gabrielis* protestationem continet, *Angelis* tradidit; non tantum enim *Gebrorum* vel *veterum Persiæ incolarum* & *ignicolarum*, sed etiam *Turcorum*, gentis recentioris omnino ævi, mentionem facit. Erant autem *Christiani*, quando *Turci* nomen aliquod in orbe terrarum sortiti fuerunt, in Oriente diu satis cogniti & celebres, & si ad *Muhammedis ævum* & *Coranum* ejus oculos convertimus, notum satis est, *Pseudo-prophetam* hunc multa tam ex *Christianorum* quam *Judæorum* fontibus hausisse. Ex hac igitur ratione, nec non ex nota *Characteristica Nonæ* inficiari nemo potest *Mendæos* non alieno a *Christianis* fuisse animo, imo quæ habentur notis *septima*, ubi *Bapusta* dicit:

dicit: *Testis est Jesus Christus, & Octava*, ubi Eucharistiam dicuntur celebrare, eandemque de Christi carne & sanguine exponere, & *Decima*, in qua præclara de Christo occurrunt testimonia, licet erroribus infecta, claresatis inferunt, Christum penes ipsos magno in honore esse, licet Joannem B. ipsi anteferant. conf. & nota *Quarta*.

§. 14.

Si jam quæris, Lector B., quid de factis aut *historia hujus Scctæ* statuendum sit, in re adeo obscura, ubi monumenta deficiunt, non nisi caute procedendum esse reor. Si conjecturis locum, & benevole, ubi erravero, veniam dabis, hæc habe: Post Joannis B. obitum discipulos ejus singularem societatem inivisse & constituisse facile est conligere ex Judæorum ab eo baptizatorum erga Joannem communi veneratione, quam *Diss.* præcedente cum ex *historia Evangelica*, tum ex *Josepho*, Judæorum historiographo, adstruxi; & si nolis Societatem singularem vocare multitudinem discipulorum, ejus doctrinæ adhærentium, nullus tamen dubitabis de discipularum ejus frequentia, quæ ex *Matth. XI: 2. Joa. III: 25. & præcipue ex Matth. XXI: 26. Luc. XX: 6.* satis manifestum est. In priori *Dissertatione* quoque probabile

bile quam maxime feci, post ignominiose publico spectaculo habitum & trucidatum Jesum Christum, numerum discipulorum Joannis mirum in modum adcrevisse; addere nunc licet, valde verisimile fieri & illos, qui Joannis doctrina de Messia convicti Jesu Nazareno fidem dederant, moresque suos ad normam legis Christi componere coeperant, & resipuerant, videntes se spe sua per Christi mortem frustratos, Joannis se discipulos professos fuisse. Tum vero, opinor, & jam antea, vivente nimirum adhuc Servatore, Joannis hujus discipulos melioris religionis studium ad Judæos in aliis provinciis transtulisse, verba sunt cel. J. A. SAL. SEMLERI, *historiæ Eccles. Selectorum cap. T. I. p. 11.* Quod magis perspicuum erit, si statuamus Joannem baptismum suum, dum in vivis erat, administrasse festis Judæorum diebus, quando magna Judæorum exterorum turba confluerat, multosque eorum Joannis baptismum initiatos fuisse, & resipiscentiæ, severiorique sanctimoniæ operam dedisse. Præterea maximam probabilitatis notam habet, quod, qui Joannis B. doctrinam sequebantur, illiusque ad præcepta vitam moresque componebant, in societatem aliquam coaluerint, à Judæorum sectis & ab iis qui Jesu nomen profitebantur & Apostolos venerabantur, distinctam, quodque in Palæ-

stina

stina §. II. n. I. in eam Judææ partem, quam lambit fluvius Jordanis, ubi Joannes baptizaverat, sedes suas fixerint, & ibidem communi aliquo societatis vinculo scholam aperuerint.

§. 15.

Quæ §. 10. contra *Mosbemium*, Virum laude mea majorem, disputavi, ubi fabulis & commentis adnumeravi quæ ex *Clementinis* & *Scriptore Recognitionum Clementis*, de *Joanne* quodam Hemerobaptista, *Dositheo* & *Simone Mago* protulit, conjecturæ locum dederunt, originem forte commentorum, & si quid iisdem veri insit, in eo consistere, quod *Dositheus* & *Simon Magus* ex *Joannis B.* disciplina prodierint, & singularem *Dositheorum* & *Simonianorum* Sectam constituerint. Necdum hujus Conjecturæ poenitet, saltem quoad *Dositheum* & *Dositheanos*, de quibus unus instar omnium consuli meretur laudatus *MOSHEMIUS* in *Institut. Major. sec. I. P. II. p. 376. sq.* Licet enim variæ fabulæ superadditæ sint, dilucide satis tamen patet, *Dositheum* gente Judæum sive Samaritanum, *Simonis Magi* Magistrum aut discipulum, (de quo hic non disputo, quia nihil omnino refert, quanquam prior sententia probabilior est altera,) *Christo Jesu* ut & *Joanni B.*



fuisse cœvum; quin etiam juxta Moshemium ipsum illi omnino sint audiendi, qui eum, Serratore jam in coelos sublato, Samaritanos concitasse perhibent. Patet quoque ex narratiunculis Dositheo aliquod cum Joanne B. commercium intercessisse; eumque discipulorum Joannis fuisse primarium & principem, qui truncato Joannis capite, ut fertur, *catbedram defuncti magistri occupavit*, id est juxta stylum ævi illius, quo Clementina scripta fuerunt & in quo Hierarchiæ fundamenta jam poni coeperant, qui Magistri Discipulorum Joannis nomen sibi ipsi inposuit, aut ad hanc dignitatem communi consensu electus fuit. Exinde procul dubio est, quod EPIPHANIUS *adversus Hæreses l. l. c. XIII p. 30.* ubi Hæreses Samaritanorum recenset, dicat: *Dositheos multipliciter ab aliis hæreticis recensitis differre; & recte PETAVIUS Animadvers. T. II. p. 26.* observat, Epiphanium *hæresi X. p. 28.* videri Dositheos a communibus Samaritanorum odiis ac contentionibus excipere, cum dixerat *πλην Δοσιθεων μονον*, sed contrarium sensum ex his verbis *Δοσιθεοι δε τουτοις διαφερονται* superiori- bus tribuendum esse; nimirum *εν βεραχη και εν τινι ποσως*, paucis & levissimis in rebus Samaritanorum factiones à se invicem dissentire præter Dositheos, non qui nihil a ceteris discrepabant, sed qui non leviter ut  
illi,

illi, sed *gravissime* diffident. Dubitare vero quis posset, an ex *Joannis* schola prodierint? Verum enim vero relictis aliis *Dosithei* placitis, quæ a *Mosbemi* prolixè recensita & dijudicata reperies *l. c. p. 382. f. observo*, maximum ejus flagitium in eo constitui, quod *semet ipsum Messiam* illum, quem *Moses* prædixit, & *Filium Dei* esse prædicaverit, uti ab ORIGINE & EULOGIO, Archiepiscopo Alexandrino apud PHOTIUM *Biblioth. p. 883.* traditum est. cf. VORTII *Disp. Sol. T. I. p. 140.* Vides quam gravissime differant ab aliis Samaritanorum factionibus, uti & a Christianis! ita ut EUSEBIUS *H. E. IV. 143.* eum inter *pseudodoxeros* referat. Jure merito ergo eum primo inter eos, qui veritati Christianæ vim adtulerunt, loco cum THOMA ITTIGIO ponendum esse, & *Ittigium* censuram *Mosbemi* hac in causa haud meritum fuisse censeo. Qua vero occasione homini huic in mentem venerit & quid rei fuerit, quo commotus somniaverit se Messiam esse, ad emendandos & corrigendos Judæos a Deo missum? expendi maxime meretur. Recte quidem Venerab. *Mosbemi*us malitiæ & fraudulentæ suspicionem ab eo removet; recte dicit, eum emotæ mentis fuisse, malesaniquæ cerebri, & superbiam, ut fit plerumque, cum hoc naturæ vitio conjunctam fuisse; & pergit: *Gravis ille, in quem incidit error in soli.*

*Solitudine ipsum diutius conmorari haud patiebatur; quam ob rem hac relicta in Judæorum primum Iese animos insinuare tentabat, ut Divini Doctoris, quem sperabant, loco ab illis reciperetur. Contigisse hoc arbitror, Apostolis post discessum Servatoris nostri fundamenta civitatis Christianæ in Judæa & Samaria jacentibus &c. Attamen omnia fient planiora & magis pragmatice ex rei natura & historia deducta, si constet eum principem inter Discipulos Joannis B. locum tenuisse & ab ipso Joanne baptizatum fuisse. Speraverat Magistrum suum e carcere & vinculis, quibus ab Herode constrictus tenebatur, à Jesu Nazarethano liberatum iri, sed incassum, quia Herodes eum capite plexit: Invidia jam antea erga Christum perciti erant Joannis Discipuli, Joa. III.; jam vero, quod Servator, Rex Israël, passus fuisset eum in carcere capite plecti, animos eorum procul dubio à Servatore magis magisque abalienaverat, & novus constituebatur scholæ Magister, qui discipulorum curam gereret. Interea rei Christus non solum doctrina sua sed etiam miraculis & signis, qua patrandi vi destituti erant Joannis discipuli Joa X: 41. inlustre nomen sibi comparaverat, & proinde credibile omnino est multos ex disciplina Joannis in Jesu scholam transisse, e contra vero alios cum Judæis immorigeris se Christo obpo-*

obposuisse. Tandem cum viderent Dositheus  
 ejusque asseclæ, Jesum, cui defunctus Magi-  
 ster publicum dederat testimonium, illum  
 esse Messiam, infami crucis subplicio e vivis  
 sublato, nihil de Jesu sperandum esse cen-  
 suerunt. Ne autem omnia, quæ Joannes B.  
 prædixerat, viderentur vana & inania, re-  
 bus adeo desperatis, quid non discipulorum  
 princeps, superbia tumens & concitatus, ad  
 gloriam Prophetæ & Magistri sui conservan-  
 dam moliri valet? Inpletum non in Jesu  
 Christo, sed in *semet ipso* contendit Magistri  
 sui de Messia, quem se sequentem repræsen-  
 taverat, testimonium, errasse eum solum in  
 designanda persona, & semet ipsum Messiam  
 esse jactitat; imo hoc magis sperabat fore,  
 ut cives suos Judæos & Samaritanos eo fa-  
 cilius caperet, quod, uti *Epiphanius* ait,  
 legum & traditionum scientissimus erat.  
 Forte & tunc temporis nomen *Αποδευ*,  
 quasi esset *Dei donum* adsumsit, aut a disci-  
 pulis suis honoris ergo ita denominatus fuit.  
 Verum magnis insipiens & meticulosus hic  
 homo excidit ausis; nam a Pontifice Sama-  
 ritanorum quæsitus aufugit, iramque Ponti-  
 ficis metuens in montem quendam se con-  
 tulit & in antro cibi & potus inopia perijt.  
 Abinde dispersos hinc inde fuisse ejus disci-  
 pulos autumo & quosdam in Aegypto venisse,  
 ubi sedes suas fixerunt, & fortasse cum Esse-  
 nis

nis, quorum schola in Aegypto celebris erat, sociaverunt, reliquos vero in Judæa & Samaria conmoratos fuisse & vitam solitariam & tranquillam vixisse.

## §. 16.

Jam vero evenisse reor, quod plerumque evenit, scilicet quod Discipuli ejus in Palæstina, præsertim in Samaria in Dosithæi locum substituerint SIMONEM MAGUM, Dosithæi discipulum præsertim; vel potius quod Simon ille arte & fraudibus, quæ prodigium aliquod sapient, Dosithæo, viventi adhuc, persuaserit, sibi conferret dignitatem & honorem suum Magistralem, idque mihi videor velle *Scriptorem Recognitionum Clementis*, quando ait: quod Dosithæus, commotus prodigio insigni lubenter ipsi principatum commiserit; quod prodigium forte situm erat in pia fraude & magica quadam arte, quam in Aegypto didicerat, & præcipue in eo, quod sponderit timido Dosithæo fabulam post ejus mortem dispergere, quasi illi morte non perierit; sed alicubi adhuc in vita superesset, rediturus postmodum ad fortunatam vitam in hac terra societatem. Et revera hanc fabulam ejus discipuli in vulgus disseminarunt, teste ORIGENE *Comment. in Joannem edit. Huetiana p. 219, 220.* ex cujus ver-

versione hæc habe verba: *Net sane ignorandum est, ut Jesus se ipsum non solum esse ex Judæis Messiam dicebat & demonstrabat; sic Dositheum etiam quendam existisse ex Samaritanis, qui se ipsum diceret Messiam prophetarum, a quo usque nunc Dositheani sunt, libros Dosithei circumferentes, & fabulas quasdam enarrantes de eo, perinde quasi ille non perierit, sed alicubi in hac vita degat. Fortassis verbis οὐ μὴ γευσαμένον θανάτου ἀλλ' ἐν τῷ βίῳ πῶς τυχάνομεν, quasi mortem non gustaverit, sed alicubi vita fruitur, æmulabantur testimonia Apostolorum de Jesu quod viveret, quin imo Dositheum Jesu præferebant in eo quod vivat, & ne quidem mortem gustaverit. Major ergo habebatur Christo, qui mortem gustaverat atque passus eras. MOSHEMUS quidem l. c. p. 400. putat hæc omnia esse conficta, cum nullum eorum apud fidei alicujus scriptores vestigium extet, si unum iter Simonis Aegyptiacum demas; verum cum nihil minus in hac narratione alienum sit a moribus Inpostorum quam in narratione de itinere in Aegypto, quorsum forte tetendit, ut Essenos visitaret, non est de veritate rei dubitandi locus.*

§. 17.

Discipuli S. Joannis B. ita constituti forent sub ductu & auspiciis SIMONIS MAGI.  
 Quan-

Quantas vero turbas excitaverit homo hic  
versutus, multaque scientia & cognitione  
doctrinarum Judæorum Cabalisticarum &  
forte etiam Philosophiæ Platoniciæ vel  
Orientalis instructus, nemo est qui ignorat.  
Gnosticorum ideo communi opinione habe-  
tur Pater. Coptose ejus historiam, doctri-  
nam & mores exposuit & illustravit præ-  
stantissimus M O S H E M I U S l. c. p. 389. f. &  
alibi, quo Lectores ablegare licet. Non  
nisi ea tangant ex excerptis, a Virò illo  
præclaro ex Patrum scriptis datis, quæ  
mea sententia ad illustrandam historiam  
discipulorum S. Joannis spectant. An bene  
maleve conjectatus fuerim? judicium sit pe-  
nes benevolum Lectorem. Firmissimis, ut  
pato, argumentis p. 394. probatum est vit. cel.  
Mosheimus, Simonem Christianis hæud adnu-  
merandum, sed potius ab hæreticorum numero  
segregandum atque cum hostibus religionis  
Christianæ sociandum esse, immò tantum  
interesse discrimen inter Simonis præcepta  
& Gnosticorum disciplinam; ut si nullo modo  
Simonem consecrari potuerint. Gnostici enim  
omnes qui vocantur, gravissimo hæc extra-  
rent, Jesum tamen pro Filio Dei & generis  
humani Salvatore habebant. Simon vero  
sibimet ipse hanc dignitatem adrogabat, nec  
ejus discipuli dubitabant, Divinis eum ho-  
noribus adficere. Præcipuum vero eorum,  
que

quæ hac in re ad attentionem merentur, in eo consistit, quod Gnostici Simonis disciplinam aperte repudiaverint, seque Christum sequi, non Simonem contenderint, quodque ejus Discipuli de nomine suo vocari noluerint. IRENEUS hæc exponit adversus hæreses. l. I. c. XXX. Nunc autem, ait, necessario meminimus ejus, ut scires, quoniam omnes qui quoque modo adulterant veritatem, & præconium Ecclesiæ lædunt Simonis, Samaritani Magi, discipuli & sectatores sunt, quamvis non confiteantur nomen magistri sui ad seductionem reliquorum, attamen illius sententiam docent. Christi quidem Jesu nomen tanquam irritamentum proferentes, Simonis autem impietatem varie introducunt, mortificant multos, per nomen bonum sententiam suam male disperdentes, & per dulcedinem & decorem nominis amarum & malignum principis apostasie serpentis venenum porrigentes eis.

§. 18.

Hoc autem indicio suboritur, illud testimonium penitus crutinanti, quæstio, quid causæ fuerit, quare Magistri nomen non confessi? & quo nomine tandem adpellati, & ab aliis discreti fuerint? Oportuit enim necessario hos discernere ab aliis, quod absque titulo aut nomine haud facile fieri potuit.



& refelli possunt, aut cum de personis & factionibus agitur, necesse est, si plures dantur Sectæ, distincto nomine indicemus, ejus præcise Sectæ aut familiæ placita exponere aut refellere volumus. Mea quidem opinione MENDÆORUM nomen sibi ipsis dederunt, vel ut pluries, si non semper, occurrit, MENDÆORUM JOANNIS, vel uti scribit *Herbelotus* MENDAI JAHIA, quod primævum eorundem nomen fuit, in Evangelio obvium.

## §. 19.

Verum quid indicat *Mendæorum* nomen? Certe obscura est hujus nominis etymologia & significatus, attamen dedit eam RICHARDUS SIMONIUS, Vir certe doctissimus & in Critica S. versatissimus, cujus conjecturam ipsiusmet verbis proferam ex *l. c. c VII. p. 47. in notis.* ubi postquam Sabiorum mentionem fecerat, ait: *Outre le nom de Sabaites, ils prennent celui de Mendaïtes, dont on ne fait point l'origine. Mais apres avoir examiné quelques uns de leurs Livres, qui sont écrits en Chaldéen assez pur & en caractères anciens, qui approchent de celui, qu'on appelle Estrangelo, il m'a paru que ces Sabaites ou Mendaïtes sont un reste des anciens Gnostiques, & le mot MANDAI en Chaldéen est le même que*

le mot Grec ΓΝΩΣΤΙΚΟΣ. Il est vrai qu'ils écrivent avec un Aleph, au lieu d'un Ain : mais ils ne font aucun scrupule de confondre ces deux lettres. On trouve dans ces mêmes Livres les Eones & Archontes & autres termes fort en usage parmi les Gnostiques & traduits seulement en la langue Chaldéenne. Ils parlent de Dieu d'une manière sublime & relevée à la manière des Gnostiques. Ils ont aussi bien emprunté des choses des Manichéens, & Manes est un de leurs Patriarches, aussi ne sont ils pas moins grands causeurs que les Manichéens. Ils sont de plus adoptés plusieurs opinions touchant l'Astrologie des anciens Chaldéens, dont ils retiennent encore le langage. Omnia quæ Simonius habet adduxi, ut gratiam Lectoris inirem. Conjecturæ vero nemo ingenium aut verisimilitudinem denegabit, quia 'N'W, vel potius 'V'W, Chaldaice & Syriace est: quæ cognitione inbutus est, uti Gnosticus a Γνωσι nomen suum Græcum sortitur. Nomen autem Joannis, dum in lingua sua aut Arabum exprimunt per *Jabia*, quod ex *Herbelotto* & *Assemanno* satis notum est, *Mendæus Joannis*, procul dubio est, qui *Joannis doctrina* inbutus est, & hoc coincidit cum termino *Discipulorum Joannis*, quo nomine se primitus huncupaverant.

## §. 20.

Cum itaque Simonis discipuli juxta *Irenæum* l. c. non confiterentur nomen Magistri sui, hoc est, se ab ejus nomine nollent denominari, pro explorato fere videtur, Simonem discipulis suis jussisse, primitivum nomen, a S. Joanne mutuatum, retinere. Astute igitur callidus hic Inpostor a se suisque invidiam removeere scivit apud Judæos, eosque, qui ut Exjudæi Christianæ religioni nomen dederant, bene gnarus, Judæos æque ac Christianos Joannis B. nomen & doctrinam magno in honore habere, præsertim si vitæ austeritati & Anachoreticæ dediti essent. Obponebat hoc modo Gnosticos aut Discipulos Joannis omnium aliarum familiarum Gnosticis, quo & efficeret ut Judæi ad suam potius quam ad aliorum societatem accederent.

## §. 21.

Patet quoque ex *Irenæi* verbis nomen Christi in eorum Schola usitatum fuisse, & publice seculo secundo, quando *Irenæus* Doctor inter Christianos munus obibat, prolatum. *EPIPHANIUS* l. c. *T. I. hæc. XXI. p. 55.* idem adfirmat non tantum de Simonis discipulis, verum etiam de Simone ipso. De discipulis  
eju

ejus jam in initio ait: οὐρα δὲ αὐτῆ ἀπειρεῖα τῆ  
 ς ονομα Χριστοῦ, οὐκ οφθαλμοῦ οὐδὲ εὐαγγελίου,  
 qua quidem Secta non recte atque ordine Christi  
 nomen usurpat, & de Simone ipso p. 56: is οὐκ ἐχρη-  
 σάται ονοματὸν Χριστοῦ (non sicut Moshemius:  
 sub Christiani nominis specie), sed verito sub  
 specie nominis Christi tanquam veratro mel-  
 admiscens, sic illius adpellationis splendori lethi-  
 cū venenum infudit, idque iis obtulit, quos frau-  
 dulenter captatos & inpiū hunc in errorem  
 retractos in exitium adduxit. Vehementer  
 quidem dubitat Vener. Moshemius, an hæc  
 Irenæi & Epiphaniī ex toto vera sint? Incre-  
 dibile, ait p. 397., saltim videtur, hominem  
 sceleratum, qui servati generis humani gloriam  
 sibi met ipsi adferere volebat, tantum à stultitia  
 sua impetrare posse, ut Christi sese fingeret disci-  
 pulum. Verum enimvero mea quidem sen-  
 tentia non dicunt nec Irenæus nec Epiphanius,  
 Simonem, postquam Christo se directe ob-  
 posuit, singularemque familiam condidit  
 vel potius confirmavit, aut illius Magistri  
 dignitatem sibi adrogavit, se finxisse Christi  
 discipulum. Ονομα Χριστοῦ enim non semper  
 significat Christianum nomen, sed Christi no-  
 men. Nihil aliud indicant hi Ecclesiæ an-  
 tistites nisi quod nomen Christi in doctrina sua  
 usurpaverit, & se ipsum Christum esse dixerit,  
 quod Moshemius p. 424. expressis verbis  
 concedit, ut eo facilius Judæos in castra

400 Nicolai Barkey, de Sabiis,

suā adliceret, vel ut pag. 397. jam citata ait:  
*Venerabile Servatoris nostri nomen flagitiis &  
fraudibus suis, quo citius deciperent imperitos,  
prætexerunt.* Conf. si lubet Viri Doctissimi  
PETRI NIEUWLANDII, Collegæ Exoptatissimi,  
Disputat. Theolog. Ecclesiast. qua Speciminis  
loco quædam Theologemata Gnosticorum ad fixum  
aliquod systema veteris sapientiæ revocantur, quam  
Trajecti ad Rhenum, studiis adhuc operam  
navans a. 1746. edidit p. 34. s. Ita Christi  
nomen & dulcedo & decor nominis, secundum  
Irenæum, irritamentum ejus erat, quo amarum  
& malignum principis Apostasiæ serpentis, (ad-  
ludere videtur ad Simonis Apostasiam Act.  
VIII.) venenum incautis porrigebat; & juxta  
EPIPHANIUM mel veratro admixtum, quo lethale  
venenum infudit, illisque obtulit: & quamvis cum  
cel. SCHROECKHIO *Christliche Kirchengeschichte*  
T. II. p. 242. crediderim, difficilior ipsi fuisse  
in initio venenato hoc poculo Christianos  
corrumpere, quam Judæos & Gentes, qui  
Evangelio faciles jam aures præbere coepe-  
rant, hoc tamen ipso effectum crediderim,  
ut discipuli Joannis B. qui Magistri de ven-  
turo Messia testimonium receperant, illi ad-  
hæserint incauti. Hoc ut probabile face-  
rem, in hanc potissimum discussionem incidi.  
Ratio quoque idcirco in promptu est & ex-  
pedita erit, quem in finem in doctrina Men-  
dæorum Christi nomen aliquoties occurrat.

Objici

Objici quidem potest, *Simonianorum* tamen mentionem fieri in historia hujus ævi Ecclesiastica; hinc denominatos fuisse à Simone ejus discipulos; sed nodus hic feliciter solvitur, si perpendimus eos vel invitos ab aliis hoc nomine adpellatos fuisse, quemadmodum & nunc sæpe evenit, nullumque vestigium adparere, quod semet ipsos vocaverint Simonianos. Ceterum firmo quoque talo stare ea, quæ RICHARDUS SIMONIUS habet de Mendæorum *Eonibus & Archontibus* ex *Mosbemo* discamus, qui præsertim ex *Irenæo & Tertulliano* dogmata Simonis de *Eonibus & Archontibus* prolixè exponit & inlustrat. Gnostici ergo *Joannis* differiebant ab aliis Gnosticis.

§. 22.

Quæ IRENÆUS habet l. c. l. l. c. XXX. ansam dare videntur augurandi, quorsum discipulorum Joannis Societatem sua trahebant fata? Inpietate Simonis Magi, ejusque successorum indicata, ita pergit: *Ab his autem qui prædicti sunt, jam multæ propagines multarum hæresium factæ sunt, eo quod multi ex ipsis, imo omnes volunt Doctores esse & abscedere quidem ab hæresi, in qua fuerunt. Aliud autem dogma ab alia sententiâ, & deinceps alteram ab altera componentes nova docere insistant, semet ipsos*

*ipfos adinventores sententiae, quamcunque conpog-  
gerint, enarrantes, Recte igitur V. Mosbe-  
mius p. 407. dicit: Veteres sectam Simonis in  
minores quasdam factiones mature divisam esse  
testantur. Has enumerare nihil adtinet,  
Sufficit, & hoc indigito, omnes has factio-  
nes nomen suum a magistris sortitas fuisse,  
omnes enim volebant doctores esse: quo  
factum opinor, quod ille huic, alter alteri  
doctori adhæserit; discipuli vero Joannis,  
qui ipsius doctrinæ pressius inhærere male-  
bant, & a Philosophia Simonis abstinebant,  
neque eandem intelligebant, atque adhuc  
venturum Messiam expectabant, ab ullo  
aliquo Magistro denominari noluerint. Joannis  
B. nomen ipsis adeo venerandum & honori-  
ficum habebatur, ut augustius & honorifi-  
centius conminisci haud potuerint; cumque  
vivente Magistro discipuli nomen ejus con-  
fiteri nollent, nec ab eo denominari, multo  
minus, postquam Simon diem suum obiit,  
quo fato incertum, (& forte narratio de  
infelici ejus exitu, allegarice interpretanda  
est), Magistri sui nomen confiteri voluisse  
reputandi sunt. — Interea observandum  
omnino est, Societatem hanc, licet ab antiquo  
& inlustri Doctore & Propheta, quem Ju-  
dæi & Christiani pariter venerabantur, de-  
nominatam, in quam Dositheus & Simon  
jam varia commenta invexerant, ab errori-  
bus*

bus haud plane immunem remansisse; quin potius verisimile fit, quod illi semper aliquid erroris ab hoc illove Magistro excogitati adhæserit, & quidem eo facilius, quod nomen Joannis, quo denominabantur, quoque quisque solius Joannis dogmata comprehendebat, errores hos tegebat. Hinc evenisse putem, quod omnis generis opiniones & errores, & hæreses postea *Manetia & Manicheorum* apud hanc Sectam reperiamus, testibus, quos in initio hujus Diatribes §. 4. citavi.

§. 23.

Quæ modo disputavimus rationem maximo-  
pere probabilem indicare censeo, cur Disci-  
pulorum Joannis in primæva Ecclesia nulla  
apud *Irenæum, Justinum M., Clementem Ale-*  
*xandrinum, Tertullianum* ceterosque Ecclesiæ  
Patres facta fuerit mentio. Nimirum, deli-  
tuerunt sub nominibus Magistrorum, *Dosi-*  
*thæi & Simonis Magi, Menandri*, aliorum; vel  
potius, ab aliis denominata fuit major mi-  
norve Discipulorum Joannis pars, quæ er-  
rores aut dogmata Magistrorum suorum re-  
ceperat, & profitebatur. Delituerunt sub  
nomine *Judæorum* apud *Græcos & Romanos*,  
eademque cum eis fata, sed ob morum seve-  
ritatem minus aspera, subiisse credibile est.  
Accedit, quod, uti jam observavimus, Dis-



cipali Joannis loca deferta, quæ Jordani fluvius lambit; incolnerint, & aliis etiam in regionibus vitam Anachoreticam ad Joannis exemplum adamaverint. Hinc ab urbibus & consortio hominum remoti ab aliis negligebantur cum Judæis, tum Christianis; a Judæis, quia austero vitæ generi dediti erant, & a Christianis, quod in Jesum non credebant, sed alium Christum expectabant, aut de Christo juxta Simónis, vel Menandri, vel Cerinthi, aliorumve placita loquebantur. Solitarie procul dubio vivebant, & jejuniis & severioribus vitæ institutis intenti, & forsan etiam vestitum Joannis B. imitari studebant, quemadmodum Monachi quidam seculi quarti in Aegypto, teste *Sozomene*, cujus verba citavit doctissimus *HARENBERGIUS* dissert. *de Vestitu Joannis B.*, *Misc. Lips. Nov. Vol. V.* inserta p. 566.

## §. 24.

Restat ut de Nominibus, quibus præter illud discipulorum aut Mendæorum S. Joannis, designantur, pauca moneamus. Vocantur *CHRISTIANI S. JOANNIS*, ut & *Sabii*. De utrisque hæc habe

Quoad primam denominationem, evidens esse opinor, eam primitus ipsis haud conpetuisse, nec dari potuisse, antequam Christi  
nomen

nomen ab his aliisque juxta Simonis placita usurpatum fuit, & quidem male, quia noluerunt nomine Christianorum adpellari. Quod enim de Simonianis probabile fecit Venerab. MOSHEMIUS p. 397. sc. quod male rebus suis consulissent, si Christianorum nomen adscivissent, quia Christianis quotidie infinita parabantur mala, quæ ad eos etiam sine dubio pervenissent, majori id jure de discipulis S. Joannis dicendum esse existimo. Jesum Christum profiteri volebant, quia de Messia carnales & mundanas fovebant opiniones, hinc Christi crucem ferre recusabant, & à persecutionibus, quas Christiani patiebantur, immunes erant. Verum alia facies rerum erat seculo quarto sub *Constantino M.*, nec a vero multum ablufero, quando quæ *Moshemius de Simonianis* profert, etiam ad *Mendæos S. Joannis* refero.

„ Constantinus vero Magnus, postquam  
„ Christo nomen dederat, eadem Mendæis  
„ imminebant pericula, quibuscum Christiani  
„ antea conflictati fuerant. Quamobrem  
„ ipsa salus suadebat, ut sese Christianos  
„ dicerent, se passim Christianorum coeti-  
„ bus adjungerent, qua ratione singularem  
„ Christianorum Sectam constituere vide-  
„ bantur. ”

## §. 25.

Verum enim vero audiamus *ipsos hos Mendaitas*, ubi fata sua & mutuatae a Christianis denominationis suae rationem referunt, & eo quidem lubentius, quia veritatis notam habent. Horum aliqua jam adduximus ex *KÆMPFERI l. c. p. 438.*, sed praestat totam narrationem Lectorum oculis exponere. Dicunt se ex patria primæva, Saracenorum armis, quibus hi Mubamedismum propagabant, brevi post Mubammedis obitum expulsos, exulare hodie sub alieno coelo. Fata se eo tempore expertos narrant durissima, quamvis enim Mubammed eos tueretur dato diplomate Immunitatis; a morte tamen Prophetæ, veluti cum ejus vita scripti valor exspirasset, recruduit pristinus persecutionum furor, ac Sabiorum genti ac religioni decretum a Caliphatu fuit exidium; ac mox templa diruta, libri combusti, ac circumcidi re-nuentes crudeliter tractati sunt. Quas illi calamitates cum declinare nisi cum effugio possent, concessere, pauciores in Indiam, plures ad ripas fluminis Tigridis & fines Persiæ, qua Arabiam & Occidentem spectat, praesertim in Susianam, Mesopotamiam & Chaldaeam, in quibus sibi novas formabant sedes apud populares. Hæc illi; sc. sunt quæ ab ipsis Mendaitis acceperat. Accidit deinde, pergit *Kæmpferus*, procul dubio  
 ex

ex iis, quæ, ut ait §. 1. p. 436. a RR. Patribus Europæis, qui in urbe Basra Sabiis cohabitarunt, accepit, ut neque apud has nationes, quæ & ipse Muhammedismum fovebant, diuturna ac inoffensa esset immunitas: negantes, inter se tolerandam gentem, Corano & legi suæ exosam, nisi alicui nomini approbata in Corano religionis, videlicet Muhammedanæ, Judæorum vel Christianorum se addiceret. Quo ipso necessitate acti, Christianorum nomen receperunt, & præsidio Nestoriani Episcopi, qui Babyloniæ est, se subdiderunt. Ab eo tempore ab Orientali Ecclesia in album recepti, ac Christiani quoque salutati sunt, quamvis jam a duobus circiter seculis prædicto capiti se rursus subdixerint. Addit Kæmpferus p. 439. Joannitas igitur quam Christianos rectius appellaveris; nam a Doctore suo ipsi nominari volunt, & ad ejus dignitatem baptizari, eundem dignitate passim ipsi præferentes Christo, qui etiam Joannis baptismo sacrari voluerit, baud docti effectum, quo se indignum diceret, qui Christo corrigia solveret. Veritatis, dixi, hæc notam habent; quia rationes pandunt valde probabiles; quare Mendæi, qui parum vel nihil cum Christianis commune habebant, dicti fuerint Christiani. Et huc conlineant, quæ Kæmpferus circa eorum doctrinam de Sanctis refert p. 444. Sanctos Joannitæ nullos invocant; preces ad Deum solum dirigunt; nec imagines

quis credit in Deum diemque novissimum, ad facit bona opera, illis est merces sua apud dominum suum, neque timor illis est nec contristabuntur. In interpretatione horum verborum maximopere discrepant eruditi. Alii Muhammedis mentem ita exponunt, ac si dixisset, quemadmodum Petrus *Act. X: 35.* Qui Deum metuit & justitiam exercet, is ei acceptus est; ita ut statuerit, converti ad Islamismum posse quemvis, ac unum cognoscere Deum diemque extremum, in quibus partibus tota fides Musulmannorum versatur: ac non quemlibet in qualibet religione ad vitam æternam adspirare posse; & perstrinxerit Judæos pariter & Christianos & Sabios, quos omnes non unum sed plures agnoscere Deos crediderit. Hujus expositionis rationem aperuit fusius *cel. ADR. RELANDUS de religione Mohammedana pag. 101. f.* Hæc expositio se quidem tueri potest ratione Christianarum orthodoxorum, quibus, dum Deum venerantur Triunum, πολυθεῖται & notam inurebat Pseudopropheta, minime vero ratione Judæorum, de quibus constat, quod ex captivitate Babylonica egressi nunquam alienos Deos coluerint. Conatur quidem J. H. MAJUS, vel potius N. A. WALTHERUS, *diff. cit. §. 5.* hanc difficultatem tollere observando, Muhammedi vocem *إله* non nisi verum Deum notare, itaque quum

Rab-

Rabbinorum titulus in Judaica gente frequentissimus sit, ignorantiam linguæ errorem peperisse ridiculum, Muhammedanis existimantibus, doctores illos Hebræorum divino a plebejis adfici cultu. Sed revera frigidam subfundit. Ut ut enim sit, apud Arabes vocem hanc absolute positam Deum nominare, quis tamen sibi persuadere poterit, Muhammedem, qui ipse a Judæorum Magistro vel Rabbinò ad imposturas formatus erat, credidisse, quòd plebeji Doctores vel Rabbinos ceu Deos venerati fuerint? Ut vero omne removeamus dubium, observamus *Judaizantes & Christianos & Sabios jungi credentibus*. QUI CREDUNT, ait Muhammedes, & solemni hac in Corano formula intelliguntur Muhammedis adseclæ; manifesto indicio, ipsum statuisse Judæos, Christianos & Sabios æque ac adseclas suos, Muhammedanos, unum venerari Deum, diemque novissimum credere & facere bona opera. De *Judæis* nullum est dubium; inter *Christianos* procul dubio intuit Arianos aut Nestorianos; & *Sabios* paria cum eis facere ex iis quæ de Sabis exposui, haud difficulter concluditur. Eodem fere modo verba hæc explicavit cl. J. D. MICHAËLIS in citata *Nova versione partis Suræ II. Corani p. 17. Omnibus Judæis, Christianis Sabisque vitam æternam committit, modo credant in Deum, quod nempe. Bibl. Haganae Cl. IV. F. II. D d Unus*

Unus sit, & in Diem novissimum, faciantque bona opera. Non semper eadem æquitate usus prophetam mendacem dixerim, nec tamen versus 78. Suræ III. huic effato contradicit. Islamismus enim, cujus ibi necessitatem omnibus imponit, omnes præter eum sectas damnans non solum sub se Muhammedis comprehendit affectas, sed fides est in unum Deum, unde & omnes ante prophetas, qui alias ac diversas condiderunt religiones, Moslemos habere solet. Male ergo aliqui Muhammedanorum putant, nostri versus sententiam per versusum 78. Suræ III. abrogari, quod Wolfii de placitis consulendus Maraccius contra WOLFII diff. cit. §. 5.

## §. 27.

Dum adhuc in indagatione antiquitatis denominationis Sabiorum & in expositione effati Muhammedis hæreo, incido in historiam siolam, cujus meminit MUHAMMED BEN ISAAK peculiari de Zabæorum ritibus libro Arabico a SPENCERO. l. c. p. 215. ex HOTTINGER Historia Orientis p. 169. relatam, quæ a eo in compendium redacta sic se habet: Mamon, princeps quidam Arabicus, Romæ bello aggredi statuit; ei in Romanorum regionem concedenti, se obvios præbuerunt Charanei quidam; quibus omnibus mortem interminatus est nisi ante reditum ejus Islamismum amplexi essent aut aliam aliquam religionem, cujus Deus in

bro suo (uti vocabat Coranum) mentionem facit. Illi vero rem totam cum sene quodam, sapientia præcellente, communicarunt, qui hoc eis consilium præbuisse dicitur: Si Mamon de itinere suo reversus fueris, significare ei, Nos Zabæi sumus, quod nomen est religionis, cujus Deus in Corano meminit: Hanc vobis religionem eligite, atque sic ab eo liberabimini. Fato autem contigit, ut in hoc itinere suo moreretur in Ad-dun: atque sic, inquit Muhammed ille, nomen hoc ab eo tempore sibi vindicant, neque enim ante in Harran & circumjacentibus locis populus erat, nomine Sabiorum notus. Ex hac historiola, me quidem iudice, recte concludit laudatus Spencerus, nomen Sabiorum tempore Muhammedis haud antiquum, sed novum plane & hesternum fuisse, eique Coranum occasionem & originem tribuisse. Hac in re ipsi assentior: verum demiror, Virum adeo perspicacem haud vidisse, hanc ipsam historiolum hypothese suæ, quam omnibus viribus stabilire conatur, l. II. c. 1. sq., in præcipuis rerum momentis contradicere. Tradit enim diserte Charanæos, id est, Chaldaeos, & vulgo dictos Zabæos, distinctos esse a recentioribus Sabiis, quorum mentio fit in Corano, quorumque nominis Charanæorum mutatio in nomen Sabiorum iuxta sapientis senis salutare consilium neminem eorum avertere potis erat: Et eo ipso

D d 2

quo-



quoque satis clare adparet, Muhammedis effatum in Corano, a sene, *Mubammedi Ben Isaac* memorato, ita plane intellectum fuisse, quemadmodum illud explicuimus. Fortean vèro vidit hanc contradictionem *Spenceus*, sc. quod citata historiola cum hypothesis sua conciliari haud posset; quare parum abfuit, quo minus, quo jure nescio, eandem fabulam nuncupare amaverit. Verum & hæc historia, in qua nihil fabulosi animadverto, hunc usum præbere potest, quod originem *confusionis* Chaldæorum, vel Charanitarum aliarumque sectarum Idololatrarum, & Sabiorum pandere videatur. Verisimile enim fit, *post tempora Muhammedis*, Calipharum sub regimine, qui quam intensi fuerint Christianis, Triunum Deum adorantibus, quos ferro & igne persequabantur, ex historia Saracenorum *SIMONIS OCKLEY* & historiae *Universalis Anglicæ* & quidem recentioris, aliisque documentis abunde notum est, Chaldæos, Charanæos & Orientales paganos, ad averruncandum truculentæ necis periculum, memorati senis consilium secutos fuisse, & inter Sabios vel Mendaitas, aut Discipulos *S. Joannis*, qui medium inter Judæos & Christianos locum tenebant, & immunitatis privilegio a Muhammede gaudebant, delituisse, aut Asylum quæsisisse *Conf. §. 5.* Et in hunc usque diem, ut hoc *ως εν παροδη*

moneam, quam *intolerantes* sint Turci in religione erga Christianos, Triunum Deum colentes, & penes eos conmorantes, (quorum tamen tolerantiam VOLTAIRIUS, ipsiusque adseclæ summis laudibus evehunt), cognosci potest ex libro Anglico: *Observations on the Religion, Law, Governement and Manners of the Turks* c. 2, recensito in *Brittischen Theologischen Magazin* T. I. P. IV. p. 188. & ex MARAI, filii Josephi, *Historia Principum Ægypti* in cl. BUSCHINGII *Magazin für die Neue Historie und Geographie* n. 5. rec. in *Goetting. Gelehrten Anzeigen des jahrs 1772.* p. 4, 5. quibus addo exemplum eruditi Muhammedani, quia. 1527 ex proprio examine de Veritate religionis Christianæ convictus, eam professus defendit, & eapropter Martyrium passus fuit, quemadmodum refert DEMETRIUS CANTIMIR in der *Geschichte des Otmanischen Reichs* p. 272,, & aliud adhuc exemplum profert pag. 636 — Ad Mendaitas autem ut redeam, ex præsidio, quod Charanitis vel Chaldæis dederunt vel inviti, vel quod hi sub Sabiorum nomine vitæ incolumitatem quærentes, eorum communionem ambiverint, evenisse putem, quod posteriorum Sabiorum doctrina & religio variis additamentis insulsis pededentim aucta fuerit, ita ut in his aliisque doctrinæ religionis & rituum Sacrorum momentis, quæ discernere difficile est, Gentilismum Orientalem sapiat.

Evieta autem recente Sabiorum adpellatione, quam Mendaitis vindicavimus, æque obscura tamen manet nominis origo, præfertim quia in Corani l. c. distincti videntur a Judæis & Christianis. Quapropter non nisi conjectandi locus datur, donec quis certiora producere valet. GELALLODINUS, laudatissimus Corani Scholiastes, teste MARACCIO, Sabios ita interpretatur:

طائفة من لايهون او لانصارى.

*Species Judæorum aut Christianorum.* Quidli inprimis Samaritanos hoc nomine insignire voluerit in Corano suo Muhammedes? Quamprimum Gelalodini verba legeram, hanc in suspicionem incidi. Postea Etymologicam rationem quærens ex J. H. OTHONIS *Lexico Rabbifico Philolog.* p. 680. & ex CASTELLI *Lexico* didici, quod juxta BUXTORFIUM in *notis ad librum Casri* 109. quidam viri docti nomen סַבִּיִּים exponant per Samaritanos. Immo, quod observasse oportet, ANDR. RYERUS, Gallus Corani Interpres, qui & Grammaticam Turcicam conscripsit, cujusque versionem Corani J. H. HOTTINGERUS accuratissimam dixit, in ipso Muhammedis effato *Sura II.* Sabios interpretatur per Samaritanos. Locum ex ejus translatione ro-  
tue

tum cicut Versionis ejus, ab aliis notatæ, indoles ex conlacione aliarum jam citatarum versionum dignosci possit. Ita habet p. 7. *Tous ceux qui croiront, Chrétiens, Juifs, ou Samaritains, ceux qui croiront en Dieu au jour du jugement, & qui feront de bonnes oeuvres, seront recompensez par leur Seigneur, & seront au jour de la resurrection exempts de peur. & d'affliction.* Congruit autem hæc sententia cum statu Samaritanorum, qui ante Muhammedem aut Judæi erant aut Christiani; & forte eorum multi consecrati fuerant placita Dosithei & Simonis, Samaritanorum, de quibus supra, qui Christum pro nudo homine habebant, & idcirco Muhammedi gratiores esse debebant. Forte, ut hoc velut in transitu observem, per errorem aut vocis corruptionem ex nomine Samaritanorum orti sunt Sarigani vel Sabirgani, per Adiabenicam provinciam dispersi, Christum purum hominem confitentes, antiquis Prophetis parem, nullibi usquam in scriptis occurrentes, quos, teste THOMA MARGENSI, Maraname, Episcopus Seleuciensis ab errore liberavit, & ad orthodoxam fidem reduxit, quosque ABSEMANUS *Bibl. Orient.* T. III. pag. 614. & T. IV. p. 482. 483. eosdem esse putat, quos sequior ætas Christianos S. Joannis nuncupavit. His vero inhærere nequeo, cum & Sergai ab auctore familiæ,

## 418 Nicolai Barkey; de Sabils,

cujus nominis plures ab *Assemanno* citantur, immo & *Saraceni*, *Sarigani* vocari potuerant.

### §. 29.

Nihil autem luminis, quæ de Samaritanis protuli, adferunt ad investigandam nominis Sabiorum originem. Desperata causa erit, me quod adinet, nisi subsidium dabit sequens conjectura, quæ licet eam timidiuscule exponam, forsan Viris in historiæ Ecclesiasticæ studio habitantibus ansam dabit, meliorem excogitandi. Auguror. Sabiorum nominis rationem sitam esse & quærendam in aliquo Sectæ hujus præfule, vel reformatore. Sexcenta hujusmodi nominum exempla computari possent; sed cum nemo hac de re dubitet, ea mitto. Inter Anachoretas sæculi sexti & proinde *ante Muhammedem* floruit in primis S. SABA, aut quemadmodum alii scribunt, SADAS, cujus vitam CYRILLUS *Scythopolitanus* scripsit, quæ secundum CAVEUM *Script. Eccles. Hist. Litter. p. 294.* adhuc inter *Simeonis Metaphrastæ* vitas Græce delituit. Latine ab eo interpolata habetur apud SURIUM in *Vitis Sanctorum*, (quem ARN. D'ANDILLY secutus est: *Vies de plusieurs Saints illustres de divers Siècles p. 181.*) cujus vero antiquam vitæ illius, a *Metaphraste* *condum corruptæ* versionem Latinam dedit BOLLANDUS,

dus, integrum vero tandem textum Græ-  
 cum addita versione & notis edidit COTE-  
 LERIUS, *Moniment. Ecclesiæ Græcæ T. III.*  
*p. 220.* Doleo quod *Cotelerium* & in eo *Cy-*  
*rillum* inspiciendi mihi non data fuerit copia,  
 ubi forte invenissem, quæ Conjecturam vel  
 penitus destruxissent, aut eandem conrobo-  
 rassent. Excerpta habemus in *Lexico MORE-*  
*RIANO.* Fulcire conjecturam videntur *primo:*  
*etas Sabæ,* floruit enim seculo V. sub Impe-  
 ratoribus, *Anastasio & Justiniano,* ante *Mu-*  
*hammedem,* & oportet jam ad minimum  
 intercessisse seculum: unde Muhammedes  
 illius adseclas ab Auctoris nomine adpellare  
 potuit. *Secundo: Anachoreticum vitæ genus,*  
 quod Saba juxta *Jordanum* in Palæstina du-  
 xit, ubi multis aliis ad eum conlectis Ana-  
 choretis *Lauram* vel Monasterium exstruxit.  
*Tertio: Auctoritas.* Designatus enim fuit a  
 Sallustio, Patriarcha Hierosolymitano *Exar-*  
*cha vel Præsul omnium in Palæstina Anachore-*  
*tarum,* & fertur, referente D'ARVIEUX *l. c.*  
*T. II. p. 201.* 14,000 Anachoretarum  
 ejus sub ductu in hac Laura & juxta torren-  
 tem Kidron in cavernis montanis olim con-  
 moratos fuisse. Sanctitatis ibidem, & prius  
 Alexandriae in Ægypto, & disciplinæ seve-  
 rioris studium doctrina & exemplo suo tam  
 graviter urfit, ut, licet aliquando Anachore-  
 tæ adversus ipsum insurrexerint, charitate

## 420 Nicolai Barkey, de Sabiis,

tamen & mansuetudine eorum animos placaverit. Præterea in legatione ad Justinianum Imperatorem Christianos, de seditione Samariæ excitata graviter adçusatos, eo successu defendit, ut absoluti fuerint a crimine, & e contra Samaritani i. e. Samaritani Judæorum, Samaria expulsi. Immo vel inter Sanctos conlocatus fuit Sabas, ac ejus in honorem Alexandriae Templum exstructum, quod deinde in discordiis Melchitas inter & Jacobitas nunc his nunc alteris cessit, uti EUTYCHIUS enarrat in *Annalibus Alexandrinis*. —

### §. 30.

Dici quidem potest, Anachoretas hos, quorum Exarchia Saba fuit, Christianos fuisse, & ipsum Præsulem Chalcedonensi Concilio, quod Nestorianismum adoptaverat & condemnaverat Eutychanismum, non solum ad sensum præbuisse, sed etiam Ejus decreta, ut quisque sequeretur, urfisse. Et haud diffiteor, haud exigui momenti esse hoc dubium, commode tamen putem illud solvi posse. Nam

1. *Primo* Muhammedes *Nestorianis* magis favit, quam aliarum Sectarum Christianis, & non solum ipse, verum etiam ejus in Caliphatu successores Nestorianis diploma inmunitatis dederunt. Operæ pretium erit hanc in rem, quæ excerpta ASSEMANUS in *Diss.*

*Diss. de Syris Nestorianis*, §. 3. ,, *Biblioth.*  
,, *Orient. T. III. P. II. p. 94.* referre: Je-  
,, sujabus cum Mahometo, Arabici imperii  
,, fundatore foedus pepigit. Præter *Marim*  
,, *Amrumque*, *Nestorianos scriptores*, id etiam  
,, testatur BARHEBRÆUS in *vita Samuelis Me-*  
,, *tropolitæ* orientis in hæc verba: Per id  
,, tempus innotuit Mohammed (*quem vulgo*  
,, *Mabometum* dicimus) Tajorum seu Ara-  
,, bium propheta. Hunc Saidus, qui Chri-  
,, stianorum Nagrauensium in deserto (*sc.*  
,, *Arabia*) commorantium princeps erat,  
,, una cum Jesujabo eorum Episcopo adiit,  
,, oblatisque donis & muneribus ab eodem  
,, admirabile diploma obtinuit, quo ille  
,, Christianos Arabibus commendabat, ni-  
,, mirum ut eos ab omnibus adversis tueren-  
,, tur, nec ad bellum procedere, aut mores  
,, legesve mutare compellerent! si quam  
,, vero collapsam Ecclesiam instaurare vel-  
,, lent, Arabum quoque operam ea in re  
,, adjungendam decrevit, tributa autem a  
,, Sacerdotibus & monachis exigi omnino  
,, vetuit; a laicis autem pauperibus nummos  
,, quatuor, a divitibus nummos duodecim  
,, duntaxat. Denique ut Christiana mulier,  
,, quam in domo Arabum deservire contin-  
,, geret, neque ad mutandam religionem  
,, compelleretur, neque a jejunio & ora-  
,, tione propriæque fidei dogmatibus pro-  
,, hibe-



„ hiberetur ” &c. *Assemannus* deinde Fœdus hoc, uti editum est a *Gabrielo Sionita, Joa. Fabricio & Hinckelmanno*, genuinum esse ex *Elmacino* probare contendit; & aliud ejusmodi diploma ab *Omaro Calipha*, & tertium ab *Ali Ebn-Abi-Talebo Calipha* citat, qua *Jesujabus* fratresque ejus & famuli sectatoresque ejus a tributo declarantur immunes; & tandem ex *Mareme* profert testimonium *Jesujabi Adiabeni*, qui ad annum 660 sedit, in Epistola ad *Simeonem Perjarum Metropolitanam*, quo dicit: „ Taji, seu Arabes isti, „ quibus terrarum imperium hac tempestate „ largitus est Deus, en apud nos sunt, ut „ nostis, nec tamen Christianam religionem „ impugnant, sed potius fidem nostram com- „ mendant, sacerdotes sanctosque Domini „ honorant, & in Ecclesias coenobiaque „ beneficia conferunt. ” His expositis *Asse-*  
*mannus* privilegiorum Nestorianis concessorum causam, & quidem convenientem indicat. *Ita Arabes*, inquit, *in subjectos sibi Christianos, ac præsertim Nestorianos, primum animati fuere; nec immerito: nam Mahometus illorum imperii superstitionisque fundator Nestoriano, ut communiter creditur, præceptore usus fuerat. Nil igitur mirum, quod sub regibus Mahometi successoribus res Nestorianis melius, quam aliarum opinionum Christianis successerint. Adhibiti enim fuerunt a Caliphis*  
ad

ad regimen provinciarum, urbium & oppidorum, & Caliphæ & regni Arabici proceres Nestorianis scribis & medicisque usi fuere, imo Patriarchæ Nestoriani ceteris Melchitarum Jacobitarumque Patriarchis & Episcopis prælati fuerunt, iisque solis Patriarchica dignitas in regno Babylonico adferta: quod *Assermannus l. c.* fuse exponit, quem hic excerpere nimis longum foret. (\*)

§. 31.

2. *Secundo* observandum est, Muhammedem ejusque Caliphas successores vitam Anachoreticam & Monasticam magno in pretio habuisse, & hujusmodi Anachoretis præsidium dedisse. Manifesto hoc adparet ex instructione, quam *Abubeker*, Muhammedis successor, Imperatori exercitus sui, *Teztd Ebn Abi Sophyan*, cum eum ad vastandas Syriæ provincias dimitteret, dedit. Hæc in ea verba leges, referente *Abn Abdollah Mohamed Ebn Omar Alwakydi*; ex versione SIMONIS OCKLEY *Geschichte der Saracenen T. I. p. 251* versionis Germanicæ. *Ihr werdet auf euren Marsch einige Geistliche Personen antreffen / die in Klöstern ein eingezogenes leben führen / und Gott auf solche Art zu dienen suchen. Lasset sie gehen / und erwür-*

(\*) CONF. JOA. NICOLAI ad JOS. ABUDACNI *histor. Jacobitarum* p. 42. l. & HOTTINGERI *historia Orientis* p. 356. l.

ermüget sie nicht / verführet auch feins von ihren Klöstern. conf. p. 174. ubi Caledus, qui multos Christianos occiderat vel captivos duxerat; sacerdoti vel Monacho, cujus vitam servaverat. cum ipsi mala quævis, conmineretur, respondit: Wann der Apostel Gottes uns nicht befohlen hätte / solcher leute / wie ihr seyd / zu verschonen / ihr hättet so wenig als die andern davon kommen sollen; sondern wolte euch noch einen viel gramerh Tod angethan haben. Quum itaque Saba Nestorianus fuit, & quidem Anachoreta & Monachus, omniumque Anachoretarum in Palæstina Exarcha & Præful, probabile est ab hoc Præsule Anachoretas dictos fuisse Sabios vel Sabaitas. Adde

§. 32.

3. *Tertio*: quod haud facile fuerit Mahummedi, vel ejus successoribus Caliphis, ingentem Anachoretarum in Palæstina ceterisque Orientis provinciis conmorantium multitudinem hoc tempore exterminare, si modo eorum numerus adæquaret numerum Monachorum, qui vivente Saba solummodo in Palæstina sub ejus regimine erant. Ex testimonio enim ARVIOSI, §. 29. jam citato 14,000 tum numerabantur, & fidem: fere superat quod HASSELQUISTIUS scribit l. c. p. 153, in monasterio Græco S. Sabæ haud procul a Jordano conmoratos fuisse 40,000 Monachos. Auguror  
inde

inde huic numero mendum inesse. Superassent multum exercitum Muhamedis, primorumque Calipharum.

§. 33.

Jam penes Lectorem esto judicium, cum probabilitate aliqua se commendant, quæ hucusque de Christianis S. Joannis, vel ita dictis Sabiis, eorumque doctrina & adpellationibus differui. Nihil restat, quam ut verbis IGNATII A JESU, quæ ASSEMANUS, T. IV. p. 610. excerpfit, horum Sabiorum fata post Tamerlani obitum recenseam: tradit eos circa annum Christi 1480. a Babylonici Nestorianorum Patriarchæ obedientia separatos fuisse, & communem cum ipsis fidem nomenque exuisse, & antea Mobarechum quendam regiones illas occupantem sic nationem Christianorum S. Joannis persecutum fuisse, ut ipsam penitus excindere conatus sit, ipsorum Ecclesias diruisse, libros combussisse & alias crudelitates in ipsos exercuisse ita ut per istas civitates circumvicinas, ubi modo commorantur sub diversis principibus, vi persecutionum dispergerentur: scilicet, Avise, Durech, Sciuster, Despul, Rumez, Minao, Calafabad & alias, quæ sunt sub ditione regis Persarum. Alii morantur in civitate Bassora, Gezaër, Zechi, Gabon & in aliis locis, qui subjecti sunt ditioni Basciæ Bassorensis. Alii in aliis aliquibus locis commorantur, subjecti ditioni Baby-

*Babylonicæ sub dominio Turcarum. Et omnes civitates supradictæ sunt principum infidelium, Mahometicæ legis sectatorum, sed in locis etiam Catholicorum non pauci ex istis Christianis S. Joannis conmorantur: scilicet in Indiis Orientalibus, in civitate Goe, Mascat, & Sellan sub ditione Lusitanica &c. Conferri velim OLFERTI DAPPERI Nauwkeurige Beschryving van Aste p. 148. f. qui loca ubi conmorantur, ut & numerum familiarum ea incolentium fusc recenset.*

## §. 34.

Hic ergo subsisto, nullus dubitatis, quin probatum saltem dederim, fuisse singularem Sectam Judæorum & dein Christianorum, qui a Joanne B. primum *Mendai Fabia*, *Christiani S. Joannis* & dein *Sabii* vocati fuerint, qui tum Ephesi & in Palæstina conmorabantur, ad quorum errores repellendos Joannes Evangelista Evangelium suum exarasse videtur. Fortassis spicilegium aliquod instituiam, quo ex conlatione dogmatum hujus Sectæ & Dositheanorum Simonianorumque, cum erroribus, quos Joannes in Evangelio suo profligat, constabit, maxime verisimilem esse meam de scopo S. Joannis hypothesein.

Verbulo tantum monere liceat, nihil obstare, quo minus locum JUSTINI MARTYRIS ex *Dialogo cum Tryphone*, jam §. 7. p. 368. cita-

citatum, ubi mentionem fecit τῶν Βαπτιστῶν de Discipulis Joannis B. Interpretemur, præsertim si cum Inl. H. GORTIO legamus καὶ Φαρισαίων καὶ Βαπτιστῶν. Ita enim distinguuntur Baptistæ a Pharisæis, & præcipue in eo, quod præter crebras lotiones, quæ apud utrosque in usu erant, Baptistæ etiam Joannis B. baptismum imitabantur. Sed satis conjecturarum in re adeo obscura, quæ fortean Viris doctioribus ansam dabunt eas emendandi, verumque a falso discernendi, & propterea huic Dissertationi inpono finem.

## SYNOPSIS DISSERTATIONIS.

- §. 1. Proœmium §. 2. Sabiorum nominis denominationes aliquæ rejiciuntur §. 3. Sabii cum Zabæis Idololatriis male confunduntur, notantur Viri quidam docti §. 4. negari non potest Sabiorum aliquos Manetem secutos fuisse §. 5. num ad Judæos vel ad Christianos referendi? §. 6. Herbelottus & Moshemius putant, Sabios eosdem esse, quas Epiphanius vocat, Hemerobaptistas §. 7. Negatur Hemerobaptistarum existentia, locus Justinii M. expensus §. 8—10. refelluntur strictim argumenta vel. Moshemii §. 11. et quibus dignosci debeant, notæ characteristicæ recensentur §. 12. origine fuere Judæi, & adhuc habent singularem linguam, vocalibus instructam. §. 13. Separaverunt se a Judæis, & Christianis propensiores fuisse probatur. Bibl. Hagana Cl. IV. F. II. E c §. 14.

§. 14. *fata eorum narrantur.* §. 15. *post Joannem B. eorum Magister fuisse videtur Dositheus.* §. 16. *& postea Simon Magus.* §. 17, 18. *ab ejus tamen nomine vocari nolebant, & quare?* §. 19. *Mendacorum nomen ipsis datum, unde? significat Discipulos Joannis.* §. 20. *ratio, quare discipuli Joannis vocari matuerint,* §. 21. *Christi tamen Nomen in Simonianorum schola usitatum fuit. Epiphanius explicatur.* §. 22. *Unde omnis generis errores. profluxerint ad Joannis discipulos?* §. 23. *quare apud Patres Ecclesie nulla eorum distincta fiat mentio, nec apud Græcos Romanosque?* §. 24, 25. *Unde Christiani dicantur?* §. 26. *Sabiorum nomen non antiquum sed recens est. explicatur Muhammedis in Corano Sura II. effatum.* §. 27. *an fuerint discipuli Joannis B. ex Samaritanis.* §. 28, 29. *conjectura nova, qua statuitur Sabiorum nomen a S. Saba, Exarcha Anachoretarum descendere, hujusque conjectura rationes* §. 30—32. *Dubia solvuntur* §. 33. *posteriora eorum fata.* §. 34. *Epilogus, & illustratur Justini M. testimonium,*

---

Ad proseguenda Litteraria cum hic non supersit locus, ea ad Fasciculum sequentem reservare oportet.

F I N I S.

BIBLIOTHECA  
HAGANA

HISTORICO-PHILOLOGICO-  
THEOLOGICA,

A D

CONTINUATIONEM  
BIBLIOTHECÆ BREMENSIS  
NOVÆ  
CONSTRUCTA.

---

CLASSIS QUARTÆ,  
FASCICULUS TERTIUS  
& ULTIMUS.




AMSTELODAMI & LUGDUNI BATAV.

Sumptibus Bibliopolarum

HENR. VIROOT & JOA. LE MAIR,

MDCCLXXII.





S E R I E S  
S C R I P T O R U M,  
F A S C I C U L I T E R T I I,  
C L A S S I S Q U A R T Æ.

- I. HENRICI CANNEGIETER, dum viveret,  
U. J. D. & Eloquentiæ Professoris,  
Gælia Historiographi & Rectoris Are-  
nacensis, *Dissertatio de Insignibus Christi  
ad supplicium rapti, & de οὐκ ἐμνευ-  
σμενω* pag. 429.
- II. JOANNIS NICOLAI RICHTERI, V. D. M.  
*Ernestovillani*, *Observatio ad EPH.  
V: 14* pag. 454.
- III. JOANNIS CAROLI BONNET, V. D. M.  
*Observatio Exegetica, de vera notione  
verbi διχονομεν in locis MATTH. XXIV:  
51. & LUC. XII: 46.* pag. 471.
- IV. JOANNIS CHRISTOPHORI HARENBERGII,  
*Epistola ad Virum m. Rever. JOANNEM  
AUGUSTUM DATHE, huic offerens, Re-  
sponzionem, ad monita nonnulla, in-  
nexa hujus Dissertationi de Ordine Peri-  
coparum Biblicarum non mutando, publi-  
cata in Bibliotheca Hagana Class. III.  
Fasc. II. p. 235 — 325* pag. 462.

- V. GUARNERI SOETENS, V. D. M. apud  
*Schiedamenses*; Specimen de *Argumento*  
*Psalmi Decimi demonstrato* pag. 535.
- VI. JOANNIS PETRI SÜSSMILCH, *Consilarii*  
*Ëtc.* Continuatio Speciminis *Ëtymo-*  
*logici Latini, seu Glossarii Harmonici*  
*Latino-Phoenicii* pag. 554.
- VII JACOBI CREMER, J. F. V. D. M. *Le-*  
*rodamensis*, Specimen ex *Biographia* FRI-  
*DERICI III., cognomine Pii, Electoris*  
*Palatini, haëtenus inedita, per modum sub-*  
*scriptionis typis excudenda* pag. 592.
- VIII. LITTERARIA pag. 607.

---

EMENDANDA IN CLASSE QUARTA.

- pag. 10. not. lin. 2. 3. dele *Angelitatem*  
 - - - 67. l. ult. lege *beatum dixit*  
 - - - 205. l. 11. lege *qui*  
 - - - - - l. 12. lege *coincidens*  
 - - - 240. l. 1. lege *requirere*  
 - - - 359. l. 6. lege *est*  
 - - - 397. l. 15. lege *Joannis*  
 - - - 408. l. 9. 10. lege *tuitum*  
 - - - 568. l. 7. lege *fugavit*



## I.

HENRICI CANNEGIETERI,  
dum viveret

*U. J. D. Hist. & Eloq. Professoris, Gel-  
ria Historiographi & Rectoris Arena-  
censis.*

## DISSERTATIO

de insignibus Christi ad supplicium rapti,  
& de οἶνω ἰσχυροτέρῳ. (\*)

SY-

(\*) Debemus hanc Dissertationem *Patris, Viri clarissimi, Ejus celeberrimo Filio, HERMANNO CANNEGIETERO, JCTo & Antecessori Franekerano*, qui præter eruditissimas lucubrations, jam pridem vulgatas, hoc ipso anno orbem eruditum sibi devinxit *quatuor libris Observationum Juris Romani Lugd. B. 1772.* Gratiis Viro Consultissimo & amico liberalis & erectioris animi habemus, habebimusque, & ut talibus muneribus vel a b. *Parente* vel ab ipso *Filio* profectis Bibliothecam Haganam exornare & inlustrare pergat, enixe rogamus NB.

*Bibl. Hagana Cl. IV. F. III. F f*

## S Y N O P S I S.

- §. 1. *In historia passionis sub Pilato facta sunt omnia juxta jura & ritus Romanorum. §. 2. Judæi ab Archelai exilio a Romanis haud mitius tractati quam aliæ gentes. §. 3. Ludibria & ornatus Christi patientis ex Romanorum atrocitate, cujus varia dantur exempla, repetuntur. §. 4. præsertim tempore Tiberii. §. 5. condemnati semper pro deridiculo fuerunt & viventes & mortui. §. 6. quare corpus Christi interemti effugerit ludibria militum? §. 7. Centuriones Romanorum truculenti & carnifices; eorum conversio in Evangeliiis memorata argumentum est ad demonstrandum religionis Christianæ efficaciam. §. 8. Chlamyde purpurea humeris injecta & arundine in manus data Christus deridebatur ut Rex. §. 9. corona spinea ipsi non ut Regi sed imaginario Deo inponebatur, quæ coronam radiatam referebat. §. 10. Capita Deorum radiis redimita: qui ornatus dein ad Imperatores relatus est. §. 11. A Constantini tempore radiata corona in nummis rarior, mutata fuit in diadema, cui crucis imago inserta: de Valentis nummo. §. 12. Spinarum forma radios præfert, & albedo decorticatæ spinæ Divinitatis signum in Christi corona esse potuit. §. 13. Occurritur dubio ex salutatione Christi ut regis desumpto. §. 14. Vinum Myrrhatum convenit cum Nectare Deorum, quod per supplicationes Deorum additum pulvinari: & Christo datum quam petulanter! §. 15. Calamum aromaticum*

*ticum spongia sunt complexi milites, & quare? §. 16. Centuriones homines erant robusti, validi, grandes, statura procera. Crux Christi alta fuisse perperam creditur ex calamo & lancea, quibus usi sunt milites. Spongia arundini non fuit superinposita in modum baculi. §. 17. Varia de calamo odorato, myrrhato vino & hyssopico.*

§. I.

**T**heologi plerique omnes ea, quæ in historia Passionis commemorantur ab Evangelistis, partim ex Judæorum, partim ex Romanorum legibus & moribus repetunt. Judæis ego locum nullum hic tribuo, Romanis omnia vindico: certe ea, quæ, Pilato jubente, a militibus ejus fuerunt peracta. Judex, judicium, supplicis ornatus, ductio, supplicium ipsum, custodia militum, omnia Romana fuerunt. Nihil in his Judaicum, nisi hoc, quod utrique populo fuit commune. Recte autem hæc *Pilatus*, atque ex Romanorum instituto, qui domitæ Provinciæ suas leges imponebant, jus ex iis dabant, supplicia sumebant, nihil animadversionis aut poenæ potestatibus provincialibus relinquebant, præter modicam coercionem.

## §. 2.

Scio honorificentius de Jure Senatus Judaici nonnullos esse opinatos. Sed magnis auctoribus inductus non præclarius de Judæorum fortuna ac juribus, quam aliorum provincialium conditione sentio. Servierunt illi Romanis eo tempore, quo Christus est ductus, imo inde ab eo tempore, quo Archelaus Rex regno exutus in exilium est expulsus, nec meliore jure fuerunt, quam aliæ gentes a Romanis domitæ. Quare secundum eos quoque sentio, qui jure supplicii inferendi illos caruisse scribunt. Dico ergo iterum, Romano more interrogatus, damnatus, supplicio adfectus est salutis nostræ redemptor Christus: hoc autem addo, non licuisse Pilato militibusque ejus aliter, quam Romano more supplicium sumere; imo etiam illud adjicio, si maxime licuisset, noluisse eos aliter; Judæis enim, genti, si qua alia, infestæ atque invisæ Romanis, arroganti, contumaci plus justo eos largitos esse quis credat? certe exempla contra clamant, quæ apud PHILONEM, JOSEPHUM & scriptores Romanos extant.

## §. 3.

Quis dubitet ergo ludibria atque ornatum supplicis, id est, insignia Christi, ex usu moribusque Romanorum arcessere? insignia cum dico, intelligo chlamydem coccineam, arundinem in modum sceptri & coronam spineam. Miseremur hodie plerique omnes eorum, qui ad mortem ducuntur, idque humanum arbitramur & Christianum. aliter Romani, gens Martia, in arena, in bellis cæde & sanguine adsueti; nam gladiatorum hiantia vulnera pueri ac puellæ spectabant plaudentes, gladiumque per singultantia sanguine guttura descendentem, & palpitantes morientium artus quotidie avidissimis oculis hauriebant. & ne de puellis dubites, *Vestalis* etiam

*consurgit ad ictus;*

*Et quoties victor ferrum jugulo inserit, illa*

*Delicias ait esse suas, pectusque jacentis*

*Virgo modesta jubet converso pollice rumpi:*

*Ne lateat pars ulla animæ vitalibus imis,*

*Altius impresso dum palpitat ense secutor.*

vid. AUREL. PRUDENT. *adversus Symmachum* lib. 2. vs. 1095. Atque hæc cædes peragebantur inter solennes populi plausus, quare FLORUS scribit lib. 3. c. 20. n. 2. gladiatores



*peffimam auxiffe* LUDIBRIO calamitatem. Sed ne putes moderatiores Romanos aut verecundiores in civium suppliciis, ludibrio habitata fata Carbonis, fata Sorani Prætoris atque Venuleji, Bæbium sine ferro ritu ferarum inter manus laniatum, Marium Ducis ipsius fratrem apud Catuli sepulchrum *oculis, manibus, cruribus defoffis fervatum aliquamdiu, ut per singula membra moreretur*, idem Florus commemorat.

## §. 4.

Noli putare truculentius tum infandis partium odiis sævitum; nulla enim ætas populi Romani sive ad ludibria sive ad cruciatus hominibus noxiis, qui ad supplicia trahebantur, fuit atrocior, quam illa, quæ Tiberium principem vidit, cum Roma sub lentis tyranni maxillis & *πηλῶ ἀίματι πεφουεγμένω* laceraretur, quare nonnulli citati ad causam dicendam partim se domi vulneraverunt, certi damnationis, & ad vexationem ignominiamque vitandam: partim in media curia venenum hauserunt, & tamen colligatis vulneribus ac semianimes palpitantesque in carcerem rapti: auctor est SÆTONIUS in Tib. c. 61.

## §. 5.

Sed quid de una ætate populi Romani dico? semper condemnati pro deridiculo fuerunt, perque jocos & lusus acti, tracti, trusi, vexati, raptati ad supplicia sunt. Arbitri & temperatores harum voluptatum sub Imperatoribus, ut in Christi supplicio, milites erant, natio procax, dura atque atrox. Sæpe mihi subiit, legenti calamitatem extremam *Vitellii* Imperatoris, imago raptati divexatique Christi, de quo in hunc modum *SUETONIUS* c. 17. *alligatis post terga manibus, injecto cervicibus laqueo, veste discissa seminudus in forum tractus est, inter magna rerum verborumque ludibria, per totum viæ sacræ spatium, reducto coma capite, ceu noxii solent (ergo & Christus hoc modo traductus est) atque etiam mento mucroni gladii subjecto, ut visendam præberet faciem, neve submitteret, quibusdam stercore & coeno incessentibus, aliis incendiarium & patinarium vociferantibus, parte vulgi etiam corporis vitia exprobrante . . . . . tandem apud Gemonias minutissimis ictibus excarnificatus atque confectus est, & inde unco tractus in Tiberim.* adde *TACITUM Histor. 3. c. 85.* Neque viventibus tantum, sed & mortuorum reliquiis insultatum est. De *Galba* testatur *SUETONIUS* c. 20., de *Sejano* præter eundem

*Suetonium* DION, TACITUS, JUVENALIS atque alii. de *Caracalla* LAMPRIIDIUS in *Heliogab.* c. 17. Similia spectata Judæis, vide PHILONEM de *Legatione ad Cajum*, ubi scribit multos injecto pedibus laqueo per forum tractos, nec iis extinctis parcitum. Quare Nero moriturus cum se damnatum sciret, *nihil prius ac magis a militibus exegit, quam ne potestas cuiquam capitis sui fieret*, Sueton. in *Ner.* c. 49. Quæ ludibria *Antonio* ac *Fulviæ* præbuerint Ciceronis reliquiæ tradit DION. *lib. 47. pag. 331.*

## §. 6.

Quis ergo non miratur corpus interemti Christi, hominis despectissimi, ut Romanis Judæisque est visus, effugisse militum ludibria? Rem omnem cum considero, aliorumque exempla cum illius supplicio confero, nullam invenio causam, cur cadaveri ejus sit parcitum a militibus atque a multitudine, quam stuporem atque admirationem, illorum animis injectam ex prodigiis illis atque ostentis, quæ efflato ejus spiritu audita sunt ac visa in Golgotha, non dubia jam Divinitate cruciarii, cujus quidem rei pulcherrimum testimonium illa expresserunt Centurioni, qui custodiæ militum præerat,

## §. 7.

Magnum autem hoc indicium Divinæ doctrinæ, quæ fera atque impia centurionum pectora mitigavit, & ad Dei cultum a majorum disciplinis abhorrentem adduxit. Nam qui cum Capitaneis, qui nunc sunt, centuriones comparaverit, næ is magnam illis injuriam fecerit! Homines hi erant moribus inconditis, robore corporis ac truculentia commendabiles. Quare eorum opera in urbe atque in castris Imperatores, Præsides ac Magistratus utebantur fere in sumendis suppliciis, ut, quod nunc carnificum est, illi peragerint, vite ob id, instrumento fustuarii, insignes, invisi militibus, invisi provincialibus atque illis omnibus, qui humanitatem atque animi curam cultumque amabant, ob quam rem Satyricis Latinis omnibus sunt notati, HORATIO, PERSIO, JUVENALI. Cur itaque credimus a divinis scriptoribus diligenter memorari centuriones, qui Christianis sacris sese applicuerunt, nisi quo major vis novæ hujus religionis & Spiritus Sancti ostentaretur? quid enim mirandum magis ac monstro similis, quam homines illos expertes philosophiæ omnis, uti ex PERSIO intelligimus *Sat. 3. vs. 77.* deorum contemtores, deposita ferocitate; expulsa ex animo truculentia ac sævitia,

exutoque omni fastu in mitem illam ac clementem Christianorum Philosophiam vitæque humilitatem conspirare? argumentum ingens, ut puto, oratoribus Theologis, ad demonstrandam Christianæ religionis efficaciam, virtutem ac majestatem. Vix autem miranda magis est Pauli, hominis eruditi ac disciplinis formati, mutatio, quam centurionum, quos Sacra scriptura meminit, fides. Imo si attendimus, videbimus non Christi tantum, sed & Petri inter discipulos Christi haudquaquam postremi, dogmata centurionum religione probata fuisse. Nota fides centurionis *Capernaumensis*, qui inter primos Christo sese adsociavit, laudata præ cæteris *Matth. VIII. vs. 5.*: nota etiam centurionis *Cornelii*, qui primus Gentiliam a Petro adscisci meruit in Christianorum numerum. Rursus *centurio* est, qui primus mortalium omnium ostentis percussus & rebus insuetis adactus Christum extinctum, Deum testatus est; id quod nequaquam prætermissum Evangelistis, memorant enim tres illorum *Matthæus*, *Marcus* & *Lucas*, αληθῶς, inquit, Θεὸς υἱὸς ἦν ἕτερος, atque ut apud *Lucam* est οὕτως ὁ ἄνθρωπος ἕτερος δίκαιος ἦν. Qualis autem hæc professio illius, cui ut centurionibus omnibus in animo erat, forte & in ore hoc *Mezentii*:

*Dextra mihi Deus ἔ' telum, quod missile libro,  
jura*

jura sibi nata negare, armis omnia arrogare consueto.

§. 8.

Sed redeo ad insignia, quibus ornatus fuit Christus, cum condemnatus est, atque ad supplicium trahebatur. Nullus credo dubitat jam, cum a Romanis militibus inventa fuerint, ex usu Romano ea repetenda esse; quumque illa ludicra fuerint, atque, ut ita dicam, scenica, personæ ac crimini accommodata fuisse. Quam autem personam gessit Christus? nempe *divinam & regiam*; criminaque, si summas omnium ponas, hæc intelliges, quod Deum sese ac regem dixerat. Illo potissimum in Senatu judaico est condemnatus, hoc ad Pilatum. Utriusque memores milites Christum supplicem partim ut Deum, partim ut regem exornarunt, sed in risum. *Cblamys* purpurea regum erat, sed splendens & nova. milites purpuream dederunt, sed detritam, obsoletam, atque, ut puto, laceram. Sceptrum ex ebore, argento aurove regum fuit gestamen; milites sceptrum, sed levem arundinem tribuerunt.

§. 9.

De corona spinea parum laborarunt viri  
eru-

eruditi, satis habentes, si dixerint, coronam regium insigne esse, spinam ad cruciatum inferendum ciendumque dolorem esse electam. Ego vero in omnia alia ab his discedo, qui ita sentiunt: puto namque eam Christo esse datam tanquam imaginario Deo. Scio purpuram & sceptrum etiam Diis olim tributa; sed eo tempore, quo Christus inter homines est versatus, decora atque insignia præcipue regum fuerunt. Coronas autem eodem tempore gestasse reges, qui imperio Romano parebant, fidem atque indicium majestatis, fateor me ignorare. Diadema eos gestasse memini, sed id alienum a corona, & alienissimum a corona spinea. Ipsi Judæorum reges diademate ornati leguntur, conspiciunturque in nummis. vide *SEGUINI num. select. pag. 50. SPANHEM. de usu & præst. numism. pag. 443. Edit. in 4<sup>to</sup>*. Non ignoro, Imperatores coronas gestasse, ut civicam, lauream, etiam auream, verum hæc non propriæ illis fuerunt, sed communes cum civibus, a quibus eos radiata separabat; quare hanc nonnunquam laureæ superimponebant: propterea animum induxi, non ad insigne regium coronam esse Christo datam, sed in signum divinitatis, id est, ut eum tanquam Deum honorarent, aut dicam potius dedecorarent, nam ad infamiam impositam novimus. Nemo nescit, Syriæ re-

ges

ges, forte etiam nonnullos ex Aegyptiis Θεῶς atque ἐπίφανεις, id est, Deos praesentes esse cognominatos. Hanc autem divinam potestatem nulla corporis parte magis, quam capite praeferebant redimito corona ea, quae Deorum propria erat, quae fuit radiata. Nam ut diadema solum regem, sic radiata haec corona Deum ostentabat. Unde MAMERTINUS in *Panegyrico*, quo Maximianum Imperatorem laudavit, dixit de tali corona, & illa lux DIVINUM VERTICEM claro orbe complectens. Radii illius ex auro erant, facti ad id, ut imitarentur radios ac splendorem solis, aut certe eum, quo Deos cinctos credebant, quem nimbum vulgus dixit, & pontificii hodie Divorum sive Sanctorum suorum capitibus adpingunt. Sic *Venus* conspecta Aeneae

*claraque in luce refulsit.*

Multa sunt, quae ad Sacrae Scripturae loca quamplurima illustranda cumulari hic queant, sed praetereo nunc illa sciens. Tu vide, an γλωσσαι visas residentes in Apostolis festo Pentecostes huc referas: hoc certum, forma linguarum fingi fulgorem illum rutilantem capitis. Exemplo sit caput Apollinis oracula reddentis in libro *de la religion des Gaulois part. 1. pag. 399*. Tali splendore visi Apostoli reddentes oracula: fane ignis divinus



vinus habitus & præsentiam Dei significavit apud Judæos. Rutilantem Herodis Agrippæ vestem conspicati Judæi eum Deum confabularunt, vid. JOSEPH. 19. v. 7.

§. 10.

Hoc autem omittendum non est, capita Deorum in plerisque gentibus iis radiis redimita extare in monumentis antiquis ea forma, ut *spinas* appelles. Horum numero sunt *Serapis* Ægyptiorum, *Dea Syria*, Græcorum autem & Romanorum *numina omnia*. Simul cum Imperatoria potestate hic radiatæ coronæ honos ad Romanos pervenit, delatusque inter cætera divinæ Majestatis decora Principibus eorum. De *Julio*, Cæsarum Romanorum auctore, qui, ut *Ausonius* canit,

*Primus Cæsaream patefecit Julius aulam,*

*FLORUS lib. 4. c. 2. n. 91. Itaque non ingratis civibus omnes in unum Principem congesti honores: circa templa imagines, in theatro DISTINCTA RADIIS CORONA; suggestus in curia; fastigium in domo; mensis in coelo. Divinos hos fuisse ostendit SÆTONIUS, cum humano fastigio ampliores nominat c. 76. qui & c. 84. divina omnia Senatusconsulto ei decreta commemorat. Existimatur multis radiato capite conspicuus esse in Achate Tiberiano, quem*

JACOBUS LE ROY edidit. Idem honor mox ad Principes longo ordine defluxit. Illi namque, ut de *Augusto* scribit FLORUS lib. ult. in fin.: jam tum, cum incolebant terras, ipso nomine & titulo, addo insignibus, CONSECRABANTUR. In gemma STOSCHII num. 25. radiatus Augustus apparet, adde SUETONIUM c. 94. Ac ne dubites, coronis his Cæsares Regesque, Deorum quasi in numero repositos, PLUTARCHUS in *libello ad Principem indoctum*, in quo stolidos nonnullorum regum fastus cultusque humano ampliores taxat, Deum irasci scribit Principibus illis, qui tonitrua, fulmina & radios imitentur.

§. II.

Duravit hoc Principum insigne, quoad mutavit illud Constantinus Imperator. Certe radiata corona admodum rara in nummis ejus, rarior, si tamen ulla, in successoribus. Religioni novæ, id est, Christianæ dedisse hoc Constantinum, non ausim adfirmare, scriptoribus antiquis tacentibus, quanquam eo conjectura ducit. Non memini quidquam notatum esse de hac re Viris doctis, puto tamen eam significasse auctorem Epitomes, quæ S. AURELII VICTORIS esse existimatur cap. 41. *habitum regis gemmis & caput exornavit perpetuo diademate, cui, si patibuli salutaris,*

ris, id est, crucis imaginem innexuit, quam innexam ab Imperatoribus Christianis arguit **HIERONYMUS** in *Epistola ad Laetam*, dubitandum non est, rejectis radiis religionis causa, diadema hoc a Principe Christiano institutum fuisse. Non perspectum hoc iis Viris doctis, qui *Valenti* tribuunt coronam radiatam in nummo, quem inter contorniatos edidit **cl. HAVERCAMPUS** *Tab. XXII. n. 11.* Nam ut mittam dubiam nummi scripturam, capitis illud insigne ostendit alienum eum esse a *Valente*, & principe verioribus sacris ad- dicto.

§. 12.

Quicumque autem diligenter considerat coronæ radiis distinctæ imaginem, is ex spina factam surgentibus in altum aculeis sibi intueri videbitur: quod illi verissimum sciunt, quibus ex nummis aliisque monumentis antiquis eam cognoscere licuerit. Speciem spinarum radios præferre certe norunt, quare **OVIDIUS** acutos nominat *Heroid. 4. 159.* de Sole,

*Quod sit avus* **RADIIS frontem vallatus ACUTIS,**  
*Purpureo tepidum qui movet axe diem.*

Milites ergo, cum pro oblectamentis Christum  
ut Deum sive ut Regem **Ἰσχυρον** exornari

tuperent, corona radiata nihil convenientius existimarunt. Scio, radii illi ex auro fuerunt. VIRG. *Æn.* 12. 163.

*cui tempora circum*

AURATI bis sex RADII fulgentia cingunt,  
Solis avi specimen.

verum non tam aurum, quam splendorem probatum puto, ad imaginem solis; quare existimem, spinam decorticatam fuisse, quo magis albus color, qui frutici inest, cortice detracto emereret. Hoc certum, colorem nunc divinum fuisse: tu vide, quæ Viri docti tradiderunt ad illud VIRGILII:

CANDIDUS *insuetum miratur limen Olympi.*

Atque ob id Herodes Christum illufurus, laud aliter ac milites, induit eum veste fulgenti alba *Luc. XXIII. vs. 11.* Regem an Deum illudere voluerit hoc mimo, dubium est; forte tamen utrumque in Christo sic trisit: nam ut divina multa sibi arrogarunt Reges, ita etiam fulgorem ornatus divini sunt imitati. Unum hoc addo, neque enim prætereundum, quia maxime huc pertinet, etiam ramis arborum & colore candido factam hanc coronam, aut certe adsimilatam; namque APULEJUS *Metam. lib. 11. pag. 57.* Edit. Pric.: *Et caput decore corona cinxerat,*

*Bibl. Hagana Cl. IV. F. III. G g rat,*

*rat, PALMÆ CANDIDÆ foliis in modum RADIO-  
RUM profistentibus. Sic ad instar solis exornato,  
& in vicem simulacri constituto. Ne quid au-  
tem Scenico Deo aut divino Regi deesset  
decoris, milites etiam radiatam coronam  
Christo contexuerunt, sed pro radiis aureis  
sive splendentibus spinas & aculeos dede-  
runt, ut ludere sese ostenderent. Quod si quis  
candidum colorem, & qualis decorticatæ  
spinæ proprius est, rutilanti solaribus radiis  
coronæ aptum neget, sciat is, rutilum hunc  
colorem facile spinis addi, si iis calx illina-  
tur. Videas in Pontificiorum templis ima-  
gines Christi ex cruce suspensi, lacerato  
spinea corona capite, & destillantibus per  
ora cruoris guttis. Verane hæc ita pingan-  
tur, an secus, de eo, ut quisque volet,  
opinetur; ad mimum Dei nihil violentia,  
forte tamen ad lusum. Rivos, certe pluviam  
sanguinis effluxisse memorat Poeta antiquus  
de passione Domini, qui nonnullis creditur  
fuisse LACTANTIUS, ita namque ille*

*en adspice crines*

*Sanguine concretos, & sanguinolenta sub ipsa  
Colla comis, spinisque caput crudelibus haustum  
Undique diva pluens vivam super ora cruorem*

## §. 13.

Sed occurrent puto nonnulli, dicentes, coronam Christo, non ut Deo sed ut regi impositam esse, inde liquere, quod ea imposita mox ad genua ipsius procubuerunt, non Deum illum salutantes, sed Regem. At vero cogitandum, non una voce eum Regem salutari, sed Regem Judæorum. Quis autem ille Rex? non armis ille atque imperio potens, sed excelsior humano fastigio, par Deo, aut dicam verius, ipse Deus, Messiam intelligo, oraculis cunctis promissum, mortalitate ampliorem. Hunc vero solemnè appellatione & trito in plebe vocabulo Regem Judæorum nominabant, imo vero ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων dicebatur, quod & animadversum eruditissimo BEZÆ, ubique vertenti: ille *Rex Judæorum*, quem lege ad *Job. XVIII. vs. 39.* Neque eo nomine in gente tantum Judæa ferebatur, sed & toto oriente, quem adventus ejus fama, *Tranquillo* teste, pervaserat; celebrabatur. Qua fama excitati Magi thurea & myrrhina dona, non hominibus sed Diis propria ferunt. Verba vero eorum si attendas, ad Herodem Regem adducti, non Deum se quærere, sed βασιλεὺς Ἰουδαίων respondent; certi eo nomine designari illum, qui & Deus & Rex esset. Ipse

Pilatus, egressus prætorio, ut, mitigata Judæorum asperitate, infontem supplicio Christum eximeret, non, Regem vestrum, inquit, dimittam, sed Regem Judæorum. Intelligimus inde, quo animo elogium Christi, cruci adfixum, idem ille Pilatus scripserit; & ne quis ambigat porro, divinum hunc Regem, hominemque, Divina potestate præditum, spectatoribus fuisse visum, increpant illi suspensum: descendat e cruce, si Rex Judæorum esset: qui fixi descensus utique non Regis est, sed solius Dei.

## §. 14.

Dixi de spinea Christi corona: proximum nunc est, ut de *ὄνω ἰσχυρισμένω*, id est, de potione Christo in cruce pendente præbita disputem. *Vinum murrhatum* vertit interpres vetus *Marc. XV. vs. 23.* alio nomine *myrrhina* dicta. **FESTUS**: *Murrina* genus potionis, quæ *Græce* dicitur *nectar*, hanc mulieres vocabant *murriolam*, quidam **MURRATUM VINUM**. Nihil magis conveniens interpreti illi, nec rei scenæque ac lusui isti militum magis consentaneum, quam quod *nectar* fuisse scribit **FESTUS**, quod *Dis* propinatum fuisse novimus. Ita namque in *marrata potione*: *Rome* etiam per supplicationes *Diis* additum ad pulvinaria. Supplicationes hic intelligo eas, quæ  
ob

ob victoriam Imperatoribus decerni solebant. Vide autem ingeniosam militum nequitiam! Illi hoc Christo Deo, ut videbatur, imaginario miscuerunt tum, cum victoria ejus id est, supplicium celebraretur. Audierant enim, certe fama vulgarat doctrinae ejus, luctuoso hoc triumpho, quem de Sathana domito, humani generis infestissimo hoste, duxit, ad regnum suum escensurum, de quo ipse exposuerat *Job. XVIII. vs. 35.* Pilato in praetorio, militibus audientibus. Si cui tamen hoc argutum nimis videtur, *supplicationem* interpretetur non eam tantum, quae ob caesos hostes fiebat, sed quamcunque, tametsi negari nequit, illam frequentius significari. Sed porro vide improbitatem istorum militum: cum consueverint veteres murrhinam miscere *myrrhae odore*, ut est apud *PLINIUM lib. 14. c. 13. vino praestantissimo CONDITO*: scelestissimi homines, ut scenae & ludicro porro fervirent, vinum corruptissimum sumserunt, quod οξος vocant *Matthaeus, Lucas, Joannes, interpretes vinum & acetum*, quo nomine vinum corruptum designabant Romani, bonamque myrrhae partem adjecerunt; quare etiam hi *fellis* nomine appellant, atque inde existimo ex deterri-  
mo myrrhae genere fuisse.



## §. 15.

Ut vero hunc potum odoris amoenitas commendaret; calamum aromaticum, cujus odor suavissimus est, spongia sunt complexi, ut, hujus jucunditate naribus captis, potus ille felleus ac teter ore magis avido a sitiente adpeteretur, copiosius expressus manu administrantis. Mihi enim plane fit verosimile mista hæc & comparata omnia fuisse a petulantissimo isto & impiissimo hominum genere, milites dico, ad risum ex inopinato miseri cruciarii, qui expositus insultantium conspectui pendeat, fastidio elusoque præter spem voto lætioris potus, atque e vultu nauseante ciendum. Captatos autem hac re risus fuisse indicio est sedulitas & festinatio militis, quem *cucurrisse* scribit Lucas, ut potum porrigeret & circumstanti coronæ ludos præberet. Quod de calami odore dixi ad bibendum stimulante, ex PLINIO didici *lib. 12. c. 22. sed calamus præstantior odore statim e longinquo invitat.* Calamus itaque odoratus fuit, non arundineus, cujus in hac re meminerunt Evangelistæ: hyssopum vocat Joannes, quod conjunctum fuit calamo, nam etiam ejus odor commendatur.

## §. 16.

Nullus equidem adsentior iis, qui spon-  
giam arundini in modum baculi infixam pu-  
tant, ut ejus adminiculo ad cruciarii os ex-  
tolleretur. Non enim opus hoc adminiculo,  
quia facile dextra militis, certe centurionis  
admovit; centuriatus namque non daban-  
tur, nisi hominibus grandi & vasto corpore.  
VEGETIUS *de re militari lib. 2. c. 14. Centurio  
eligendus, qui sit magnis viribus* & PROCERA  
STATURA. Hinc Poetarum jocos sæpe petiti,  
præsertim JUVENALIS Sat. 14. 193.

*aut vitem posce libello*

*Sed caput intactum buxo natesque pilosas*

*Adnotet, & GRANDES miretur Lælius ALAS.*

& Sat. 16. 13.

*Bardaicus iudex datur hæc punire volenti*

*Calceus, & GRANDES magna ad subsellia SURÆ.*

Centuriones hoc loco notari certissimum est.  
In hanc sententiam acciperem versus HORA-  
TII lib. 1. sat. 6. vs. 72.

MAGNI

*Quo pueri MAGNIS e CENTURIONIBUS orti,*

nisi *Scholiastes* vetus obstaret. Quæ autem statura in militibus Romanis probata fuerit, ab aliis est traditum. Quodsi tamen sustentaculo opus fuit proferendæ ad os spongiæ, lancea credo uti maluisse milites, aut vite centurionis, quam arundine; hoc enim telo instructos eos fuisse cum res ipsa docet, tum vulnus lancea illatum. Altam Christi crucem fuisse plerique sibi persuadent, neque, ut suspicor, ex causa alia, quam quod male interpretati sint vocem *calamum*. Quod si autem per se crucem æstimes atque ex onere ejus, cui portando unus homo par fuit, multum decedet ex altitudine, quod & observatum SALMASIO.

## §. 17.

Minus dubitandum *calamum* odoratum fuisse, quem additum diximus vino murrhato sive myrrhinæ, quod PLINIUS auctor est, eundem a Romanis suæ myrrhinæ sive pectari admixtum. Ita namque hic lib 14. c. 13. scribit: *laudatissima apud priscos vina erant MYRRHÆ odore CONDITA, ut apparet in Plauti fabula, quæ Persa inscribitur, quanquam in ea & CALAMUM addi jubet.* De myrrhina loqui PLINIUM ex testimoniis *Fabii Dorfeni & Plauti*, quæ subjungit, intelligimus. Ex *Hysopo* vinum factum docet COLUMELLA de

*v. rustica lib. 12. c. 35.* ubi vinum *byssopites* nominat. Quomodo fiat, exponit **DIOSCORIDES** *lib. 5. cap. 50.* **PLINIUS** *lib. 14. c. 16.* Neque hoc omittendum Myrrham deorum cultui adhibitam inter suffitus, id quod **THEOPHRASTUS**, **DIOSCORIDES** atque **HESYCHIUS** tradiderunt. Auctor *hymnorum Orpbicorum* eam adsignat Protogono Neptuno, ac *Latoæ*. Facebant itaque potiones ex Judæis Talmudicisque scriptis investigatæ ab iis, quibus militum Romanorum potervitas minus perspecta fuit. Nihil illi exterum, nihil peregrinum, nihil Judaicum, nihilque nisi Romanum voluerunt in negotio sibi, ut Romano more fieret, demandato.

I I.

JOANNIS NICOLAI RICHTERI,

OBSERVATIO

A D

E P H E S. V: 14.

Διο λεγει, Εγερει ο καθενδων, και αναστα  
 εκ των νεκρων, και επιφανει σοι ο Χριστος.

ARGUMENTUM.


- §. 1. Promittitur explicatio hujus loci, qua facilitate se commendat. §. 2. Ad voces διο λεγει non potest suppleri ἢ νεφη. §. 3. Nec vox antecedens φως. §. 4. Ex hymno quodam coetus Ephesini desumptum est dictum. §. 5. Subaudiendum est ad verbum λεγει, ἢ λεγων. §. 6. Quem sensum Theologi huic dicto tribuere soleant, & qua difficultates inde oriantur. §. 7. Phrasis αναστασι εν νεκρω de resurrectione mystica in Sacro Codice non adhibetur. §. 8. Disquiritur, utrum voces αναστασι, εγερθησι, και αναστασι sensum mysticum admittant. §. 9. Verbum επιφανει resurrectioni mysticae non favei. §. 10. Neque nexus cum precedentibus.

## Observatio ad Eph. V: 14. 455.

bus. §. 11. *Mortuos in terra dormientes designat i. m. d. uti synech. & noviss. in saec. resurrectionem futuram.* §. 13. *Occurritur objectioni, & similis Imperativi usus in dicto Servatoris Joh. II: 19. ostenditur.* §. 14. *Illustratur nexus cum antecedentibus, & explicatur vs. 13.* §. 15. *Additur paraphrasis.*

---

### §. 1.

unt quaedam loca, etiam in sacris Novi Foederis libellis, haud facillima quidem explicatu, sed subobscura, sed non minimam meditationem flagitantia; verum, simulatque genuinum invenire & proferre sensum licuit, ita plana atque facilia, ita luce sua radiantia, scirpusque veluti enodis, ut mirum videri queat, non unicuique interpretum sensum illum vel primo intuitu succurrisse. Non errate nobis videmur, si id de hoc etiam, quod cum maxime brevissimis illustrare lubet; Apostoli dicto praedicemus. Demonstrat sententiarum diversitas, irritusque interpretum, quos novi, labor, in explicationem hujus dicti adhuc impensus, esse hic loci nodos solvendos, difficultatesque superandas. Judicent vero Eruditi libere sentientes, annon is, quem  
nunc

nunc cum Iplis communicamus, horum verborum sensus ita simplex aptusque, atque adeo ita comparatus sit, ut inventu esse facillimus, ceterasque interpretationes claritate sua obscurare videatur.

## §. 2.

Notum est, in tres abire partes Interpretes, cum quæstio existit, undenam Apostolus hæc verba petierit. Sunt primum, qui ad voces, *διο λογος*, 'Η ΓΡΑΦΗ supplendum esse arbitrantur, docentes, ad V. T. libros Apostolum provocare. Quos ut diutius moremur, non opus est. Neque enim ejusmodi loca, quibus hoc Apostoli dictum ita, ut par est, respondeat, in divinis V. T. tabulis deprehendere licet. Solent quidem plura combinare hujus sententiæ patroni, ut *Jes. XXVI: 19. & LX: 1*, sententias has Paulinas inde derivaturi, aut potius extorturi; sed aliud sibi volunt dicta illa, quam quod hoc loco a Paulo intentum fuit. Docturus enim erat Apostolus, quod postea probabitur: futurum aliquando esse, ut in clarissima luce collocentur omnia turpia, tenebrarum nube jam obtecta, cum facta resurrectione judicem acturus Christus est. Hanc vero sententiam loca ista cum ceteris nec probare nec illustrare per se patet.

§. 3.

Qui vero ad V. T. libros, ut hujus allegationis rationem reddant, haud confugiunt, non tamen eodem modo nodum solvere conantur. Sunt, qui proxime antecedentia in subsidium vocantes vocem  $\Phi\omega\varsigma$  supplendum esse censent, ac si Apostolus scripserit:  $\delta\iota\omicron \lambda\epsilon\gamma\omicron\iota \tau\omicron \Phi\omega\varsigma$ . Intelligunt autem per hoc  $\Phi\omega\varsigma$  aut Evangelium, aut ipsum Servatorem. Sed hæc utriusque denominatio, licet ceteroquin haud sit insolita, hic tamen ea non est, quæ cum prædicato  $\lambda\epsilon\gamma\omicron\iota$  conciliari possit. Neque enim  $\omega\varsigma$  aut *verba* concinne *lumini* adscribi possunt. Sed prætereamus tantisper hoc incommodum; quæritur vero, ubinam aut ipse Christus, aut Evangelium hæc, quæ Apostolus adducit, verba protulerint. Quæ cum nusquam in N. T. libris inveniantur, etiam hæc rejicienda erit sententia.

§. 4.

Nihil igitur superest, quam ut cum Viris quibusdam eruditionis laude clarissimis (\*) statuamus, ex hymno aliquo Ecclesiæ primiti-

(\*) Sunt hi, quos novi, HEUMANNUS in *Pocil.* T. II. l. II. p. 390; III. I. DAV. MICHAËLIS in *Paraphrasi* vernacula *epistolarum Pauli minorum*,



mitivæ desumpta esse, quæ Apostolus adducit verba. Fuisse enim Ecclesiæ veteri Christianæ sua carmina, vel ex notissima PLINII epistola constat, testante, *quod essent*, qui Christo nomen darent, *soliti, stato die ante lucem convenire, carmenque Christo quasi Deo dicere.* Accedit huic conjecturæ, qua statuimus, Paulum ad sacrum aliquem Ecclesiæ hymnum his verbis provocare, haud exiguus probabilitatis gradus, tum ex iis, quæ ipse Apostolus de carminibus coetus Ephesini hoc capite pronunciat, tum ex verbis ipsis, sua structurâ hymni particulam prædentibus. Adhortatur enim Paulus Ephesios Christianos *v. 19: sibi ipsis loquantur psalmis & hymnis & odis spiritualibus, canentes, psallentesque in animo suo Domino.* Patet ex his, habuisse Ephesios suos psalmos, suos hymnos, suasque odas, de quibus, quid discriminis intercedat, eruditissime egit VENERABILE MINISTERIUM BREMENSB. (\*) Quare cum

rum, ad h. l. & m. venerandus HARENBERGIUS in *Comment. ad Amosum* p. 484, 485. qui etiam 1 Cor. V: 6. & Jac. IV: 5, 6. ex hymnis Ecclesiæ primævæ repetit.

(\*) In libello egregio, quo vernacula lingua causas exposuit, quapropter novæ suæ sacrarum cantionum collectioni Psalmos Davidis omnes eosque LEHWASSERI haud præmiserit.

cum Apostolo in animo esset, paucis interjectis Ephesios adhortari, ut, quando idolorum cultores, festum Bacchanalium agentes, Baccho aliisque Diis fictitiis carmina sua infana atque impia canturi essent, ipsi contra sancta sua carmina Servatori ac Domino in animo dicerent; quid mirum est, si ipse Paulus exemplo suo ipsis præeat, istorum carminum ad adhortationem piasque cogitationes usum edocens? Erant enim hæc carmina *πνευμαπκα*, h. e. agitante Spiritu Sancto confecta, conf. 1 Cor. XIV: 15, 26, carnalibusque gentilium carminibus opposita. His præmonitis legas jam ipsa verba, accentuum, inscribi solitorum, discrimine neglecto, & iudices, annon carminis particulam hæc prodant:

Ευηρεσι ὁ καθευδων,  
 Και ανασα εκ των νεκρων,  
 Και επιφαιση σοι ὁ Χειρσ.

§. 5.

Non est, quod omissum ad vocem *λεγει* subjectum suspensos nos reddat aut sollicitos. Hic enim testimonia adducendi modus Apostolo nostro sollempnis est maxime. Ita etiam Cap. IV: 8. hujus ipsius epistolæ iisdem verbis, *διο λεγει*, usus, subjectum, quod dicit, omisit.

omisit. Idem ad 1 *Cor.* XV: 27. observavimus; ubi simul docuimus, quale subjectum subaudiendum sit. Nimirum idem est, ac si Apostolus scripserit: *διο λεγει ο λεγων*, *propterea dicit dicens*, h. e. *propterea dicitur*, scilicet in hymno illo vobis notissimo.

### §. 6.

Jam vero horum verborum, ad quæ Apostolus illustrationis causa provocat, ipse sensus enucleandus est. Evigilationem & resurrectionem *mysticam*, quam vulgo *spiritualem* vocant, hic invenire solent Interpretes. Quos si audiamus, primum monet hoc carmen, ut, qui somno *securitatis* oppressi jacent, tandem aliquando *evigilent*; tum adhortatur, ut etiam ex sepulchro *peccatorum surgant*: denique *illuminationem* Christi utrumque facturos exspectare jubet. Quid multa? Habemus hic, quæ eorum est sententia, locum classicum, homines peccatores ad conversionem verbis gravibus excitantem, & insignem ejus fructum promittentem. Verum ita intellectus non parum cruciare debuit hic locus Theologos orthodoxe sentientes. Præcedit nunquam non, ut recte docere solent, ipsam ad Deum virtutemque conversionem *illuminatio*. Qui enim & quo pacto peccator resipiscat, atque

ad bonam frugem redeat, nisi in saluberrima Evangelii doctrina probe institutus primum nactus sit *illuminatos oculos*? Hic vero illuminatio conversionem sequitur. Solvere quidem conantur hunc nodum Theologi, dum *majorem* intelligendam esse statuunt illuminationem, non primam illam, fidei & conversionis fontem. Quid vero, si ex suo tantum ingenio hanc ipsos determinationem addere diceremus? Accedit, hominem peccatorem ipsis adeo esse corruptum, adeo ad omnia monita divina surdum, atque ad omne bonum opus ineptum, ut mortuo, omni sensu carenti, sit simillimus: sed frustra mortuo canas, ut evigilet ex sua morte surgatque ex sepulchro.

§. 7.

Verum nolumus his uti armis, quæ compendium aut systema dogmaticum suppeditare possent. Novimus enim, non semper hac via tutissime iri, fierique omnino posse, ut Sacrae litteræ veritatem aliquam proponant, in systemate humano aut neglectam aut minus recte intellectam. Quare non nisi ea adhibebimus, quæ sanior exegesis subministrare potest. Fatentur autem omnes, a sensu consueto vocum & locutionum non esse discedendum, nisi cum necessitas id

*Bibl. Haganae Cl. IV. F. III. H h po-*

postulat. Jam, quod primum ad phrasin *ανασηναι εκ νεκρων* pertinet, nusquam ea in N. T. sensu mystico ad designandam resurrectionem sic dictam spirituales adhibetur. Novimus quidem, ad *Job. V: 25 Rom. VI: 4, 5. Ephes. II: 5. Col. III: 1.* aliaque ejusmodi dicta provocari, ut contrarium probetur. Sed velim locum proferant, quo eadem eaque tota locutio, *ανασηναι εκ νεκρων*, sensu mystico occurrit; quem vero nunquam afferre poterunt. Et quam male etiam loca adducta interpretentur, qui in eis resurrectionem mysticam inveniunt, alio loco demonstraturi sumus. Constitutum enim est mihi, Deo vitam viresque largiente, in doctrinam resurrectionis mortuorum *Φιλολογειν*, cum haud pauca in hac doctrina superesse mihi videantur, quæ clariori in lumine collocari merentur. Quodsi igitur, quod hic sumimus, probari nequeat, phrasin *ανασηναι εκ νεκρων* uspiam in N. T. sensu mystico adhiberi; omne etiam, cui consuetæ horum verborum interpretatio superstructa est, collabi fundamentum intelligitur. At vero, inquires, annon *οι νεκροι* sæpius in sacris literis spiritualiter mortuos designant? Quid igitur impedit, quo minus surgere ex his idem sit, ac consortium vivendique rationem spiritualiter mortuorum fugere, atque ad virtutis viam redire? Et annon verbo-

rum,

rum, *dormire & evigilare*, sensus mysticus sollemnis est? Quamvis igitur vel concedamus, nusquam alibi *ex mortuis surgere* idem esse, ac sepulchrum peccatorum relinquere; hoc tamen loco hic sensus omnino obtinere debet, quod verba, *dormire & evigilare*, eum flagitent, denominatioque τῶν νεκρῶν eum per se minime respuat.

§. 8.

Haud difficulter disjici hæc nubecula poterit. Vocem νεκροί in tabulis N. T. spiritualiter mortuos designare, quod supponunt, id quidem confidenter negamus & pernegamus. Loca enim, quæ potissimum adduci solent, *Matth. VIII: 22. Job. V: 25. Ephes. II: 1, 5. 1 Pet. IV: 6.* neutiquam pro hac hypothesis militant. Sunt potius in omnibus his locis νεκροί, qui aut morti jam succubuerunt, aut ei tamen per peccata sunt obnoxii, nulla spe resurrectionis futuræ erecti. Nec divellenda, ut jam monuimus, est integra locutio, ἀναστῆναι ἐκ νεκρῶν, quæ nusquam non resurrectionem mortuorum proprie sic dictam significat. Alteram phrasin, ἐγερθεῖναι sive ἐγερθῆναι ἐξ ὕπνου, sensu suo mystico occurrere arbitrantur *Rom. XIII: 11.* Verum & hic mihi falli videntur, cum Apostolus Romanos non, ut volunt, jubeat

cogitare , horam jam adesse , ut ex somno *spirituali* excitentur , sed hoc potius , ipsos in Christo ex somno *mortis* jamjam excitatos , sive cum Christo resuscitato vitæ redditos esse , certissimaque spe in coelesti luce jam versari : unde & , tenebrarum operibus depositis , lucis arma induere debeant . Nec verbo *καθευδεν* 1 *Thess.* V: 6. , ad quem locum omnium maxime provocare possunt , eum tribuimus significatum . quem tribuere solent mortem spirituales intelligentes . *Vos omnes* , ait Apostolus *vs. 5. estis filii lucis & filii diei* , i. e. in eo jam statu versamini , ac si cum Christo ex mortis ( sub emblemate *noctis* propositæ ) vinculis liberati in vitam coelestem ( *lucis & diei* imagine depictam ) jamjam essetis transgressi . *Ne igitur* , pergit Apostolus , *dormiamus , sicut & ceteri* , h. e. ne simus absque spe resurrectionis vitæque futuræ , sicut idolorum cultores , *sed vigilemus* , sed spe jam simus ad vitam revocati atque in coelum ingressi , sobriamque propterea agamus vitam , quemadmodum in coelo sobrii futuri sumus . Cujus adhortationis hæc *vs. 10.* affertur ratio : *ut simul cum Christo vivamus , sive vigilemus , sive dormiamus* . Quidnam , quæso , hic est vigilare & dormire ? Num de vita & morte *spirituali* hoc Apostoli dictum intelligi poterit ? An potius de vita & morte proprie sic dicta ?

§. 9.

Nec verbum *επιφαινει* solitæ expositioni favet. Illucescet Christus solis instar hominibus, clarissimumque diem afferet, omnia hominum opera luce collustraturus, tenebrasque fugaturus omnes. Hanc sententiam huic verbo inesse, nemo non videt. Quod autem si verum est, quisnam nexus hæc inter sententias existit: evigila ex somno securitatis, & surge ex morte spirituali; & Christus solis instar omnia tua opera in lucem proferet? Quas sententias si combinare in animo fuisset vati divino, loco ultimi *και* particulam *γὰρ* sine dubio adhibuisset, cecinissetque: evigila, qui dormis, atque ex mortuis quantocyus surge; manifestabit enim Christus tua opera, secundum hæc tibi red- diturus.

§. 10.

Quemadmodum autem hæc verba male inter sese cohærent sensu mystico intellecta, ita nec cum præcedentibus amico vinculo connexa deprehenduntur. Demonstraturus erat Apostolus, sicut jam paucis interjectis videbimus, instare diem, qui omnia occulte facta sit manifestaturus. Erit hic dies pan-



tocticus. Judicium autem universale præcedet resurrectio mortuorum. Quanam jam necessitate coacti & quo jure resurrectionem mysticam hoc loco describi arbitremur, cum proprie sic dicta resurrectio vel præsumi possit?

## §. 11.

Capimus igitur hæc verba, ut ad nostram tandem deveniamus sententiam tribus verbis proponendam, eo sensu, qui ipsis in tabulis N. T. sollemnis est. Quoties autem *somnus* est mortis imago? Quid igitur impedit, quo minus *ὁ καθεύδων* eum nobis designet, qui mortis vinculis constrictus in terra jacet, dormienti similis propter instantem resurrectionem? *Evigilabunt* autem primum demortui, sive ad vitam sensumve revocabuntur, tum vero *surgent* excitati atque ex terra prodibunt. Illud est *εγρηγοῦσαι*, hoc *αναστηναι εκ νεκρων*. Adeo hæc & ad vulgus nota sunt, ut verbum de eis addere pudeat.

## §. 12.

Postquam autem sic evigilaverint mortui surrexerintque ex terra, tum *ἐπιφανσει ὁ Χριστός* resuscitatis hominibus. Verbum hoc, *ἐπιφανω*, ut supra jam monuimus, proprie  
de

de sole adhibetur oriente, diemque afferente, qui fugatis tenebris luce omnia collustrat. Dicitur igitur Christus ultimo hujus ævi die solis instar illucescere, diemque afferre quam clarissimum, h. e. omnia hominum opera, tenebrarum nocte eo usque oblecta, in lucem proferre manifesta que reddere. Neque hic est, quod in dubium vocari possit, illustrationemque prolixiorē postulet. Affero tantum locum vere parallelum 1 Cor. IV: 5. *Nolite iudicium ferre ante tempus, usque dum venerit Dominus, qui etiam φανερα in lucem proferet, sive solis instar illustrabit occulta tenebrarum, animorumque consilia manifestabit.*

§. 13.

Non esset, inquit, hæc explicatio per se incommoda, nec tam facile rejicienda, nisi obstaret modus imperativus *εγρηγορει, αρασα*, Qui enim jubeas mortuum evigilare ex mortis somno, atque ex sepulchro surgere? Verum enim vero non est, ut de hac difficultate diu multumque laboremus. Neque enim hic loquendi modus, quem dicunt imperativum, semper imperat jubetque. Unum profero exemplum, cum hoc loco amicissime conspirans. *Respondit. Jesus dixitque Judæis: Διατατε τον ναον τουτου, και εν τρισιν ημεραις ηγερω αυτον, solvite hoc templum,*

H h 4 plum,

*plum, & tribus diebus illud erigam, Job. II: 19. Jubeatne Christus Judæos Ipsum vita privare? Minime vero, sed tantum prædicat, Se, ubi corpus suum necaverint Judæi, illud tertio die suscitaturum esse. Perinde igitur est, ac si Servator Optimus his verbis usus sit: postquam hoc templum destruxeritis, tribus illud diebus restauraturus sum. Eodem modo verba nostra sunt exponenda: postquam tu, qui somno mortis oppressus in terra dormis, evigilaveris, atque ex sepulchro prodieris, solis instar Christus tibi illucescet, factaque tua omnia in lucem proferet.*

## §. 14.

Accedit huic expositioni non exiguum ex connexionione robur. Adhortatus erat divinus Apostolus Ephesios Christianos, ut ne festis gentilium diebus eadem cum incredulis opera nocturno tempore peragant, noxia quippe mortisque stipendium merentia; sed ut potius ea etiam reprehendant, sive de turpitudine damnoque eorum, quos & quot possint, convincere studeant, *vs. 11.*: tam enim foeda & tam turpia esse, quæ in tenebris occulte peragere soleant increduli, ut vel ore ea proferre turpe sit, *vs. 12.* Quibus hæc adduntur *vs. 13.* τα δε πάντα ελεγχόμενα υπο του φωτος φανερωται παν γαρ

## Observatio ad Eph. V: 14. 469

το φανερούμενον, Φως εσι, hæc vero omnia reprehendenda manifestabuntur a luce: erit enim lux, quæ omnia manifestabit. Paucis hæc sunt illustranda, cum dicto nostro immediate præcedant, maleque exponi soleant. Voces ὑπο τοῦ φωτός non cum voce ελεγχόμενα, sed cum verbo φανερύται sunt conjungendæ, quemadmodum addita ratio abunde docet. Demonstrat nimirum Apostolus, quamvis turpia illa facta jamjam occulta sint, nocturno quippe tempore atque in tenebris peragi solita, non tamen æternum occulta fore. Hæc enim omnia, ait, a luce manifestabuntur. Præsens ponitur loco futuri, sicut & supra vs. 6. ἐρχεται πρό ελευσεται, ad indicandam rei certitudinem. Vox ελεγχόμενα, quam vertimus *reprehendenda*, quod & hic præsens loco futuri adhibetur, finem futuræ illius manifestationis indicat. Hujus vero sententiæ, quæ omnia turpiter facta a luce olim manifestatum iri prædicit, hanc affert rationem Apostolus: παν γὰρ το φανερούμενον Φως εσι. Quibus verbis Interpretes putant indicari, lucis nomine id omne insigniendum esse, quod aliquid manifestum reddit. Sed hanc vulgarem sententiam, quam nemine docente norunt omnes, Apostolo nostro haud facile tribuam. Docent potius hæc verba, fore (εσι pro εσαι ponitur) lucem sive diem, qui omnia sit manifestaturus.

Quodsi enim ejusmodi dies, qui nihil tenebris obtectum sinet, aliquando illucescet; omnia etiam turpiter facta, obscurissima quamvis nocte perpetrata, in clarissimam lucem tum proditura sunt. Atque hanc sententiam verbis nostris & probat & illustrat Apostolus, docentibus quippe, futurum esse, ut Christus judex, peracta resurrectione mortuorum, solis instar illucescat, & quæ in tenebris adhuc latuere, coram omnibus patefaciat.

## §. 15.

Quæ connexio quo magis pateat, addimus utriusque commatis paraphrasin: *Nolite vero arbitrari, æterna, æterna nocte turpissima hæc opera obtecta fore. Quamvis enim diutius sub densa tenebrarum caligine lateant, nocturno tempore perpetrata, ab oritura tamen aliquando luce isthæc omnia manifestabuntur, reprehendenda tum & punienda. Erit enim dies splendidissimus, qui omnia omnino hominum opera, bona & mala, honesta atque turpia, clarissima luce colustraturus est. Propterea dicitur in hymno illo vestro, postquam evigilaverint, qui in terra dormiunt, ex somno mortis, surrexerintque ex terra, fore, ut Christus solis instar hominibus illucescat, omnia ipsorum opera in serena luce collocaturus.*



Ut plurimum enim ea, quæ nimio artis splendore fulgent, non adeo firma deprehenduntur. Ad tegendam certe falsitatem multa opus est arte atque ingenio, & quo quis magis ab arte est destitutus atque doctrina, eo minus hominibus persuadebit falsa. Age vero, periculum faciam, an minori adjutus arte, simpliciore ratione, eam verbi nostri reperire queam potestatem, quæ in locis supra indicatis reliquis erit anteferenda.

## §. 2.

Equidem infitias ire nequeo, propriam verbi nostri notionem, eamque usu satis probatam, esse: *secare in duas partes*, & sæpissime de *corporum dissectione* venire. Ast vero hæc nostris textibus applicata significatio, tantum abest, ut aliquid adferat lucis, ut potius omnia turbet, & mirum subeat, fuisse unquam, cui arriserit, Virum doctum. Ne actum agam, de ea non verbum addo. Itaque alia, quæ magis quadrat, quærenda erit significatio. Legitur autem verbum nostrum de *qualicunque* etiam *corporum dissectione*, nulla plane partium numeri habita ratione, quæ improprie pro gravissima aliqua poena, vel etiam pro multis verberibus tergum secantibus, sum-

ta,

ta, suos eosque nobiles habuit defensores. Sed quantis hæ quoque sententiæ preman-  
tur difficultatibus, ostenderunt alii. Novam  
iniit rationem f. R. HARENBERGIUS in *Bibl. Brem.*  
*Nov. Cl. V. p. 455. sqq.* putans, herum ita  
dissecuisse servum, ut duplicem, quam in-  
duerat, personam in eo distingueret, ut  
adeo facies ejus & fucata & aperte mala ap-  
pareret. Sed f. R. ERNESTI in *Biblioth. Theol.*  
*nov. T. VII.* duram dicit istam expositionem,  
quæ præterea poenam servi nequam nimis  
reddat levem.

§. 3.

Quid igitur consilii? Ego quidem puta-  
verim, διχοτομεῖν talem quoque innuere  
posse *dissectionem, qua res s. persona una ab*  
*altera, cui adhæserat, dissolvitur & removetur.*  
Quamquam nulla mihi hujus significatus  
exempla in græca occurrerunt voce; sunt  
tamen, quæ pro stabiliendo illo proferri  
possunt non pauca, nec adeo levia. Satis  
enim constat inter eruditos, in sacris Novi  
Testamenti tabulis plures offendi locutiones  
hebraicas, quales apud profanos frustra  
quæsieris auctores. In hebraicis autem  
difficile non erit verba reperire, quas pro-  
prie quidem *dissectionem totius in partes no-*  
*tant, nihilo tamen secius etiam de abscisio-*  
*ne,*



ne, remotione, reiectione &c. unius ab altero dici consuevere. Atque id nunc propius sum demonstraturus. Usurparunt quoque LXX. verbum διχοτομῆν, atque nomen inde formatum διχοτομῆμα, substituentes illa vocibus hebraicis נתח atque גזג. Illa prior quidem, quantum novi, rem nostram in illustri haud ponit omnino: hoc tamen negari nequit, radicem נתח qualemcunque, nec vero dissectionem in partes præcise duas tantum significare. Legitur enim *Exod.* 29: 17. ואתהאיל תנתח לנתחיו h. e. juxta LXX: καὶ τὸν κερὸν διχοτομήσεις κατὰ μέλη. Quod si proprie dicta dichotomia foret intelligenda, illud, quod additur, κατὰ μέλη, ego quidem, quomodo exponi debeat, nescio. Vel sectionem in duodecim partes per נתח indicari, videre est *Jud.* 15: 29. ubi per μερίζον redditur, uti & *Jud.* 20: 6. *1 Reg.* 18: 33. *Lev.* 1: 6. per κρεατομῆν autem *Lev.* 8: 20. Nec tamen *abscissionis* ideam a nostra plane exulare radice, patet ex *Ez.* 24: 4. *Lev.* 1: 8. ubi nomen נתח, græce διχοτόμημα, nil nisi *frustum*, indicat *abscissum*, non *discissum* vel *dissectum*.

## §. 4.

Ast vero verbum גזג, unde nomen descendit גזג, quod a LXX quoque *Gen.* 15:

τὸ διχοτομεῖν Matth. XXIV: 51. &c. 475

17. διχοτόμημα redditur, ita est comparatum, ut inde, quicquid ad rem nostram facit, efficere possimus quam facillime. Illud enim non tantum pro *dissectione corporis duas in partes* dicitur 1 Reg. 3: 25, 26. ubi de infante illo sermo est, quem Salomo duas in partes discindi voluit, ut litigans utraque mulier dimidiam ejus acciperet partem, nec tamen ideo a LXX διχοτομεῖν, sed ἀφαιρῆν vertitur, conf. Ps. 136: 13. sed etiam id, quod volumus, *abscissionem, excisionem, remotionem* ἔσ. unius ab altero significat. Ita enim de Ulia Rege legimus 2 Chron. 26: 21. יהוה נגזר מבית יהוה h. e. secundum LXX: ἀπεσχίσθη ἐκ τῆς οἴκου κυρίου, & secundum Vulg. *ejectus fuerat de domo domini.* Pari modo etiam Ps. 88: 6. de mortuis dicitur: נגזר מידך, LXX. ἐκ τῆς χειρὸς σου ἀπίσθησαν, Vulg. *de manu tua repulsi sunt;* & de Messia Jes. 53: 8. נגזר מארץ חיים; græce: ἀίρεται ἐκ τῆς γῆς ἡ ζωνή αὐτῶν, Vulg. *abscissus est de terra viventium.* Huc quoque pertinet Thren. 3: 54. נגזרתִי gr. ἀπώσμαι; lat. *perii, proprie repulsus sum;* Ez. 37: 11. נגזרנו lat. *abscissi sumus;* ubi LXX. alio sensu habent ἀφαιρῶμεν. Reliqua mitto. Satis patere duco, Hebræos id, quod διχοτομεῖν redditur, de *abscissione* ἔ *ejectione* quoque dicere. Quin. ita late apud illos hujus vocis patet notio, ut & הפגרים, cada-

*cadavera* Gen. 15: 11. per διχοτομήματα reddant.

## §. 5.

Idem loquendi mos Ebræis usitatissimus apparet quoque in verbo כרת, quod certe Jer. 34: 18. per διχοτομῆν reddere liceat, ubi de vitulo sermo est אשר כרתו לשנים, quem in duas cecidere partes. Nec dubium est, quin LXX. hoc in loco verbo διχοτομῆν usi fuissent, nisi hic, quoad verba saltim, ab ebræo plane discreparent textu. Sed vero idem verbum כרת quam sæpissime *abscissionem, excisionem & repudium* quoque exprimit, e. g. 1 Sam. 28: 9. ubi Saulus Rex *erastit, ἐξωλόθρευσε, pythones, h. e. removit, in exilium misit, expulit*, coll. versu 3. ubi vox הסיר pro כרת extat. Obad. 1: 10. כרת est ἐξαρθήσῃ, *excinderis, abjicieris æternum*; Gen. 17: 14. *omnis masculus non circumcissus excindetur e populo; h. e. e populi ejicietur consortio, nec pro Abrahami æstimabitur filio. Sed satis est exemplorum. Tanta in uno hoc verbo est copia, ut vel plures replere possint paginas. Restat notandum, nomen כריתות, ab hac descendens radice, de repudio, tanquam conjugii discissione, esse in usu. Plura ejusmodi ebræa sunt verba, quæ a dissecandi potestate ad*  
illam

illam *abscindendi*, *abigendi* & *removendi* transferre, sed modum servabo, nec addam, nisi quod cl. SIMONIS in rad.  $\text{דִּיחַ}$  notat, eam esse, 1) *secare*, 2) *fastidire*, — quia *contemptus* & *fastidium* est quasi *abscissio* & *separatio* a re minus grata; sicut Lat. *temno* & *contemno* est a græco  $\text{τέμνω}$ , *abscindo*, *refeco*. Hæc ille. Conferri quoque posse videtur  $\text{κατάτομή}$  *perfectio*, *dissectio* Phil. 3: 2., ubi est pro  $\text{ἐκτομή}$ , *circumcisio*. Neque hic prætermittendum est, quod & nos vernacule dicere solemus *verabschelden* / h. e. *discindere*, *separare*, pro *removere ab officio*, *dimittere servum*. Quum præterea vocula  $\text{δίχα}$  & *seorsim*, *separatim* significat, quid impedit, quo minus  $\text{διχοτομεῖν}$  nostrum pro *abscissione*, *secrezione*, *remotione* &c. sumamus?

. §. 6.

Hisce præstructis, uterque textus noster hunc fundit sensum: *Aderit berus ex improviso, & servum illum nequam adhuc sibi conjunctum abscindet s. excindet h. e. rejiciet, dimittet; adeoque eum procul a se facessere jubebit cum infidis, in quorum consortio tristem suam deflere poterit sortem & præ indignatione fren- dere dentibus, quando indigna ex opinione sua pati cogitur.* Nec dubium mihi est, hunc eundem esse sensum, quem Syrus, veteres-  
*Bibl. Haganæ Cl. IV. F. III. I i que*

que *Latinae* intendere *Versiones*. Hæ nempe habent: *dividet servum*, nempe *a se ipso*, h. e. *removebit*, *e suo ejiciet consortio*. Sic *Scythes Adria divisus objecto* dicitur ab HORATIO L. II. Od. XI. *remotus quasi & sejunctus a ceterorum hominum consortio*. Idem Vates L. I. Od. III. & verbo *abscindere* utitur pari ratione, canens:

*Nec quicquam Deus ABSCIDIT  
Prudens Oceano dissociabili  
Terras.*

*Ille* autem verbum אָבַד habet, quod pariter *quamvis innuit divisionem & separationem*, de qua radice & *pellex* dici solet ab Ebræis, quia *removeri facile potest & repudiari*.

### §. 7.

Neque hæc omnia sunt, quæ meæ suppetias ferunt sententiæ. Ipsa res atque nexus textuum hanc plane requirere videntur explicationem. Quod ne gratis dixisse videar, observo: 1) Servatorem nostrum his in locis non loqui de quovis infimæ fortis servo, qualis dimitti non solebat, nisi pro remunerando egregio aliquo facinore, & malefacta sua luebat verberibus; sed de *Oeconomo*, vid. *Luc. 12: 42*. h. e. homine aliquo

aliquo ultra plebis feces elato; quālis pro poena verberibus non onerari, sed ab officio removeri solebat, cūjus rei exemplum exhibetur *Luc. 16: 1. Jqq.* in Dispensatore illo injusto, qui antequam pellebatur, satis prudenter suis consuluit rebus. Quare, quod *ὡς ἐν παράδειγμα* observa, eximie illi falli videntur, qui sub dichotomia hic poenam aliquam intelligunt crudelissimam, qualem in Dispensatores etiam injustos non cecidisse dixi.

§. 8.

2) Verba, quæ sequuntur: *Et sortem ejus ponet cum infidis s. hypocritis*, tanquam interpretamentum adponuntur τῷ διχοτομήσει αὐτῶν, siquidem statum dispensatoris futurum, comitantem *διχοτομίαν* illam, directeque oppositum antecedenti, eleganter exprimunt. Antea enim herus ejus sortem secum ipso posuerat, sua eum dignatus familiaritate: jam vero suo eum interdixit consortio & divisit, aliis nimirum eum dāns socium, ipsi similibus, æque infidis atque hypocritis, qui amicis destituti, laboris insueti, duram patiuntur pauperiem, nec tamen mendicare volunt, quoniam pudet; quique undique miseria pressi tristem suam deplorant sortem, frendentque indignantes, se honesto natos loco, nec, ut sibi persuadent,

meritis carentes, cum tantis luctari debere infortuniis, se ante nectare pastos atque ambrosia jam siccum non habere panem & vappam. Sed satis notæ sunt ejusmodi hominum querelæ & fletus.

## §. 9.

Observo 3) hanc fabulam Jesum de Judæorum narrasse Antistitibus, quippe quos Deos Judaicæ gentis constituerat oeconomos. Sed illi, abjecta muneris sui cura, male tractabant plebem, nec cuiquam, sicuti debebant, aliquid sacræ instillabant doctrinæ. Vino epulisque dediti vivebant securi. Tandem vero apparuit Dominus, justus facinorum Ultor, urbem eorum delens & gentem. Tunc quoque illos Antistites nequam ab officio removit nec amplius pro suis agnovit Dispensatoribus, quibus quidem alios jam substituerat magis probos atque fideles; sed procul a se facessere jussit cum aliis nebulonibus, ubi satis miserabilem suum deplorabant statum, & indignabantur, se nobilissima oriundos stirpe, per tot temporis intervalla inter omnes alios orbis terrarum populos eminentes, quin divina fructos familiaritate, jam adeo esse abjectos, ut omnium infimè videantur. Tunc sane excisi sunt infidi isti & ejecti e domo terraque Dei. Atque ad

hunc

τὸ διχοτομεῖν Matth. XXIV: 51. &c. 481

hunc usque diem eorum posterius inter alios errant gentes, contemptus atque paupertatis, aliaque plurima ferentes incommoda, nec ideo superbos, quos sibi sumserunt, remittentes spiritus. Sed res patet.

§. 19.

Unum est, quod adjicere lubet. Alii etiam dantur Interpretes, qui in verbo *διχοτομεῖν* *separationis* agnoverunt notionem cum conjuncta remotione ab officio. Sed ita rem explicant, ut servum illum nequam a cetera Domini familia segregatum esse asserant, in quo illos errare autumo. Id enim si intendisset Jesus, addidisset, credo, ἀπὸ τῆς θρασύτητος. Nec a familia dici potest abscissus esse, cui quippe non adhæserat, sed tanquam homo honoratioris ordinis præfectus fuerat. Nec Judæorum Antistites, quos respicit Optimus Servator, a populo sunt separati, cujus ipsi pertulere fata, quum pars ejus maxima infidi & hypocritæ illi erant, ad quorum confortium herus illos ablegavit. — Itaque paucis modo sat simplici, ut puto, hos explicui textus. Num acri rem tetigerim, tu judica, Lector.





I V.

JOANN. CHRISTOPH. HARENBERGII

E P I S T O L A

ad Virum maxime Reverendum

JOANNEM AUGUSTUM DATHE,

huic offerens responſionem ad monita  
nonnulla, innexa hujus Diſſertationi.

de

Ordine Pericoparum biblicarum non mu-  
tando, publicatæ in *Bibliotheca Hagana*  
*Class. III. fasc. 2. pag. 235-325.*

SYNOPSIS EPISTOLÆ.


Prologus seu Proœmium.

- §. 1. *De ordine, qui inest pericopis biblicis generatim.*
- §. 2. *Particulæ, pericoparum materies, passim sunt nonnunquam mutatæ.*
- §. 3. *Eædem additione & omissione a librariis mutationes subierunt quasdam.*
- §. 4. *Exempla exhibentur enuntiatorum tum omis-  
sorum, tum insertorum.*

§. 5.

- §. 5. *Non quævis ordinis chronologici omiſſio vitium arguit.*
- §. 6. *Sarah, cum angelo colloquens, erat effoeta & pulchritudinis orba; ipsa, ad Abimelechum ducta, erat admodum pulchra.*
- §. 7. *De mentione loci Beersabe Gen. XXI: 14. ac de prolepsî geographica.*
- §. 8. *Argumenta exponuntur, quibus hystero-logia, inter Gen. XIII: 3. & XX: 1. adsumta, innititur.*
- §. 9. *An ordo chronologicus, sine, litteris divini-rioribus præfixo, non violato, mutari potuerit, disquiritur.*
- §. 10. *Hystero-logia chronologica, mutationem ejusmodi contigisse, demonstrat.*
- §. 11. *Ars critica est semper in adplicationibus & in usu eadem.*
- §. 12. *Providentia Dei, in ecclesiam fecunda & perennans, verboque suo litteris consignato & adminiculis, ad illud recte intelligendum aptis, invigilans, prædicatur.*
- §. 13. *Indicantur quædam hystero-logiæ chronologi-æ, quæ sunt species transpositionum.*
- §. 14. *Ordo hystero-logiarum ejusmodi receptus non est mutandus.*
- §. 15. *Illustratur hystero-logia, ad Abimelechum referenda.*
- §. 16. *De more scribendi volumina & libros pri-ſco.*
- §. 17. *Notantur nonnulla in cel. Dathii Dissertatione.*

## P R O L O G U S.


 Dissertationem Tuam. VIR MAXIME REVERENDE, legi animo tranquillo, nec moleste tuli, quod tragulas nonnullas in scriptum meum quoddam emisisti. Eis enim me non læsisti. Non ignoras fortasse, tela non omnia adsequi scopum. Nam *non feriet semper, quodcumque minabitur, arcus.* Eruditionis Tuæ ex penu aliunde condito multas adposuisti dapes, amicos excepturus. Si vero cum adversariis in certamen descendere apud animum statuisses, controversiæ formasses statum, edisserens, quem & qualem ordinem designares, qui ex opinione Tua non sit mutandus, & quam mutationis speciem, an unam, an multiplicem excludendam esse arbitraris, & quænam sit illa. Videris diaphanissima delegisse, & Minervam fastidire armatam. Noiti, ordinem esse similitudinem variorum, quæ simul sunt vel simul esse possunt juxta sese. Si ordinem *contingentem* menti obversantem tenuisti, quem quidam fortuitum adpellant, non potuisti ab eo scopum ordinantis disjungere. Simulac porro varia illa animo perlustras, quæ sunt in pericopis biblicis obvia, tum Tuo se animo offerunt enuntiata, interpunctiones, nomina, verba, & ea, que

quæ his determinandis accesserunt. In hisce variis etiam puncta vocalia Hebræorum, spiritus Græcorum, accentus & litteræ locum habent. Hæc universa ad ordinem variorum internum confluunt & spectant. Quemnam ordinem in his deprehendes nusquam mutatum, a nemine mutabilem? Si ad scopum variorum adtendis, ne hinc quidem problema expedies. Dividenda sunt ordinis varii genera. Ordo enim alius est chronologicus, alius est narrationi meræ proprius, alius est dogmaticus, alius ad voluntatem ac sensationem movendam aptus, &c. Hysterologiæ referendæ sunt ad genus ordinis historice chronologici. Ad harum unam & alteram respexi, de pericopis biblicis commentatus, ad alias haud perinde. Dabis & concedes, legi in V. T. aliquot hysterologias; olim e prima sede aliorsum transpositas, illæso Dei scopo, quem per ordinem totius ad salutem nostram Scripturæ voluit obtinere. In regno naturæ exempla consimilia se nobis sæpe offerunt. Tecum vero infitior, ordinem pericoparum jampridem receptum a quoquam esse mutandum, licet in partibus, quibus illæ constant, emendari, si causæ satis adsit, aliquid & possit & debeat. Non dissentis. Cur RICHARDUM SIMONIUM denuo diu post viri cineres refellas, rationem gravem non video esse ullam. Ipse

enim liberiores sententias, de Mosis Pentateucho expositas, in libro suo *Histoire critique du Vieux Testament*, quem Parisiis foras dedit 1673, 4. rectoribus enuntiatis permutavit in scripto: *de l'Inspiration de livres sacrés & in Opusculis criticis adversus Isaacum Vossium*, editis Edinburgi 1685, 4. Quum insectatores nihilominus non omitterent veterem canere querelam, ipsos anno 1693 delegavit ad priorem librum gallicum in *Lettres critiques*, quas publicavit 1699, 12, Basileæ, rectius, Rotomagi p. 58.. Conferri potest ejusdem liber 1689, 12, editus sub titulo: *Apologie pour l'Auteur de l'Histoire critique de V. T. contre les faussetez d'un libelle publié par Michael le Vassor, Prêtre de l'Oratoire*. Ad has quoque Vindicias lectorem Simon remisit in *Lettres critiques* p. 349. An illi, qui artis Criticæ abusum & primos Simonii errores aliis nostra ætate velut caput Medusæ objiciunt, sunt in ea, quam jactant, aula magistri? Quid Tibi videtur? Cur vindicias Simonii & ejus ad faniora reditum tacuisti? Meum est, optima de Te posthæc sperare. Liceat mihi nunc animum calamumque ad Dissertationem Tuam, varia doctrina ornatam, convertere.

## §. I.

*Vir Doctissime*, Pericoparum biblicarum duplex cogitari potest ordo, prout is vel ad interna, quibus constat, vel ad ea, quæ juxta & extra eum sunt, refertur. Si hujus primordium vel finis minus recto in loco adparet, mutationis remedium ei adferendum est. Sin vero omnis pericopa est hystorologia historica, ipsam mente in locum ipsi convenientem restituamus oportet; re ipsa autem e loco, quem dudum occupavit, movere non licet. Ordo, intra pericopam obvius & e variis verbis & enuntiatis contextus, si irrepperint navi librariorum vel typothetarum, est emendandus: ideoque navi, in eum illati, mutantur oportet. Dantur loca, in quibus est aliquid alieni insertum, aliquid omissum, aliquid minus dextre exaratum vel excusum. Ordo igitur internus ita fuit mutatus, ac denuo a navi debet purgari, & tantisper mutandus est. Viri Clarissimi BENJAMINI KENNICOTTI digna memoratu est hæc observatio de V. T. libris ad annum 1766: *Quo antiquiora erant MSta, eo magis eadem a recentiore textu excuso differebant, eoque magis conveniebant cum versionibus antiquis.* Mutatio igitur ab ordine pericoparum.

ricoparum interno non ubique abfuit. Adjungam hujusmodi nonnihil exemplorum, non ut Te doceam, *Vir Magnifice*, in his enim mecum consentias oportet, sed ut lectores intelligant, me nihil tradere novi, & nil moliri, quod sacrosanctæ religioni nostræ & religiosi artis criticæ magistris contrarium tenet,

## §. 2.

Exemplis duobus, ab Amico Clarissimo M. JOANNE JACOBO GRIESBACHIO in *Parte I. Dissertationis criticæ de codice 4 Evangeliorum Origenis, Halæ edita 1771, e N. T. adlatis*, in præsens utar, ut, enuntiatis pericopas, rarissime quidem, orbandas esse, diluceat. Legimus hæc vulgo *Rom. XI: 6: Εἰ δὲ ἐξ ἔργων, κατὰ χάρις ἐπὶ τὸ ἔργον κατὰ εἶναι ἔργον.* Enuntiatis, quæ proxime præcedunt, id ipsum jam tradiderat Paulus. Ergo repetitio hæc videtur supervacua esse, quæ tandem in obscuriora abit. Non leguntur hæc in Codicibus *Alexandrino, Casabrigiensi*, aliisque, in *Ephræmo, Vulgata, Copto, Aethiope, Origine, Hieronymo, Armeno*. Quid Tibi videtur statuendum, *Vir doctissime*, de verbis illis *1 Cor. X: 28. τὰ γὰρ κωλύει ἡμῶν, καὶ τὸ πληρωμα αὐτῆς.* Hoc sine videri poterat in causâ esse, cur hæc esset id  
Chri-

Christiano edendum, quod ipsi tanquam idolothyton erat indicatum? Quin potius hinc denuo videri poterat tradi, licere vesci idolothytis, quippe quæ constant rebus a Deo procreatis & in ejus supremo dominatu sitis? At antiquissimi Codices manuscripti & versiones, ætate & diligentia commendabiles, verba illa non habent, repetita ex inciso 26, quod sequebatur hæc verba: *δὴ τὴν συνάθειον*. Hinc denuo in fine incisi 27, dictans vel descriptor ea iteravit. Ordo igitur internus pericoparum, receptus puta, aliquando est mutandus. Hisce nunc plura addere ex usu meo non est. Id unum addas velim, exscripta esse volumina foederis prioris jam diu, antequam eis adjungerentur foederis posterioris scripta.

§. 3.

Dabo Tibi nunc exemplum omissionis e priori foedere, quam scopus dicentis & ipse contextus respuit, ut doceam porro, dari casus, qui indicent, in ordine contextus esse aliquid mutandum, eoque interno. Significare Tibi, *Vir Doctissime*, liceat, *hebdomadas septem* deesse in loco *Dan. IX: 25, 26*. Ibi in inciso priori *hebdomades septem & sexaginta duæ* ab edicto Artaxerxis primi seu Longimani usque ad Messiam Principem  
 nume-



numerantur; in inciso autem posteriori ab eodem primordio memorantur usque ad mortem Messiae duntaxat *hebdomades duae & sexaginta*, nec ulla in editionibus, quibus utimur, illarum *septem* adjicitur mentio. Differunt hi numeri, ut anni 483. ad annos 434. Si prius temporis indicium est natalis Jesu nota, ac posterius designat annum mortis Jesu, tunc existimemus oportet, Jesum esse mortuum, postquam 16. annos vixerit (a). Si uterque numerus simul indicat tempus, quo Jesus obiit, contradictio inde oritur sat magna. Differentia enim illorum annorum exhibet annos 49. *Aquila tamen & Symmachus* in utroque inciso memorantur *hebdomadas duas & sexaginta ac septem hebdomadas*. An dubitabis, eos interpretationem suam heic congruenter Codici suo hebraico confirmasse? *Theodotion* vero ultimo loco *hebdomadas septem* vel in Codice suo haud legit vel eas omisit. Fortassis intercedere aliquis potest, monens vel etiam fingens, *hebdomadas septem* incisi 26 potuisse *Aquilam & Symmachum* de suo addidisse vel ex inciso priori repetiisse. Si ipsi doctrinae Jesu addicti fuissent, conjectura ejusmodi nonnihil puncti ferre posset, inprimis si calculum heic

(a) Adde quod Jesus ad minimum in terra ante mortem vixit annos 33, quibus a 49 annorum spatio demtis, supersunt anni 16.

heic iniri ab Artaxerxis primi edicto ad  
 ortem usque Jesu Christi, credidissent.  
 At *Aquila* & *Symmachus* erant Judæi, quo-  
 rum interpretationem græcam ORIGENES in  
*Hexapla* græca susceperat, nequid Judæi in-  
 terpretationibus aliis, quibus Christiani so-  
 ebant uti, objicere porro auderent. Id  
 ipse *Origenes* luculente prodidit in *Epistola*  
*ad Africanum* §. 4, 5. Nec ignotum est  
 aliunde, *Aquilam* & *Symmachum* fuisse Ju-  
 læos, quorum potius intererat, ut ea in-  
 terpretationibus suis infererent, quæ doctri-  
 nam Christianorum de tempore adventus  
 Messiae turbarent potius quam (b) adjuva-  
 rent. Nullatenus igitur fit verosimile, ipsos  
 ex inciso priori repetiisse hebdomadas sep-  
 tem, dum vaticinium de reædificatione pla-  
 earum ac moenium Hierosolymæ erat utri-  
 que numero interpositum, & ipsi, hoc per-  
 parenthesin esse explicandum, fateri neces-  
 sium non habebant, dummodo id animad-  
 verterant. Videntur igitur Codicem, quo  
 utebantur, secuti esse. *Origenes* eam senten-  
 tiam confirmat. Videtur igitur *Theodotion*  
 Codice usus, in cujus inciso posteriori heb-  
 domades septem non fuerunt lectæ. Meum  
 non est heic aliquid definire, sed potius  
 ergo hunc scrupulum, qui me pungit, hu-  
 meris

(b) Conf. JO. CHR. WAGENSEILII *Comm. ad So-*  
*tab* p. 68. s. *Altorfi* 1674. 4.

meris Tuis & acumini Tuo, aliis eximendum, impositum volo. Sunt certe in foederis Novi scriptis consimilia omissionum exempla intra pericoparum corpus non unis in locis. Nomen *Ιερεμιας* Codices nonnulli & interpretes Syrus *Matth.* XXVII: 9. non habent. In aliis adparet nomen *Ζαχαριας* in margine. Ante Origenis tamen ætatem insertum ibi erat nomen Jeremiæ. *Eusebius*, *Hieronymus* atque *Augustinus* de eo disputarunt, & *Augustinus* retulit, neutrum nomen in Codicibus nonnullis legi. Origenes vero *Homil.* XXXV. conjectat, aut Jeremiam ibi substitutum esse Zachariæ, aut esse aliquam apocrypham scripturam. Suasisse igitur videtur omissionem nominis Jeremiæ. In omissionibus sæpe librarii, eisque dictantes, negligentiam suam prodiderunt, imminentes mercedi, magis tamen in libris N. T. quam V. T. Nonnunquam, scriptura si vix legi posset alicubi, nec meliores codices essent ad manus, librarii partem contextus scribere omiserunt. Divisio librorum N. T. in eos, qui exarabantur usus ecclesiarum publici causa, & in illos, quos Christiani occultabant domique tantum legebant, vel in tabulario etiam Ecclesiæ adservare soliti erant, nisi nobis ob animum versetur, facile nos eo implicamus errore, ut conqueramur de omissis, quæ olim certe in codicibus

us nonnullis jam adparuerunt. Nam in libris, publicæ prælectioni olim destinatis, ea erant omissa, quæ rudioribus vel hæreticis vel exploratoribus ethnicis erant offendiculo. Unde usu venit, ut in numero horum librorum nomina & tituli non referrentur Apocalypseos aliorumque (c) scriptorum, ac ut libris quibusdam asceticis tandem inter eos indulgeretur locus. Omissiones multæ ex ὁμοιοτελευτοῖς & simili enuntiatorum initio sunt ortæ. An vero Ebræi si sint illa librorum suorum canonicorum divisione, in præsens non audeo definire, argumentis, quæ eam mihi persuadeant, adhuc destitutus. Tuum est, *Vir Clarissime*, hanc, si qui sunt, qui eam tuentur, evertere & profligare divisionem. Perpende tamen locum *Dan. XII: 4, 9.*

§. 4.

Meum vero est, ad pericopas ipsas Teum, *Amice*, progredi. Has posse in classes suas distribui, dabis facile & concedes. In dogmatibus & tractationibus de officiis vix potuit transpositio a quoquam committi.  
 Ac

(c) Celeb. J. M. HASSENCAMP in Anmerkungen über die letzte Paragraphen des Hn. Hofraths Michaelis Einleitung.

At in argumentis historicis vel mixtis vel puris, ad quæ etiam vaticinia & prædictiones eventuum futurorum spectant, facilis fuit ad transpositionem via vel in parte vel in toto. Ad partem refero, siquid referatur ad caput sequens, quod priori adhuc adhæret. Hujus rei exempla passim sunt obvia. Eodem referendas duco particulas gestorum vel etiam unius pericopæ, in quibus ordo transpositus est, vel hysteron proteron admissum. Ut fidem dictis faciam, provocare libet ad *Exod.* IV: 29. s. ubi *R. Saloma Isaacides* hoc adjecit monitum: *In sacris litteris series eventuum non observatur exacte.* Ordo chronologicus *Pf.* CVI: 17-34. Auctori haud placuit, beneficia Dei cum Israëlidarum malefactis in comparisonem adducenti. Nec ipsæ Psalmorum & quædam vaticiniorum collectiones ad rationes ordinis chronologici sunt olim contemperatæ. Exstat *Nebem.* XII: 22-26. pars cujusdam pericopæ, temporibus Darii Codomanni Persarum Regis Regumque aliquot, quibus hic successerat, scripta, ad ætatem Nehemiæ haud congruens. An aliunde hæc pericopa vel ejus pars huc fuit transposita, ut inde patesceret famæ veritas, vulgantis, Sacerdotum ac Levitarum classes classisque earum viros sæpius fuisse, numero inito, descriptos? Si iudicio meo ad hunc no-

dam

dum solvendum uterer, nec sententiæ Tuæ facerem satis, tunc mihi nonnihil ex R. SIMONII licentiosis artis pseudo critica recessibus esses ad animum revocaturus, viri scilicet, qui Protestantium insectatorem egit versipellem (d) quam maxime. Incusare videris me consensionis cujusdam criticae cum isthoc Simonio. At sacramento contendere possum, me illum Simonii librum numquam legisse. nec ejus legendi fuisse avidum, ex quo epitomen inde concinnatam in *Actis Eruditorum* (e) legeram. Ex aliis vero *Simonii* ejusdem scriptis, quæ legi, facile, quantis ipse in suo genere præconiis dignus fuerit, intellexi. Interpretes ipse diviniõrum litterarum, scripta Patrum, opera rarissima evolverat, ac de eis plerumque satis solide judicabat. Copia & magnitudo scientiarum ejus, nec non communitas imbecillitatis humanæ, vetant virum post funera vituperare, jubentque nos sollicitè ab ejus erroribus nobis cavere.

§. 5.

(d) Teste ejus *Fide Ecclesiæ Orientalis*, edita Paris. 1671. 4.

(e) A. 1682. pag. 94. A. 1686. pag. 100—104. Plura de Simonio adtuli in mea de *Ordine Jesuitico tractatione* pag. 1753. f.

## §. 5.

Nisi fallor, *Vir Magnifice*, idem mecum de Simonio sentis. Non dubito, quin eis, quæ nunc expositum eo, album calculum sis adjecturus. Fateor ingenue, Autoribus, qui apud animum haud statuerunt, se Annalibus scribendis vel rebus gestis, ubique seriem temporis servaturis, operam daturus, id vitio haud vertendum ducendumve esse, si chronologicum filum in scriptis historicis suis passim seponant. Herodotum, Justinum, aliosque historicos non nauseamus, propterea quod seriem temporum sæpe omittunt. Quis Mosen ideo fastidiet, quod Cainidarum prætermittit chronologiam? quod Semi genealogiam ad latera divergentem non tractat chronologice? quod Esavi posteros ad annales non reduxit? quod Keturæ concubinatum vel conjugium & liberos ex ea genitos ab omni enarratione chronologica sejungit, eorumque tunc demum meminit, quando prolem unicam, ex Sara susceptam, declarare posteritati voluit, promissionum divinarum esse hæredem & hanc hæreditatem cum posteris Keturæ non communicatum iri?, Videtur Abrahamus Ketura jam usus esse, antequam promissionem divinitus de Cananitide nactus erat. Chronolo-

nologiæ facem Moses ibi e manibus non deponit, ubi scopum suum primarium, Israëlidarum originem & promissionis divinæ fructum, ob oculos habet. An ad hunc scopum res Abrahami cum Abimelecho, Palæstinorum regulo, gestas referre velis, Tuum, *Vir Præstantissime*, esto arbitrium, Tuum munus.

## §. 6.

Meum est rationes expromere, quæ me commoverunt, ut res Abimelechi ad tempus reditutionis Abrami ex Ægypto collocem. Enumerabo Tibi rationes meas distincte & luculente, atque sigillatim postea argumentis illustrandis & corroborandis me accingam. Quo factò in modum inquirere animus est, quomodo in eum locum, quem nunc occupant ea, quæ Moses de Abimelecho litteris memoriæ prodidit, pervenerint. Accipe rationem meam principem, quæso. Sarah, Abrahami conjux, præ se ferebat, sibi corporique suo nullam inesse habilitatem ad illecebras conjugales & ad prolem ex se se sperandam, quum Dei legatus vaticinaretur, fore, ut ipsa pareret filium. Ipsa tunc senectutis propria jam senserat, ad graviditatem inepta. Sarah sese cum veste detrita & vase obsoleto, cui nulla est ele-



gantia, species pulcra voluptatisque conciliatrix nulla, comparavit ipsa, addens, se jam antea talem fuisse, quum angelus Dei cum ipsa colloquium sociaret. *Gen XVIII: 12.* Adhibet illud אַחֲרַי בְּלוֹתִי, *an pariam prolem*, postquam vetula sum & vesti prorsus detritæ & nil pulchritudinis habenti similis? Non ignoras notionem, *Vir Optime*, quæ verbo בְּלָה inhærere solet. *Deut. VIII: 4. XXIX: 5. Jos. IX: 13.* Liceat ex Te quærere, an Sarah, in eam conditionem conjecta, dici vel adparere pulcra potuerit? Progredior ad rationem secundam. Hagar errabat in desertis locis prope (*f*) Bersaben. *Gen. XXI: 14.* Tunc vero nondum exsistebat Bersabe vel prior vel posterior. *Gen. XXI: 29, 30, 31. XXVI: 33.* Si dixerò, pericopam *Gen. XXI: 22-34*, connectendam esse cum *Gen. XX: 18*, respondebis fortassis, tria fuisse loca, Bersabe dicta. At Geographi norunt modo duas Bersabes, Versabium vetus & novum. Poteris mihi objicere prolepsin geographicam. Quid in utriusque responsionis modo desiderem, posthæc memorabo. Superest mihi ratio *tertia*, ad Abimelechum pertinens, regulum Philistæorum. Hic Abrahami, Geraram

pe.

(*f*) *Beerschebba* a LXX est in הֶרְשֶׁבֶת, & deinceps notatis locis translatum per φριαρ ὄρη, eo quod compacta ibi sunt a juratis sancita & firmata.

peregre divertentis, uxorem concupivit, cujus pulcritudo Abimelechum ita inescaverat vulgo celebrata, ut eam ad sese perducere juberet & ea fruiturus esset libidinose. Saniora per somnium divinum edoctus, reddidit Abrahamo uxorem intactam, & flexit hanc persuasione sua, ut ipsa in posterum faciem reticulo, seu peplo, si malis, obvelaret, ne quis pulcritudine vultus, qua eminebat Sarah, illaquearetur, & in domum torumque Patriarchæ ne crimen adulterii inferret. Argumento sunt mihi, sic rationem putanti, verba Abimelechi ad Saram Gen. XX: 16. *Ecce dedi mille argenteos fratri tuo putatio. En ille argenteorum numerus tibi esto in velamen vultus erga quemvis, qui tecum versatur, & universum, quod marito tuo dedi. Et certis argumentis comprobata es, constat invictis rationibus, te ejus esse uxorem.* Ponamus vero, Clarissimi JOANNIS PETRI BERGII (g) interpretationem hujus incisi difficilioris esse mea solidiorem, nihil tamen ex ea rationi meæ tertiæ decedet, opinor. Hic vir præclarissimus hanc tradidit nobis interpretationem: *Ecce is, quem fratrem tuum hactenus dixisti, jam erit vir tuus coram omnibus*

(g) *In Specimine animadversionum philologicarum ad selecta V. T. loca p. 6. Lugduni Batav. 1761. 8.*

*bus, qui tecum sunt.* Hæc inclusit parenthesi verba: הנה האלך כסות עינים לכל אשר אחך, & ea interpretatione, quam modo exhibui, latina reddidit. Reliqua, extra parenthesin relicta, Amicus ille præstantissimus sic interpretatus est: *Ecce dedi fratri tuo putatio mille argenteos, & præterea illa omnia, greges, armenta, servos, ancillas, & ipsam te, ac præsertim feminam, quæ nunc dilucide & divinitus monstrata es per argumenta invicta esse ejus uxor.* Hæc optimus & doctissimus Amicus BERGIUS, qui ad illa Corani II, 183, respexit: *Uxores operimentum maritis & hi feminis.* Itaque Saram designari credidit per כסות, *operimentum.* Moses tegumentum oculorum meminit, כסות עינים. Quam ob rem ambigendum non esse videtur, quin Saræ denuntiatum sit, ut ipsa ob maritum ab aliis distinguendum vultui velum obderet, nequis præter illum cuperet rem conjugibus privam cum ea habere. Monuit hoc, nisi fallor, ad illum Corani locum Gelaloddinus. Idcirco non miraberis, *Vir Celeberrime*, si inde collegero, Saram ea Abimelechi ætate adhuc fuisse venustam & perpulcram. Sin vero ordinem Capitum Geneseos sequimur, eo se pulcritudinis decore fuisse insignem, paullo antequam ipsa negaverat *Sarah.* Videbor quidem rectius Tibi facturus fuisse, si rationem meam hanc tertiam

iam rationi primæ addidiffem. At animum ad testimonia diverfa converti. Quoties cum aliis animum induxi ad credendum, danti in terris orientalibus feminas, 89 annos natas, etiamnum, quarum flos pulcritudinis nondum fit caducus, toties mihi testimonium Saræ ipsius obfuit: toties vultus femini, fpectatoribus alienis fubtracti, obteftio, quo minus credulitati me tradiderim, me impedivit. Ecquis fanniones, in Saram & Abrahamum injurios, feliciter & promte repellit? an is, qui Abimelecho eam adductam fuiffe refert effoetam, quali perpulcram? an ille, qui commemorationi Mofis credibilitatem fervat factam teftamque?

§. 7.

En argumentum porro illud, quod ex mentione, de *Beerfabæ*, Mofaica deduxi. Exfiterat nondum Beerfabæ ulla, quum Hagar prope eam oberraret, fi feriem Capitulum vulgatam adfectamur. At fi commemorationem Abrami, in Abimelechi regione nomadicam, adnectimus difceffui ejus ex Ægypto, tunc falva & in vado funt hæc univerfa. Si monueris, *Vir Clariffime*, Abrahamum legi *Gen. XX: 1, 9, 10, 11, 14, 18. XXI: 24, 25, 27, 28, 29.*, non Abramum, mihi licebit viciffim monere, a Paulo adpel-

lari Abraamum, non Abramum, cujus *Gen. XV: 16.*, facta erat mentio. Vide quæso loca *Rom. IV: 3. Jac. II: 23.* Si significaveris, Beerfaben, *Gen. XX: 14.*, memoratam, per prolepsin sic fuisse adpellatam, Mosis videris fidem sollicitare. Quis enim feret historicum, qui Holmiam, Suecorum caput, rebus sæculo decimo gestis innectit? Prolepses geographicæ ac historicæ in scriptis diviniioribus quatenus sint ad veracitatem Dei, eorum Auctoris primi, vindicandam aptæ, id Tibi, Vir Cl. perpendendum relinquo. Auctori illi sanctissimo ego quidem prolepses geographicas tribuere malim nullas, quam in eum vel oracula ejus peccare. Dudum novi, viros præstantissimos in locis haud unis, intra Mosis scripta obviis, ad geographicas se recipere prolepses. Permittas itaque velim, ut pronuntiem, me nullas deprehendisse, ubi illæ solent admitti. Initium faciam a loco *Zoar*, quem Arabes *Segor* adpellare solent. Sunt, qui opinantur, urbem *Zoar*, ad limitem lacus Asphaltitis australem, per prolepsin sic dictam esse *Gen. XIV: 2. XIII: 10.*, & postea demum eo nomine esse designatam *Gen. XIX: 21.* Nil ejusmodi in hoc loco possum invenire, ubi de receptaculo securi refugii sermo est & nomen vetus *Zoar* repetitur. Eum enim sic interpretandum duco: „ *En, quæso*, urbs „ ist-

„ isthæc propinqua est ad fugiendum illuc  
 „ & iste est locus refugii. Eripiam obse-  
 „ cro me illuc. Nonne locus securi & cir-  
 „ cumclusi refugii est iste? certe ibi in vita  
 „ persistam, Tum respondit ipsi Dominus: Ec-  
 „ ce gratificabor tibi etiam, quantum ad hanc  
 „ rem adtinet, quo minus evertam eam,  
 „ quam dixisti, urbem. Festina, proripe  
 „ te illuc, nam nihil potero *ob curam tui*  
 „ perficere, *quod perficere volo*, donec illuc  
 „ veneris. Propterea adpellatur *jam* nomen  
 „ hujus urbis *Zoar.*” Si angelus Jehovah  
 dixisset, urbem **זֹאֵר** nomen trahere ex  
 Zoar, id ipsum illico intelligentiæ pateret.  
 At Angelus significavit, urbem nunc jure  
 meritoque vocatum iri porro *Zoar*, quia  
 præstiterit ea Lotho securam refugii sedem,  
 non quidem ob editum situm, ut antea, sed  
 ob securitatem ab exitio, nunc indulgen-  
 dam. Ob securum loci situm ibi olim erat  
 præsidium militare Persarum, Ægyptiorum,  
 Romanorum. Arabes locum semper adpel-  
 larunt **سِغَر** *Segor*. A JOSEPHO dicitur *Zara*.  
 Verbo **זָרָה**, **זָרָה**, notio inhæret *claudendi*,  
*adservandi conclusum*. Nec tamen nego, ur-  
 bem Segor olim dictam fuisse *Bela XIV: 2*.  
 Urbibus enim non paucis duo vel tria fue-  
 runt olim nomina, eo quod ex diversis vi-  
 cis, quibus sua peculiaria erant nomina,  
 coaluerant. De reliquo mirandum non est,  
 si

si nomina Cananitidis antiquissima ex sermone pure hebraico non sunt enata, sed dialectis eorum suos debent natales, qui circa eam habitarent vel nomadum agitarunt vitam. Ad aliam prolepsin geographicam procedo. Tradunt, locum *En Mischpat* Gen. XIV: 7., esse recentiore Kadescham australem, Num. XX: 16. memoratam. In hujus urbis vicinia petram, baculo Mosis percussam, dedisse sitientibus aquas, novimus ex Num. XX: 11. At hæc aqua ex fonte, *י"ו*, non permanabat, sed ex foraminibus petræ pluribus. *En Mischpat* dicebatur etiam *Kadesch*. Id dilucide indicatur Gen. XIV: 17. At quis inde concludet, tunc nondum fuisse locum quemdam Kadesch? Israëlidæ, Arabiam ingressi, nomina montium, urbium, valliumque eis adpellarunt nominibus, quæ in ea fuerant jam antea. *Kadesch* in limite tribus Judæ australi erat pars desertorum Kadesch Pharanitarum versus boream ultima, ubi circumvicini fontem invenerant, additamque in urbem coibant ad judicia forensia agitanda. Tale enim iudicium dicebatur *Mischpat* Deut. XXV: 1. Job. IX: 32. 1 Reg. VII: 7. Quis ostendet, quæso, solide, antiquitatem loci Kadesch esse minorem natu quam locus *En mischpat*? Ruit fundamentum prolepsios, in bina loca hæc conjectæ. Territorium Amalekitarum erat Abrami ævo inter *En Mischpat* & *Engada*,

gada, circa quæ Emoræi sedes suas habebant. *Gen. XIV: 7.* Qui gentem Amalekitarum ab Amaleko, Esavi nepote, deducunt, prolepsin, in hoc loco invenisse se existimant, antequam id, quod principii loco posuerunt, argumentis, aliquid nervorum habentibus; adprobarunt. Sunt præterea, ut nosti, *Amice*, viri eruditione & pietate celebres, qui vocabulum *Dan*, quod *Gen. XIV: 15.*, legitur, per prolepsin ex *Jos. XIX: 47.*, & *Jud. XVIII: 27.*, interpretari contendunt. Abram scilicet violentissimos regulos, eosque prædones infectatus esse dicitur *דָּן*, usque ad *Dan*. Omiserunt hi disquirere, an una eademque modo fuerit *Dan*, an plura loca hoc venerint nomine. Id controversia vacat, in utroque testimonio posteriori mentionem de urbe *Dan* fieri, quæ in termino tribus *Ascher* septemtrionali haud procul *Aphaca* habitabatur. Erat prope *Paneada* ad fontes *Jordanis parvi Dan* alia. Neutra ad locum *Gen. XIV: 15*, quadrat. Abram enim prædones confectatus fuit, quum iter iniisset ex aulone *Mamortensi* seu *Sichemensi*, & illud persequeretur versus *Damascum*. Ursit itaque iter, *Jordanem* infra lacum *Kinneroth* transiens, & *Avranitidem* percurrens. Ad occidentem *Damasci* erat seu villa, seu urbs *Dan*, quæ *Danabi* dici postea solebat in honorem prophetæ



506. J. C. Harenbergii, Epist. de ordine

phetæ Abramī, prædones ibi superantis nec opinantes. Meminisse juvat inter hæc viri celeb. JOANNIS JACOBI BREITINGERI, qui illud *ad Dan* interpretari maluit per *usque ad terminum conflictus* (b). Judices velim, *Vir Clarissime*, prout Tibi libet. Sunt, qui regionem Morijah, *Gen. XXII: 2.* memoratam, in monte Morijah Hierosolymitano invenisse se putant, animo præcipites in prolepsin constituendam. Cur ita sentire conati sint, rationem video nullam. Nec deprehendo prolepsin in *Num. XIV: 45.*, ex *XXI: 3.* In priori loco legitur *Hachbormah*, in posteriori *Cbormah*, nam  $\eta$  nominibus semper & ab initio propriis præfigi haud solet, nec contemnendum est illud (i) H. RELANDI judicium ad *Num. XXI: 3.*, „ Vi-  
 „ detur illa victoria contigisse, quum, duce  
 „ Josua & trajecto Jordane, triumpharunt  
 „ Israëlidæ de Rege Aradi *Jof. XII: 14.*  
 „ illic per prolepsin narrata. Cur enim ex  
 „ terra existiissent, in qua jam triumphabant.”  
 Prolepsin tamen in hac causa non video, sed speciem negotii recentioris insertam; si *Relandi* sententia videatur amplectenda. Tuum esto munus, *Vir Clarissime*, hæc sic explanare & extricare, ut lectori recte cogitanti fiat satis. Quo minus locum *En charod*, in  
 quo

(b) In *Lexico particularum Ebr.* p. 119.

(i) In *Palæstina* L. III. p. 721.

quo Gideon, Israëlidarum vindex, castra posuit *Jud. VII: 1.*, prolepsibus accenseam, multa me impediunt. Nec in *1 Sam. IV: 1. V: 1.* ullam deprehendo prolepsin. In utroque enim loco traditur, posuisse Israëlidas castra adversus Philistæos juxta *Even-eser*, Philistæos vero prope Aphacam in territorio tribus Judah commoratos seu tendentes, illis cladem intulisse & foederis subduxisse arcam. Hæc tamen postea ad Bethschemitas & ad urbem Kirjatjearim est reducta. Postmodum Samuel Israëlidas Mizpam convenire jussit, qui deinde, robur animorum divinitus nacti locumque egressi, Philistæis cladem intulere funestam. Quo facto Samuel pro eventus gloriosi monimento Saxum inter *illam speculam, bammizpah*, & inter *scopulum acutum, hasschen*, erexit, unde utrique adjacenti domiciliorum numero hæserat nomen. Philistæi dicuntur propulsi esse & fugati usque ad locum, qui erat prope & infra Bethcar, עד מתחת לבית-כר *1 Sam. VII: 11, 12.* Samuel erexit & inscriptione insignivit Saxum, non urbem vel vicum. Ebhen-eser vero, ubi castra Israëlidarum antea erant, erat locus, non Saxum. Israëlidæ non in castris prioribus vicerunt, nec in castris suis a Philistæis victi sunt; egressi sunt potius versus Bethcoram & infra hanc de hoste triumpharunt.

Eo

Eousque Dominus eis opem præstiterat. Id Saxo fuit inscripto designatum. Si igitur vicus Bethcara distabat a specula, cui Hammizpáh vicina debebat suum nomen, inde intelligitur, saxum id nec in loco castrorum Israëliticorum existisse, nec cum hoc loco, nomen idem præferente, fuisse idem. Mizpeh erat *Eusebii* ævo vicus in finibus Eleutheropoleos versus boream; & BURCHARDUS *Argentiniensis*, deprehendit villam Bethcar, in eminenti loco sitam, quatuor leucis germanicis a Bethlehemo distantem. Igitur denuo prolepsi locus non est. Permite, *Censor Honoratissime*, ut aliam fautoribus prolepsium rei geographicae sacrae moveam porro litem, eisque eripiam locum *Gen. XXVIII: 9.*, ubi Jacobus dicitur somnium vidisse divinum. Rabbini hunc locum quærent Hierosolymis, quoniam in ea fuerit *domus Dei, Beth-El*. Fautores prolepsis geographicae sacrae locum illum prope urbem Ai in confiniis tribus Ephraim figunt, Josephum secuti. Loca autem pluræ erant, quæ *Bethel* adpellabantur. In territorio tribus Simeon erat Bethul seu *Bethel*, *Jof. XIX: 4.*, alias dicta Kesil, Betulion, Betilium, Bethelia, vicus Gazæorum ætatis prisca. Locus hic haud multum aberat a Beersabe altera & Gaza. Amygdala ibi optima nascebantur, unde ei nomen primum fuit,

fuit *Lus*. Alia *Lus* erat prope Betheliam Ephraimiticam sita, & alia porro haud procul Sichema ad lapidem tertium, testibus EUSEBIO & HIERONYMO. EUGESIPPUS perhibuit (*k*), Bethel esse collateralem monti Garizim. Quis vero ausit sacramento contendere, in quam Bethel Jacob potius super saxo pernoctaverit somniumque viderit divinum? Vacillat itaque, immo ruit, prolepsis ex *Gen. XXVIII: 19.*, ad *c. XII: 8.*, deducta. Nam *c. XII: 8.*, Abramus dicitur tentoria sua movisse versus montem ab orientali Bethelis latere, & ea porro sic posuisse, ut Bethel ei sita fuerit versus occasum & Ai versus orientem. Lutherus *urbis* nomen adjunxit loco Bethel, quod in Hebraicis nostris exemplaribus deest. Jacob vero, iter ex Beerseba altera ingressus, præter opinionem in locum incidit, ubi *extra hospitium ullum*, capite in lapidem inclinato, dormivit vel potius decubuit. An saxum ei fuisset pro pulvino, si in urbe vel vico vel villa divertisset? Somnianti Deus inspiravit promissum, fore, ut in toto, quod invenirat, itinere ipsum servaret inviolatum. Evigilans Jacob saxo illi oleum superfudit, lapidisque locum voluit esse eximium & consecra-

(*k*) *De distantiiis locorum terræ sanctæ* p. 112.

secratum, atque eum adpellavit Bethel, seu domum Dei. XXVIII: 11, 15, 18, 19. Indiciū defensionis & tutelæ divinæ per iter omne, quod initurus hinc erat, congruit cum initio itineris suscepti, non cum itinere per aliquot bidua protracto. Vicina erat urbs *Ulam luz*, nunc dicta Bethel, *domus Dei*. Rationem non video, cur Bethel Ephraimitica huc sit transferenda. *Ulam lus* denotat aulam seu atrium amygdali. Adverbia non præmittuntur nominibus enuntiatorum primis, quæ nomina habent potestatem *subjectorum*. *Ulam* si hoc loco idem denotaret ac *olim* vel *certe*, id uni alterique verbo postpositum adpareret. Sed hæc, in transitu dicta, censuræ Tuæ, *Vir Optime*, subiacento. De prolepsibus geographicis examen hoc sufficiat.

## §. 8.

Nunc propius arcem causæ invadamus oportet. Hagar oberrasse traditur in locis domiciliorum vacuis circa locum Beerfabe. Inde concludo, *Beerfaben* jam tunc ab Abrahamo structam fuisse. Inde simul conjecturam duco, res Abrami, penes Abimelechum gestas, præcessisse illam Hagaræ oberrationem. Recolo memoriam præterea confessionis Saræ de obtrita corporis sui pulcritudine,

dine, & de extincto vigore suo. Non nego, id ipsum legi vulgo ante Abrahami in Abimelechi regionem adventum. Verisimile igitur arbitror, res Abrami cum reguli hujus territorio conjunctas olim alium obtinuisse historiae locum. Accedit quod Abimelechus ipse jussit Saram vultum operire, nequis pulchritudine ejus caperetur vel majora tentaret. Finge vero, *Vir Doctissime*, vel pone, Abramum, ex Ægypto revertentem, concessisse in partem Palæstinæ extremam, Ægypto vicinam, ubi pascuorum adfatim, parum incolarum, erat. Pone, eum ex eo terræ tractu ulterius tetendisse in loca, Schur inter & Kadesch sita, atque juxta Geraram degisse. Compose & connecte seriem narrationis ex *Gen XIII: 1, 2. XX: 1.* Id si feceris & argumentorum meorum pensitaveris causam, significa solide, quorsum propendeas, & quid trutina ratiocinationis tuæ designet. Noli, quæso, monere, in bibliis numquam aliquid esse transpositum. Nosti enim in Vaticana LXX editione, quam recudendam LAMB. BOS curavit, transpositiones Codicis manuscripti servatas esse apud Jeremiam inde a c. XXV: 13. Ne moneas, librarium descriptoremve græcum mala fide usum esse inter scribendum, nec cujusquam alius opera turbationem illam contigisse. Librarius collector in Manuscriptum incidit,

dit, quod nec confibulationis nec successio-  
 nis foliorum notas ostendebat. Librarius  
 descriptor erat *Christianus*, & in usum ecclesiæ  
 interpretationem LXX litteris mandabat,  
 cui turbatio vaticiniorum poterat esse ad-  
 modum damnosa. Noli monere, id fati in  
 nullum Codicem hebræum V. T. incidisse.  
 Obstat enim Tibi experientia Cel. KENNICOTTI,  
 quam testis hic fide dignissimus  
 ita (1) in litteras redegit: „ *Ultima mem-  
 brana non POST sed ANTE primam adsuta est  
 sic, ut Exodi XVII. incisum nonum locus  
 Exodi XII. sequatur, atque hac ratione trans-  
 positio reperiatur versuum 75.*” Noli mo-  
 nere, unicum esse hoc unum. Nam Codi-  
 ces restant multi, qui nondum collati sunt  
 & examinati. Mones tamen, inde dunta-  
 xat, quid fieri potuerit, probari, non id,  
 quod revera factum sit in Codicibus, ex  
 quibus lectio, a nobis recepta, ad nos sit  
 derivata. At num Codices, qui supersunt,  
 sæculi decimi initia excedunt & antecellunt?  
 Onus certe gravissimum Tibi imponis, si  
 numerum initurus es Codicum, e quibus  
 lectio, qua utimur, excusa est. Quid ad  
 hæc Kennicottus? Ipse hunc in modum judi-  
 cavit anno 1766.: *Quo antiquiora erant MSta,  
 eo magis eadem a recentiore textu excuso diffe-  
 rebant.* Quid JUSTINUS MARTYR, quid RHA-  
 BANUS

(1) In Diss. II. p. 554.

BANUS MAURUS, quid JOA. CHRISTOPH. WAGENSEILIUS, quid alii viri hebraice doctissimi de scriptis per Judæos Codicibus monuerint, repetere nolim. At propterea negandum non est, Deum semper impediisse & impediturum, ne verbum ipsius vel scopo suo excidat vel pereat; credendum est potius serio solideque, tantum superesse per Dei providentiam adminiculorum, per quæ genuinum verbum divinum & enuntiata genuina defendi & conservari possint. An vero illi huic providentiæ Dei congruenter agant, qui pro lectione vulgo recepta mordicus præliantur, tempus & experientiæ collectæ docebunt. Qui pro lectione vulgo recepta pugnant, petulantibus ingeniis offendicula scientes & volentes haud subministrant, & quicquam mutari merito nolunt, nisi argumentis evidentibus cogantur & pervincantur. His laudes sentio esse impertiendas, & pervicaciam aliis velim demereri, rationibus destitutam.

§. 9.

In manibus nostris sunt adhuc adminicula interna & externa, quibus enuntiata librorum canonicorum a nævis immunia præstari, & sicubi humani quid inter scribendum vel excudendum accidit, purgari possunt.



## § 14 J. C. Harenbergii, Epist. de ordine

Spectant hæc ad Hermeneuticam, angustioribus, quam Exegetica, limitibus circumcludendam. Sunt, qui utramque invicem confundunt. Si vixero, in hujus rei tractationem uberiores me immittere animus est. In præsentia id monebo, reverentiam Deo ejusque ad consequendam sempiternam felicitatem oraculis nihil detrahi, nec ea violari, si ordo gestorum chronologicus non ubique in libris canonicis observatur. Scriptores ipsi divini interdum ei sese non adstrinxerunt. Sufficit scopo nostro illustris & perspicua ad beatam æternitatem via. Hysterologiæ seu transpositiones vel enarrationes factorum, sparsim extra ordinem primum repetitæ, viam illam non violant, siquidem rerum gestarum ratio inde nec deletur nec obscuratur, sed fidem suam retinet, & per repetitum parallelismum confirmat. In ipsa decalogi recensione intra N. T. & in ipsa de tribus adversus Jesum tentationibus Satanæ non ubique idem ordo servatur. Quis vero, *Vir Doctissime*, inde depromet tela, quibus ordinem salutis sempiternæ infestet?

§. 10.

Ad animum Tibi, *Amice*, adpello & revoco hysterologiam, dubitationi nulli ob-

no-

noxiam, quam tamen nemo in ordinem libri, in quo ea legitur, reponendam esse contendit. In eadem sua sede jam pridem illa persistit nec inde unquam recedet. Verbis, pace Tua, utar SALOM. GLASSII, viri de Theologia omni & Philologia Sacra meritissimi. Leguntur ea in ejus *Grammatica Sacra* (m) hunc in modum: „ *Jud. XX. & XXI.* describitur bellum Benjaminiticum, „ una cum ejus occasione & causa *cap. 19.*, „ quod tamen multis annis factum Debo- „ ræ *cap. 4.* antecedit, attestantibus SCALI- „ GERO & CALVISIO: & non multo post Jo- „ suæ mortem factum fuit, ut JUNIUS *ad cap. 17.* ostendit. Conferatur *cap. 19: 12.* „ ubi Jerusalemi, quæ Jebus dicebatur, ea „ pars, quæ ad Benjaminein spectabat, ad- „ huc a Jebusæis obtenta fuisse narratur. „ Vide jam *cap. 1: 9, 21.* Et conferatur „ *cap. 20: 28.*, ubi Pinechæ, adhuc sacer- „ dotio fungentis, fit mentio.” Laudo haud minus τὸν πᾶν JOA. FRANC. BUDDEUM, idem sentientem (n). JOSEPHUS jam olim bellum Benjaminiticum ante res ab Ehudo gestas enarravit *Ant. Jud. V: 2. §. 8. sqq.*, immo ante facinorâ Othnielis *V: 3, 4.* Et  
 cur

(m) L. IV. *Tract. 2. Observ. 29. p. 755. edit. Amstelodam. p. 626. In Philologia Sacra.*

(n) *Hist. Esch. V. T. Per. II. p. 917.*

cur ad consensum complurium auctorum lectores remittam, ubi res ipsa est in expedito & ipsa loquitur? Liceat, *Amice*, aliquid ad fine huic adjicere argumento. Illa de Danitis, sibi extra terras, tribui ipsorum fortito contributas, sedes novas parantibus, narratio breviter a Josepho (o) post finem bello Benjaminico subjectum est repetita. An JOSEPHUS hunc expeditionis Daniticæ ordinem chronologicum delegisset & Ehudi præmisisset facinoribus, nisi eum in Codice, quem sequebatur, eo ordine scriptum legisset? Per argumenta, e Codicibus nostris & loco *Jos. XIX: 47.* collecta, nonne expeditionem illam in tempora Josuæ collocasset? Potuisset ipse in eam facile incidere sententiam, quæ videtur indicari *Jud. XVIII: 1.*, & significare, expeditionem Danitarum, versus terras septentrionales susceptam, præcessisse tempus, quo Danitis in terra promissa est tradita hereditatis fors & possessio. Si, *Vir Doctissime*, hunc ratiocinationis modum perpenderit, fortasse in eam descendes sententiam, ut Tibi persuadeas, ordinem chronologicum aut a primis scriptoribus biblicis esse alicubi neglectum, aut jam Josephi ævo nonnullas hystorologias seu transpositiones in voluminibus V. T. hebraicis contigisse. Belli Benjami-

(o) *Ant. V: 3. 1. p. 288.*

jaminitici hystorologia num Tibi videbitur nomine *figmenti* esse digna? An *Glassium*, *Buddeum*, *Humphredum Prideaux* & centurias optimorum Exegetarum damnare sustinebis *figmenti*, seu *fictionis*? An suadebis, ut narratio, bellum Benjaminiticum complectens, in Bibliis nostris ante Ehudi facta ponatur? Nemo certe adprobabit hanc mutationem. Nemo Tibi adsurget. vel velificabitur. Numquam Theologis ea adrisit sententia, quæ Tibi placet. Numquam ei jusserunt, ut hystorologias ordini chronologico convenienter ex loco, quem eæ tenent, in locum, ubi eis sedes est, transferantur. Ne causeris, quæso, narrationem illam *Jud. XVIII - XXI.* esse longiorem, quam ut ordine chronologico, ad cetera libri facta accommodato, potuerit exhiberi. Narratio de bello Benjaminitico, nec non illa de Danitarum expeditione bellica, longior non est, quam illa de Josepho & de Samsone narratio. Numquid vero propterea hæc utraque narratio separatim extra chronologicam seriem fuit exhibita? Cave dicas, utramque priorem narrationem ad res Judicum haud esse referendam. Nam id, quod *Jud. I: 21 - 36*, & *II capite* litteris memoriæ proditum est, peræque ad res Judicum non spectat. Si de Benjaminitis *c. I: 21*, recte narrari poterat, eos Jebusæis

Hierosolyma expellendis animum & arma non admovisse, nihil impediebat, quo minus eorum res bellicæ & tribus conservatio ante Athnielis & Ehudi facta poni possent. Noli, quæso, monere, libellos duos prorsus novos libro Judicum subjunctos esse, ne ipsi perirent. Nam perituri non erant, quippe quos partem verbi sui volebat servare Deus. An libellus peculiaris in fronte hoc exhibet primordium; *Evenit illis diebus?* Hoc autem exordium legitur *Jud. XIX: 1.* יהי בימים ההם, *usu venit illis ipsis diebus.* Nonne hæc verba sunt initia rerum paulo ante gestarum? Anne hæc, & quænam proxime erant memoratæ? An verba illa chronologica respiciunt erectam in recentiori urbe Dan imaginem & expugnationem hujus urbis per Danitas? At si hæc vivente adhuc Josua accidit, nihil inde ad tempus belli Benjaminici trahi poterit. Nam Josuæ ævo summus sacerdos Eleasar adhuc vixit, *Jos. XXIV: 33*, cui filius jam successerat defuncto Pinhas, tempore belli Benjaminici *Jud. XX: 28.* Adde quod orta expeditione Danitica nullus erat Israëlidarum, qui in commune consulebat & instar Regis erat. *c. XVIII: 1.* Vir ejusmodi *melech* adpellabatur sensu latiori *Jer. XXV: 18. 22. Deut. XXXIII: 5. (p).* Vivente

te igitur Josua, populi Principe, a Danitis expeditio illa non est suscepta, ob *Jud.* XVIII: 1, nec sculptile simulacrum a Micha domi suæ erectum, ob *Jud.* XVII: 6. Idem sensit Autor libri *Seder olam rabba* c. 12, ita docens: „ Post Josuam tenuit principatum Othniel filius Kenazi 40 annis. A quibus aufer octo annos, quibus servierunt Regi Cuschani Rischataim (*Jud.* III: 9 – 11.) In diebus Cuschanis Rischataim exstitit Michæ sculptile, prout *Jud.* XVIII: 30, est proditum.” Consensit cum hoc scriptore *R. Schlomob ben Fikchak* seu *Raschi* in *Jud.* XVIII: 1. *Jos.* XIX: 47. Verba hujus loci, apud Josuam, illustrant verba illius loci. Vir enim auctoritatis divinæ, & qui Josua jam defuncto vixit, sic scripsit: *יצי גבול בני דן מחרם*, *Prodierat terminus Danitarum minor, quam ut illis sufficeret.* Sententiam illam, quæ expeditionem Danitarum in tempus Josuæ rejicit, nolim facere meam, propterea quod illa in tempus Anarchicum incidit, *Jud.* XVII: 6, & tempori, quo bellum Benjaminiticum illud coepit, cōhæret, c. XIX: 1, quod Pinhasi sacerdotis summi tempora contigit. c. XX: 28. Persuasum me admodum de eo, *Vir Honoratissime*, habeas velim, quod expeditio Danitarum & bellum Benjaminiticum ad tempus, quo Simson in captivitatem abductus fuit,

fuit, nequaquam congruat. Novi quidem, JOA. MEYERUM huic opinioni calculum adjecisse album (q). At non possum quin ingenue fatear, Doctorem & Professore hunc eruditione multa florentissimum aliquid humani in ejus sententiæ optione passum esse. Vindicis enim Simsonis obitum tetigerunt initia Pontificatus summi, quo Eli per annos quadraginta dicitur esse perfunctus, teste JOSEPHO *Ant. V: 11. §. 3.* Vixerat Eli annos 98, 1 *Sam. IV: 15*, quod ipsum memoriæ prodidit Josephus. A tempore Othnielis si annos, qui ad initia Eli Pontificis fluxerunt, & ad successores ejus in Pontificatum respicimus, ad minimum effluxerunt inter Othnielem & Eli summum sacerdotem anni tricenti. Phinees, Pinhas, Phineeses, Eleasari patri in Pontificatu successit. Hujus filius & successor fuit Abishua, Josephi (r) Abiezeres. Huic successit Bukki, Josepho Buki; huic Uzzi, qui a Josepho adpellatus est Ozis. Huic successit Eli, qui genus suum ad Ithamarem, Eleasari fratrem, Aaronis filium deducebat. 1 *Chron. VI: 3.* Idem testatur JOSEPHUS *Ant. V: 11. §. 5.* Pinhasi successores recensentur 1 *Chron. VI: 4 - 6. 50 - 53. Esr. VII: 2 - 5.* & a Josepho, loco laudato, qui §. 5. p. 309: hæc addi-

(q) In Annotationibus ad Seder Olam c. 12. p. 430.

(r) *Ant. V: 11. §. 5.*

addidit: Ante Eli Ελιαζαρεσ οικια το πρωτον ιερατο, παιε ωδα πατερι επιδεχομενοι την τιμην, Eleazari gens & domus antea sacerdotium obtinebat, dignitate a patre ad filium transmissa. Quam ob causam tempore, quo Simson detentus est in custodia, Phinees non vixit amplius, ideoque eum pontificatu functum tunc esse, credi non potest. Quis proinde sibi cum ratione persuadebit, bellum Benjaminiticum & expeditionem Daniticam evenisse sub finem vitæ Simsonis? Nonne illa acta bellica contigerunt, Pinhaso adhuc vivente & Pontificatum administrante? Fusius disseruit, ut nosti, de Pontificibus ætatis istius JOA. SELDENUS in *Libro I. de Successione in Pontificatum* c. 3, 4. Nisi meum esset, in usum lectorum generis varii hæc attentiori cura explanare, tacitus eis supersedere potuissem. Mea institutione neutiquam in hisce, *Vir Præstantissime*, indiges. Id vero ut Te moneam, concedas velim, me fictionis esse vacuum, quum duas transpositiones seu hystero-logias in bibliorum nostrorum lectione dudum recepta deprehendo, & eas in ordinem chronologicum collocaturis adversor. Cuinam, obsecro, usui esset ejusmodi traductio? An, amabo Te, turbationem adlegationibus, quibus Judæi juxta ac Christiani adsueti sunt, inferendam existimas? Si id suadeas vel tentes, nemo Te sequetur.



## §. II.

Permitte, amabo, *Kir Doctissime*, ut, de arte critica me sic sentire confitear, sicut res ipsa postulat. Ea est, opinor, una, regulisque nititur eisdem, atque a conservandis scriptis sacris & diviniis haud exclusa. Earum usu lectiones variantes judicamus. Per eas progredimur ad defendendos libros sacros a nævis, quibus per varios casus laborare ipsi deprehenduntur nonnunquam. Earum usu de natura punctorum vocalium, accentuum, spirituum, de pretio discriminis inter Keri & Ketiv, de lectione genuina exquirenda, de serie argumentorum & narrationum recte constituenda, de prolepsis & hystorologia, aliisque rebus, errori & petulantiae eximendis, instituitur examen. Deus ipse regulas artis criticæ novas & ab usitatis discrepantes nusquam detexit. Homines vere pii & pie docti alia non utuntur arte critica, dummodo eam genuino cum usu conjungunt, ac alii, qui eam recte adhibentes, animum curamque adpellunt ad gloriosum Dei nomen congruentem. Qui aliter ea utuntur, abusus admissi se peragunt reos. Effluxit tempus illud, quo nonnullæ Donatistarum reliquæ, theologiam & artem criticam non renato-

rum

rum esse falsam, docentes, haud distinguebant veritatem logicam a morali & a metaphysica, & artem criticam a suis ipsius exploratione atque continuanda corporis animique expurgatione.

§. 12.

Id Tibi, *Vir Magnifice*, libenter & prolixè do ac concedo, Deum a scopo suo, conservandæ per verbum suum ecclesiæ intento, nunquam cessare. Id vero non possum quin pernegem, eum scopum per hysterologias & transpositiones, solide demonstratas, depravari, si forte rationes Tuas sic subductum ivisti. Superest nobis per Dei benignitatem satis adminiculorum, quibus enuntiata verbi divini a nævo quocunque, per incuriam adsperso, purgare, transposita ad historiæ ordinem conformare, & reliqua librariorum ac typothetarum menda purgare valemus. Et quoties enuntiata salubria & ad ordinem beatitudini sempiternæ obtinendæ convenientem facientia repetuntur? Quanta est stili simplicitas & energia? Quoties eadem verba, eisque cognata repetuntur? Quantus est usus interpretationum copia in linguas sororias, & eas, quarum notitiam per varias vias nobis ad manus esse gaudemus? Scripta etiam, quæ non sunt eccle-

524 J. C. Harenbergii, Epist. de ordine

ecclesiastica, *Vir Doctissime*, ad illum Dei scopum sensumque e verbo ejus efferendum suas conferunt opes & symbolas, vocabulis, verbis, phrasibus, ritibus, geographiæ, chronologiæ & historiæ inservientes. Finge, *Vir Doctissime*, scripta hæc intercidisse universa, & mecum cogita, quantum nobis tunc subsidiorum exegeticorum defuturum esse agmen. Providentiæ Dei igitur, sensum & scopum verbi sui conservantis, fructusque per eum insinuare & inspirare lectoribus cupientis, in acceptis referendum est, quod his adhuc reliquiis extraneis uti possumus, & quod una & communi arte critica, dummodo ea recte utimur, gaudeamus. Quis enim vaticinia prophetarum solide interpretabitur & exponet, quin historicis exterorum scriptorum monumentis attentionem suam simul adfigit? Quis dissensiones quorundam veterum scriptorum discutere, & enuntiata vera exquirere, atque ad vatum explicationem sincera conferre valet, nisi artem criticam habuerit in promptu? Intelligis sane, *Vir præstantissime*, quantopere celebrem providentiam Dei, verbum suum ejusque sensum nobis conservantis, & per instrumenta sua atque artis criticæ opem a cavillationibus ludificationum defendentis.

§. 13.

Si plura, quæ in bibliis nostris hebraicis sunt transposita, exempla, *Vir Optime*, mecum perpendere velis, & quæ jam ab aliis indicata sunt, ad SAL. GLASSIUM nos conferemus, ad Theologum a RICH. SIMONII licentia nonnulla alienum. Hujus *Glassii*, qui erat integer doctrinæ & profanæ mentis purus, hæc sunt loco jam indicato:

„ 2 *Sam.* XXIV. Hoc caput per hystero-  
 „ logiam ultimis Davidis verbis c. XXIII.  
 „ est postpositum, quum ad caput XXI.  
 „ potius pertineat. *Esa.* XXXVIII: 21, 22.  
 „ per hysterosin de medicamine ægrotanti  
 „ Ezechix Regi adhibito, deque ægrotan-  
 „ tis ad hoc interrogatione memorantur,  
 „ quæ antegressa sunt miraculi divini pro-  
 „ missionem & præstationem, uti & oden  
 „ eucharisticam sanati jam Regis, in hoc  
 „ capite exaratam. Conf. 2 *Reg.* XX: 7, 8.’

An Simonianum commentum heic Tibi ob-  
 versatur? Non opinor. An lectoribus bi-  
 bliorum ex horum transpositione detrimen-  
 tum & fidei jactura nascitur? Non opinor.  
 An noxius unquam fuit ordinis chronologi-  
 ci defectus cuiquam ille, qui in psalmis ac  
 prophetarum scriptis passim obvius est?  
 Non opinor. An situs narrationum, ordine  
*Bibl. Haganæ Cl. IV. F. III.* M m non

non suo lectoribus adparens, verbis biblicis ac Christianis damnosus est? Non opinor. Quoties enim historiarum e V. T. repetitio in libros N. T. traducta fuit? Nonne historica rei narratio videtur ex ordine suo chronologico ablata? An inde aliquid pietatis lectori decedit, si, hystorologias, quas indicavit *Glassius*, dari, fatemur? Non opinor. Num inde homines redditi sunt impii vel a beata æternitate exclusi ideo, quod historia de Danitarum expeditione militari & de bello Benjaminitico transposita est extra locum sibi convenientem, necdum ordini suo chronologico restituta? An lectores eam ob situm, in quo leguntur, prorsus intelligere nequeunt? An inde ullus historiæ hujus transpositæ usus perit? Non opinor.

## §. 14.

*Glassius*, licet hystorologiarum nonnihil lectoribus indicaret, id operæ tamen pretium vel necessitatis requisitum fore haud existimavit, si postularet, ut transposita restituerentur ordini chronologico, qui ipsis convenire & congruere videbatur. Qui harmoniis evangelicis adornandis studuerunt, hystorologias in Evangelistis nonnumquam putarunt se deprehendisse; nihilominus ta-

men

men nil loco movendum esse crediderunt, nec causati sunt, per hanc mutationem majora & præstantiora in lectorum animos redundatura esse pietatis & illuminatæ mentis incrementa. Adquieverunt illi potius in enuntiato Pauli *Rom. XV: 4.* Non est quod adlegationis consuetudinem turbemus.

§. 15.

Si connectamus verba incisi *Gen. XIII: 2,* cum verbis *c. XXI: 1,* tunc optima & illustris inde cooritur historiæ & chronologiæ compaginatio hunc in modum: *Abram ascendit ex Ægypto ipse & uxor ejus, & quicquid ei erat, ac Lotus cum ipso, versus meridionalem Cananæ tractum, & ipse perquam opulentus erat re pecuaria, argento ac auro. Porro profectus est 𐤀𐤓𐤍 illinc Abraham versus regionem, quæ vocabatur Cananæ meridiana, sedemque delegit inter Kadesch & inter Scbur, atque nomadicam agebat, inter incolas, vitam juxta Geraram. Illud 𐤀𐤓𐤍 respicit semper locum, de quo paullo ante facta erat mentio. At si capitum ordinem sequimur, de Zoara, Loti domicilio novo, paullo ante fuit sermo. Num in hoc simul sese continuit tunc Abraham? Nonne Abraham tunc erat in aulone *Mamre*, seu campo, ut nunc dicitur, *Sabe*? Videsne, *Vir Doctis-**

*sime*, quid hoc rei sit? Interpres *græcus* illud נגבה, c. XIII: 2, id est, *versus meridianam plagam*, convertit in hoc εἰς τὴν εἰσημῶν. Sciebat enim, intervallum regionis, a Pelusio ad Kadefch, dictum esse a Judæis Græcis, εἰσημῶν, εἰσημῶν (s). Lectorem monere volebat, Abramum Lotumque non versus Ægypti tractum magis australem iter instituisse. In eo regionis tractu, quem uterque petebat, erant ad mare magnum vici aliquot & urbes, Pentaschoenos seu Pentaschinon, Casium, Ostracinon seu Ostracena, Rinocorura & circa eam Hieronymi tempore Facidia vicus, tam vero Rapha & Gaza. ABULFEDA utitur hoc ordine retrogrado: „ Inter loca provinciæ „ l' Gefari celebriora sunt Rafah, (est mansio in ora l' Gefari, a plaga Syriæ, diaëta „ a Gaza) & al Arifch, quæ hodie est statio in littore maris mediterranei, monumenta habens antiqua marmorea & alia, „ versus occidentem & meridiem (t), a „ Rafaho distans diei itinere: item ol waradah, mansio sic exulta domiciliis, ut „ oppido sit similis, in medijs arenis inter „ Ægyptum & Syriam; pariter distans ab „ al Arifcho diei itinere in occidentem & „ meridiem.” Hæc ex interpretatione

REISKII.

(s) JOSEPHUS *Bell. Jud. IV. §. 5.*

(t) Gegen Südwest.

REISKII. Locus *al Arisch*, vulgo *Larissa*, videtur esse veterum *Rhinocoruræ* imago, & *Ostracene* videtur esse priscum *Schur*. *Deserta* enim, a *Schur* dicta, erant in tænia seu ora *Etam* inter mare magnum & lacum *Sirboniden*. Illud dicitur vulgo a *Pindaro*, in *Chronico Paschali*, & ab *Anastasio Sinaita* *εὐθρα θαλασσα*. **HIERONYMUS** in *Epistola ad Dardanum* (v): *Torrentis Ægypti (ecregma) juxta Rhinocoruram mari magno influit*. *Egregia est & huc spectat* **CONRADI IKENII** *Diff. de Finibus terræ promissæ hujusque successiva occupatione*, *Bremæ edita 1745*. *At hæc jam omitto, monens tamen, non omittendum esse illud* *עֲרֵב, εκριθεν, illinc,*

§. 16.

*Propius, Vir Doctissime*, ad Te mihi accedendum est. *Hæremus in limine*. *Nosti vetustum in membranis scribendi morem*. **MONTEFALCONII & SCHWARZII** *collectanea habes comperta*. *Delectaris testimonio JOSEPHI*, qui *Ptolemæo* missas esse *Judæorum leges*, in *diphteris* seu *coriis adtenuatis operose exaratas*, *memoriæ prodidit*, addens, *Regem της ισχυροτητος της ιμενας και της συμβολης το ανεπιγνωσον* *impense admiratum*

(v) Το. IV. Opp. fol. 29. D. Basil. 1516,



tum esse (x). Schedis membranarum ac chartarum veteres sua inscribebant exaranda. Scheda erat folium. Compingebantur schedæ quodam glutine, cui commissuræ nomen *symbolæ* erat: Volumén ita compactum, aureisque litteris scriptum, a lectione, in loco sacro peragenda, manebat remotum. Descriptio igitur *Josephi* trahi non potest ad membranas singulas, in quibus exaratæ erant partés lectionum sacrarum, & in quarum superiori planitie patebant eæ lectori. Hujusmodi membranæ extensæ, quæ convolvi possunt, propriè dicta sunt volumina, מנלות. *Pf.* XL: 8. *Ezech.* II: 9. III: 1, 2, 3. *Jer.* XXXVI: 6, 14, 20. (y). De his Mosaici operis partibus mihi sermo est potissimum, quum de numero, qui in dorso erat signatus, commentor. Libros alios privatiq; usus in extremis inferioribus esse confutos, non nego. Folia enim eorum compacta fuerunt in duernos, terniones & quaterniones, &c. pro confibulationis numero. Tuum esto munus, exquirere modum, *Vir Optime*, quo hystorologiæ in codices Hebræorum sunt traductæ. Siquid novisti rectius istis, quæ ego impertivi, id, quæso,

(x) *Ant.* XII: 2. §. 10. p. 371.

(y) WAGENSEILIUS *ad Sotab* p. 371. edit. Altdorf.  
JOHAN WINCKELMANN'S Sendschreiben von den  
Herculanschen Entdeckungen / Dresde 1762. 4.

quæso, mecum communica, non suffeno. Hysterologias vero in eis exstare, negare amplius non potes. Gratulabor mihi de iudicii Tui æquitate.

§. 17.

Multa egregie ac solide in Dissertatione Tua differuisti, *Vir Magnifico*, Musis propitiis. Dignus es, quem ex merito insignis ornet multa cum laude corona. Quæ in SIMONIO, in HOUBIGANTIO, in aliis perverse sentientibus, notasti, ea a me aliena esse, persuadeas Tibi velim. Observationes *Sal. Glassii* hysterologicas quasdam non repudio, viri quippe reverentia in verbum Dei debita præmuniti. Fateris ipse p. 247, me dissentire a *Simonio*, *Houbigantio*, aliisque. Nullos horum delegi in duces & coryphæos. Scripsi ex modulo ratiocinationis meæ, ut aliorum tentarem ingenia & eorum iudicia expectarem, dummodo cum reverentia erga Numen ter optimum forent conjuncta. Hysterologias, quæ nec per usum plusquam perfecti, nec per scopum auctoris peculiarrem, nec per reditum auctoris ad ante gesta indicatum in ordine chronologico & loco suo adparent ac leguntur, mente ad seriem chronologicam reducendas esse, fateor; si-  
tam vero earum, quem in Bibliis tenent,


mutandum esse, nego. Rationem, cur sic sentiam, supra significavi §. 14. Evitandæ præterea sunt confusiones, ab ingeniis immaturis & licentiam immodicam adhibitoris metuendæ. Hæc sunt, quæ Tibi ad p. 248. statui respondere. De scopo primo & origine' harmoniarum evangelicarum alibi libet commentari. Nosti, b. SANDHAGENIUM, quia hystorologias in *Harmonia sua* noluit admittere, miracula quædam eademque bis patrata esse, existimasse. Ex schedulis confusis Mosen scripsisse libros suos, nuspiam dixi. Ipse *Simonius*; qui hoc sensisse videbatur, rectius deinde sentit. Clarissimum HERM. VENEMAM a me dissentire, quamvis *connectendi*, non collocandi, verbo usus sit, infitior, ratus tamen, eum connexionem, quæ fit cogitando, designasse. Et num credis, librarium unum & alterum in exarando nullum unquam commisisse hysteron proteron? Quæ *Vir Doctissime*, de confusione membranarum contra me disputas p. 255, sic sunt comparata, ut Te æque contingant feriantque, qui *Vitringam* laudasti p. 250, arbitratum, vaticinia Jeremiae aliorumque vatum divinorum, in quorum scriptis defectus chronologici uspiam apparent, e singulis separatisque schedis, quibus ea fuerint initio inscripta, per *collectores* librorum sacrorum in ordinis chronologici

defectum pervenisse. Collectores quidem hos a librariis secernis. At quo jure? Librarii erant non ei solum, qui libros describebant, sed ipsi etiam librorum exaratorum collectores, descriptores, custodes vicarii esse solebant. Erant eis scrinia (z), in quibus colligebant codices describendos sive proprios, sive ab aliis commodatos traditosque, a quibus non ubique nec semper aberant menda (a). Descriptores, qui a nostratibus adpellantur *Copisten* dicebantur librarioli, qui operam suam quoque libris glutinandis admovebant. Tribuis, *Vir Optime*, libris divinius laudem immunitatis ab omni corruptione p. 255. Adde, ab omni sensus & rerum inde discendarum corruptione, ne pecces in *Vitringæ* judicium & in auctores, qui hystorologias dari docent, *Junium*, *Glassium*, *Buddeum*, *Zeitfuchsum*, *Reimmannum*, *Humphr. Prideaux*, alios. Significatio collectionis e genuinis schedis, & hystorologiarum, nihil in sensu omni, nil in ordine historiæ, mutat. Schedarum vel membranarum codicis sacri permutationem, a *Vitringa* adprobatam, non sine laude memorasti, quam tamen prorsus improbabilem esse censes p. 269. Judæis per omnia  
retro

(z) CATULLUS 14, 17.

(a) LIVIUS 28, 55.

retro sæcula accuratorem, in' codicibus, sacris transcribendis integre adhibitam, laudi ducis p. 270. Obstrepunt Tibi LXX, in oda 145 litteræ Nun enuntiatum suppletes. Adversatur opinioni Tuæ cl. *Kennicottus*. Ad synagogam magnam tantæ laudis participem respicis, quam exstitisse unquam, argumentis solidis nemo persuaderi potest. Videtur ea esse Judæorum fictio. Possem alia hisce, quæ respondi, superaddere. At nolo locum mihi inter Theologos contentiosos & ex aliorum diminutione incrementa gloriamque captantes relinquere. Hæc est ratio princeps, cur in præsentia sententiis Tuis porro interstrepere recuso. Esto magnus, esto felix, simulque ad vota vale, & mihi ex animo fave, Dabam Brunsvici  
3. Febr. 1772.



V.

GUARNERI SOETENS,

V. D. M. apud Schidamenses,

SPECIMEN

*de Argumento Psalmi Decimi demonstrato. (\*)*

§. I.

**S**acras Odes styli sublimioris nec non altioris indaginis esse nemo facile inficias iverit, qui tantum a limine Pandecta Divina salutare consueverit. Prophetica quædam Sanctos Vates, uestro concitos

(\*) Specimen hoc pl. Reverendi & Doctissimi SOETENS, Amici honoratissimi, eo lubentius *Bibliotheca* huic *Haganae* infero, quo certius hoc ipso eorum refellam commenta, qui sibi persuadent aliisque persuadere adlaborant,  
Biblio-

citōs coelesti, literis demandasse æque certe cuius ad oculum pateſcet. Fata N. Testamenti varia Hymnis Divinis contineri jam dudum Viri Doctissimi probatum exhibuerunt. Methodus interim Tilliana nonnullis aliquid magis proponere, quam demonstrare in hac studiorum parte, hæcenus visa est.

## §. 2.

Oculos mentemque flectere ad *Oden Decimam* statuimus, ut inde, licet nihil novi propinemus, arguere nitamur, *quodnam Sacri bujus Cantici sit Argumentum?*

## §. 3.

Bibliothecam meam non patere Vaticiniorum sacrorum expositionibus, nisi his, quæ ad rationes cel. *Venemæ* dispositæ sunt. Nam, præterquam quod hoc ad me missum sit primum specimen, secundum *M. Cocceji* placita adornatum, suo unumquemque abundare sensu facillime patior. Studium partium cane pejus & angue fugio, & jure merito illud, in Theologia præsertim Prophetica, cujus stataræ adhuc nimis videntur vagæ, cordatioribus & liberalibus ingeniis risum movet. Venerabilis *VENEMÆ* sententias nunquam ego amplector. nisi dum lumine suo alias obfuscant, & proinde in his aliisve in alia abeo. — De Specimine hoc judicet ipse Lector, ut lubet, Rev. ejus Auctori promeritam laudem  
haud

## §. 3.

Non eundem huncce esse cum *Psalmo præcedente Nono* (quamvis *ei ó* & rerum nex-  
 us huic conjunctioni nihil detrectare vi-  
 deantur) sed esse distinguendos hosce Psal-  
 mos huc usque censemus; 1°. Quia in He-  
 bræo Textu occurrunt separati. 2°. Argu-  
 mentum distingui, non vero continuari liqui-  
 dum esse poterit, si modo utrumque inspi-  
 cere velimus: est enim in *Psalmo Nono læ-*  
 titia

haud denegaturus. — Mihi vero liceat  
 quæreré, si Psalmus hic Decimus a Davide  
 compositus, atque adeo Propheticus sit, quod  
 nondum satis evidenter demonstratum est;  
 cur non ad tempora *Achabi*, Regis Israëlita-  
 rum, aut ad tempora hujus illiusve impii Ju-  
 dzorum Regis aut *Tyranni* referri possit? immo  
 vero quid obstet, quo minus Psalmus hic,  
 qui non nisi preces continet, tempore Achabi  
 aut alius Tyranni a pio aliquo Propheta aut  
 sacerdote confectus esse possit? Videntur enim  
 omnia in impium hunc aliumve Regem, & in  
 afflictissimum sub eorum imperio populi statum  
 quadrare. Nec huic sententiæ obstare ea quæ  
 habentur *vs. 16.* ex illis, quæ in hunc Psalmum  
 JOANNES WILHELMUS SCHROEDERUS, V. C.  
 Orientalis Literaturæ Professor Marpurgensis,  
 singulari libro, *Groningæ* 1754. 8. edito, con-  
 mentatus est, facile dijudicari potest. Et hoc  
 quæstum Lectoris judicio lubens relictum ve-  
 lim. N. B.



titia de perditis Ecclesiæ hostibus summa subindicata; *hic* vero querulum ad Deum murmur editur, ad insultus hostiles debellandos, & vim Tyrannicam quam maxime infringendam.

## §. 4.

Satis superque igitur inclarescit, hanc *Decimam Oden* agere de ejusmodi, qui dicitur *x. ε. ψγ*; eo enim titulo jam *Com. 2.*

adparet, estque proprie, quod notissimum, *Irrequietus*, & cum turbulento mari comparandus, juxta *Jesaiæ Cap. LVII: 20, 21.*

## §. 5.

*In toto hoc Psalmo* proponitur & declaratur quædam insignis ac *notissima* persona. Varia ipsi adtribuuntur, quæ particularia dici, procul dubio, merentur. Non enim talia hic enarrantur, quæ omnium impiorum cujusvis temporis atque ætatis sunt communia. *Com. 3°.* fertur noster *ψγ* avaro bene, sed

*Domino male dicere*: unde in vitium avaritiæ non tantum, verum etiam horrendæ maledictionis crimen incurrere censetur. Sedem sibi promittit constabilitam, quæ non moveri aut conquassari posset *Com. 6°.* idque  
super.

superbis eructasse dictis haut erubescit. Fulmina tremendi carminis tristissima in cunctos sibi reluctantes ejusque dicto non audientes quaquavorsum vibrare non desinit *Com.* 7°. Multam innocuis injuriam iniquitatemque adferre solet *a Com.* 8°. ad 11°. Post ultimam atque ejus totalem comminationem Regnum Deo adscribitur Aeternum, ac triumphus de Ecclesiae devictis abolitisque hostibus canitur: uti videre est *Com.* 15 & 16. Vota denique Ecclesiae ingemiscientis anhelare non cessant, ut ille *עשׂה*, qui sese elatum gerit ac tumidum, tametsi revera nil nisi corpus & umbra, cum fragilitatis specie, juxta notionem *עשׂה* sit considerandus, de terra penitus absorbeatur: quod exstat legendum *Comm.* 17 & 18.

§. 6.

Hæc vero omnia, quæ memorare necesse fuit, Criteria non nisi in hostem Ecclesiae atrocissimum quadrare possunt, qui sese manifeste & coram uniuscujusque adspectu, impietatis ac vultus truculenti signis præbet conspiciendum: in talem, inquam, qui gentem innocuam deprimere conetur, & magna contra Jehovam intonando non defatigetur.

§. 7.

## §. 7.

Jam inquiramus in quam Epocham Dei civitatis hicce  $\gamma\psi\gamma$  ciuitas hostiles tam fastus quam improbitatis erigere voluerit; quod perscrutari adgredimur, ut, pro virili, conatus nostros instituere valeamus.

## §. 8.

Si spectes V. T., nullum temporis spatium videtur innui posse, quo hæc fata acciderunt, Deusque, qua Rex, confederit absque ulla Gentium reluctatione sempiternæ. Sub *Nabuchodonozare*, Ecclesiæ hoste infensissimo, hæc nequiquam habuerunt locum, quoniam tunc temporis non Gentiles, sed potius Judæi de terra Palestinæ, fuerunt extincti. Non diffitendum, quod Dei populo multum nocuerit, ac sancta flammis ultricibus Adyta iusserit Tyrannus potentissimus concremanda: buccis etiam inflatis tumidus incessit, quum sese Babylonicæ civitatis maximæ conditorem jactitare volebat: ast tandem subjugata, maximam partem, Judæorum natione, non ita agere, veluti divinus vates hic pronuntiat, suscepit: ne dicam, hunc terræ Babylonicæ Dominatorem ex sua furibunda rabie atque effreni dementia respicis-

sipuisse, nec non Regni sui habenas, veri Numinis efferendo laudes, solum tenuisse: quum noster  $\psi\psi\gamma$  in hoc Psalmo ad extremum vitæ halitum diris atque inprecationibus diffluxisse creditur ex Com. 7°.

§. 9.

*Antiochum Epiphanem* quod adtinet, sub ejus crudelissima Tyrannide res equidem divinæ Ecclesiæ in deterrimum prolapsæ fuerunt statum; juxta Maccabaicorum Auctores librorum tunc temporis populus Judæus pessime fuit habitus: Deus tamen non dici potest Regnum suum, post Gentes deletas, constabilivisse. Saltem pro tempore Deus tantummodo regnare incepit, & non ut Textus infert, *sempiternæ*: Regnum enim Dei spirituale, quod & stabile atque inconcussum maneret, adventu Christi detectum & in initiis fuit manifestatum. Novimus sane, *Clariss. Commentatorem*, cujus canam eruditionem lubenti animo veneramur, expositionem suam ea ratione instituere; ast pace Viri Doctiss. dixerim, quod *Comma decimum sextum* non satis isti opinioni favere dici queat. Dominus enim suum in omne tempus duraturum Regnum habet sub Oeconomia N. T. Etsi verum quoque diffiteri nolimus, tempora illa Maccabaica ad istud felicitatis culmen, *Bibl. Hagane Cl. IV. F. III.* N n ut

ut vulgo censetur, minime pertigisse sunt dicenda: ab illis enim diebus nil nisi præparatio ad Regnum Dei recipiendum conspiciatur, non autem Divini imperii erectio est statuenda. Et quod sæpius hac in re solet inculcari, primitus est probandum: scilicet Antiochum Epiphanem & Maccabaïcos Heroës fuisse typos propheticos Antichristi & piorum; tempore exitus Ecclesiæ ex Babele mystico, Principum ac Antistitum.

## §. 10.

Quum igitur sub V. T. ille  $\psi\tau\eta$ , ut suis characteribus insigniendus, nequaquam reperitur, necesse est, ut ad N. T. tempora transeamus. Vates enim de illis sæpius cecinisse, inter omnes, mentis acie non destitutos, quam maxime constat. In N. Foederis scriptis acerbissima atque Ecclesiæ Christianæ letifera persecutio memoratur, de qua legitur *Apoc.* II: 10. & ad decennem illam Diocletiani Imperatoris referenda, notante hujus temporis spatium *Sulpitio Severo S. Hist. L. II. c. 46.* In iisdem S. literis Coetus quidam sese innocuorum sanguine delectare fertur, nec non rubicundo cruentati Martyrii colore superbus esse atque infectatus; uti videre est *Apoc.* XVII: 6. Præterea alicujus Paulus Apostolus mentionem injicit Personæ,

in 2da Epist. ad Thessalon. quæ dicitur ὁ ἀδικῶ-  
κατ' ἐξοχὴν, qui animi summa elatione effer-  
vuit, com. 4<sup>to</sup>, & respectu iniquitatis, ava-  
ritiæ, maledictionis & blasphemiæ, cujus  
ipse infimulandus, & quam in aliis, præ-  
tensa sua ipsius auctoritate atque potentia,  
excitare non desinit, vocatur: ὁ ἀνδραπῶ-  
της ἀμαρτίας, ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας, Com. 3<sup>io</sup>.

§ II.

Si itaque N. T. Oeconomiam perlustre-  
mus, oculos sine dubio, B. L., veritas ad  
tempora angustissima necesse est; in quibus  
se ὁ ὑψῆ ab omnibus aliis ita distinxit, ut

vera Ecclesia, diuturnis fatigata afflictioni-  
bus, benignissimum iteratis precibus laces-  
sere Numen fuerit coacta. In persecutio-  
nibus Gentilium, etiamsi gravissimis, Im-  
peratorum Roman. notæ Characteristicæ,  
ea qua hic loci ratione, describi & ad ocu-  
lum depingi nequeunt. Totalis enim τῆς ὑψῆ

vastatio, nec non Christi spiritualis Regni  
lætissima subindicatur extensio. Dudum  
quoque viris doctis observatum, plus sangui-  
nis quandam Ecclesiam, Christi Dominio  
adversam interno, rabidis suis atque nefan-  
dis motibus effudisse solam, quam omnes  
Romani imperii & quotquot odio Christia-

nam gentem persecuti fuerunt internecino,  
 Rectores & summi terrarum Domini con-  
 junctim.

## §. 12.

Ipsa tandem quasi manu nos omnia ad  
*quoddam fictitium Ecclesiæ Christianæ Caput* &  
 jactabundum divi Petri in Apostolica, ut  
 vocant Cathedra, successorem ducere non  
 cessant; quin imo totus *hicce* de Romano  
 Antichristo cecinisse videtur *Psalmus*. Men-  
 tio fit de violentissima, qua Christianos,  
 purioribus sacris addictos, exercuit Anti-  
 christus persecutione, variis N. T. tempo-  
 ribus. Notissima sunt ex Historicis monu-  
 mentis ipsius, quæ perpetravit, facinora sæ-  
 vissima. Nonne ejus crudelitas sub Papa  
 Innocentio III<sup>to</sup> in Languedocia & Vasconia  
 fuit detecta in sanguine innocuorum effuso,  
 quorum numerus duo centena hominum  
 millia exsuperasse dicitur? Quid memorem  
 in Waldenses & Albigenses, inmane quan-  
 tum! mente cruoris avida, sæviisse Papas,  
 Alexandrum III<sup>tium</sup>, & modo nominatum  
 Innocentium, quorum vestigiis insistere ad-  
 nisi fuerunt, Honorius III<sup>cius</sup> ac Gregorius  
 IX<sup>us</sup>. Horrendæ quoque Inquisitionis, ipso  
 nomine detestandæ, Papa seu Antichristus  
 habendus auctor est, saltem suasor, ut no-  
 tum: adveniente enim Pontifice Rom. a Fer-  
 dinan-

dinando & Isabella in Hispania Concilium hoc rubicundum & sanguinolentum fuisse introductum, anno septuagesimo super millesimum quadringentesimum sexto, Historici tradiderunt. Quin & circa Reformationis tempora tres occurrunt in Historiis casus notabiles: 1<sup>mus</sup> horum exstitit Anno MDXLV, quum tristissima cædes fuit agitata in reliquiis *Waldensium & Merindoliensium*. 2<sup>dus</sup> vero Anno ejusdem seculi XLVII, quo Carolus V<sup>us</sup> victoriam de Principibus, inter se Smalcaldico fœdere conjunctis, reportavit, & veritatis Euangelicæ libera in Germania prædicatio fuit prohibita atque interdicta. Denique 3<sup>rius</sup>, quum Anno LXXII. Laniena Parisiensis in Gallia Reformatos ad LXX millium hominum numerum excrucia- vit. Et ipso superiori seculo in Anglia, Hibernia, regno Franciæ & Pedemontanis Vallibus Antichristus persecutionis specimina edidit, Orbi & Ecclesiæ Christianæ fatalissima. Hac de re plura legere datur ap. Celeber. *Vitringa in Anacr. Apocal. Capp. IX—XVIII.* qui Romanorum Præsulum hostiles animos in Waldenses, Albigenses puriores, Wiclefitas, Fratres Bohemos, & quotquot veritatem Christianam, reluctanti persecutione Romanensi, purius professi sunt, ubi- vis ad oculum depingit. Interim ut e diverticulo revertamur, non tantum Antichristi



sævitia, verum etiam ejus superbia ad *αὐμν*  
 impietatis fuit evecta. In fastu enim & honori-  
 bus admittendis semper fuit intolerabilis, quod  
 luculentissimis probari posset testimoniis,  
 in quæ hic loci exspatiari nec animus est ne-  
 que lubet. Id unice notasse sufficiet, quod  
 Stephanus II<sup>us</sup>, Nicolaus I<sup>us</sup>, Gregorius  
 VII<sup>us</sup>, Cœlestinus III<sup>us</sup> aliique Pontifices  
 Rom. eo superbiæ pervenerint, ut adorari  
 instar Numinis venerandi sese passi fuerint.  
 Qui hac in parte omnia confirmata desideret,  
 adeat Celeberr. *Bower*, in eruditissimo ope-  
 re, *Historia Paparum*, ubi inanis Pontificum  
 Roman. jactantia & turgida istorum homi-  
 num insolentia æquis rerum arbitris exami-  
 nanda proponitur. Etenim *in nostra S. Ode*  
*Comma 6<sup>um</sup>*, conferri meretur cum Papæ  
 ventosis, ut summo jure vocanda sunt, di-  
 ctis, quæ adparent *Apoc. XVIII. 17.*, ubi  
 Babylonica Meretrix, sive Roma Antichri-  
 stiana, jactabunda hoc modo incedit: *Sedeo*  
*Regina, & vidua non sum, & luctum non vi-*  
*debo.* Porro sese super Deum insolenter ef-  
 ferendo, illum existere re ipsa Antichristus  
 superbiens negare videtur, adeo ut e *Psalmi*  
*nostri Com. 4<sup>to</sup>*. constet, quod *omnes ejus inti-*  
*mæ sint cogitationes, Deum esse ἵκε i. e. Vacui-*  
*tatem;* est enim ἵκε oppositum τῷ ὄντι quod  
 infert *Soliditatem.* Præterea Roman. Ponti-  
 ficum

ficum est proprium *Sedere*, quemadmodum ex *Apocalypsi*, nec non *hujus Psalmi Comm. 6. & 7.*, inclarescit. Et ad elationem Pontificis Rom. probandam comparare licet *Comma 11<sup>mum</sup>*. cum Pauli loco citato in *2<sup>da</sup> Epist. ad Theff. Cap. II: 4.* Quin & ad morem Imperatorum etiam Pontifices divinum cultum sæpius admiserunt: Vocatur enim vero Papa *Dominus Deus noster* a Rom. Ecclesiæ subditis, & *ejus sedes*, *Sedes Dei* nuncupatur, vide sis *Tractatum de Monarchia Temporalis Pontificis Rom. Cap. XXV.* Et ne omnia proferam, quæ demonstrare queant in *hoc Psalmo* de *Antichristo*, veræ Ecclesiæ atrocissimo hoste, ægi, divus Poëta ipsius omnimodam ob oculos nobis ponit deletionem *Com. 15.* Quod non nisi ultimis N. T. temporibus plenissime continget, quando *Deus illum*  $\Psi\Upsilon\Upsilon$  *halitu*

*oris interficiet*, juxta *Jesaiæ Vaticinium Cap. XI: 4*, quod Paulus loquens in loco citato de τῷ ἀνθρώπῳ τῆ ἀμαρτίας, vocat *Com. 8<sup>vo</sup>*. καὶ τότε ἀποκαλυφθήσεται ὁ ἀνομία, ὃν ὁ Κύριος ἀναλώσει τῷ πνεύματι τῆ σῶμα αὐτῆ, καὶ καταργήσει τῆ ἐπιφανείᾳ τῆ παρυσίας αὐτῆ. Denique *Com. 17<sup>mo</sup>* *hujus Odes* eam requiem commemorat Poëta Sacer, qua maclabuntur οἱ πρᾶξι post Imperii hostilis everfionem: quippe qui tunc temporis terram possessuri dicuntur: ut pluribus hanc ex *Matthæi Cap. V. 5.* phrasin Cl. *Vitringa* inlustravit *L. V. O. S. c. 6.*

## §. 13.

*Argumentum* itaque hujus *S. Hymni*, ut vela nostri *Speciminis* contrahamus, si non ad *V. T.* pertineat, ad *Novum*, sine magna animi hæsitatione, referendum; in cujus *Oeconomia* certissimum hujus *Vaticinii* implementum statuminare possumus. Ipsum quod spectat *Argumentum*, liquidum illud ac manifestum fieri potuit ex iis, quæ in *paragraphis antecedentibus* notavimus; & quæ, licet ex quadam adsumta, sed non omnibus fortassis æque accepta, de τὸν ὕψις hypothesis, profluxerint, tamen eâ rationis mihimet niti videntur evidentiâ, quæ in ejusmodi rebus solet tantummodo requiri & non majori: dum interea ista probabilitatis species a *demonstratione* veritatum problematicarum parum abludit.

## §. 14.

Continet igitur hic *Psalms* 1<sup>o</sup>. indicationem funesti ac tristici *Ecclesiæ* status a *com. 1<sup>mo</sup> ad 11<sup>um</sup>*. 2<sup>o</sup>. Vota producit ex intimo pectore *Ecclesia* lamentabunda, quæ sunt duplicis generis; vel spectant Deum, piorum Dominum, ut ad calamitatum voraginem & miseriarum abyssum adtendere velit *Com. 12.*, aut etiam ipsum illum τὸν ὕψις

ad-

adtingunt, cujus interitum atque perniciem, adeo istius temporis Ecclesiæ exoptandam, enixe rogant *Com.* 15.

§. 15.

Nec forsan ἐκτὸς λόγου ὀρχεῖσθαι, quod ajunt Græculi, dicendi sumus, si speciatim ita calculos subducamus, ut *Argumentum* bujus *Psalmi* Oratio foret queribunda, qua Reformatæ Ecclesia gentis suæ fata plectro pulsat gemebundo, atque ultimi temporis afflictionem, quæ omnium nocentissima variis creditur Viris doctis, moesta cantat ejulatione. Et ne quid nimium hac in re posuisse redarguamur; postquam hæc literis mandavimus, in manus incidit *Vetus Interpres noster*, qui bujus *Psalmi Argumentum* in fronte hac ratione constituit: *een Gebedt der Kercken tegen den Antichrist, die met moorden en valscher Leere de Kercke onderdruckt en verwoestet.* Post Antichristum enim ejectum atque consumtum Regnum divinum majus capesseret incrementum; quoniam certo certius est, Rom. Ecclesiæ subditos, inimicitia atque animi infensa natura notabiles, æque Christi Imperio ac olim vero divino cultui Gentiles undequaque nocuisse. Hac de re Vaticinia diversimode loqui amant. Et eccur repetam nomine τῶν πρῶτων ultimi fideles temporis obvi-

am venire in S. Literis? Istud tantum addidisse sufficiet, quod יתום epitheton sit, de hujus temporis Ecclesia usurpatum, veluti constat ex *Hoseæ* XIV: 4. אִשׁוּר בְּךָ יִרְחַם יְתוּם

Sæpiuscule enim Ecclesia rebus in adversis, orphanis viduisque æquiparatur, quod videre licet *Thren.* V: 3. unde Deus utriusque Fautor ac Defensor esse prædicatur *Pf.* CXLVI: 9.: quin & ipse Messias eo titulo respectu Ecclesiæ occurrit tanquam *Pater Orphanorum Pf.* LXVIII: 6.

## §. 16.

Si nostra denique stet firmo talo hac in parte sententia, necdum *illud Canticum nostrum* summum accepit implementum: verum enimvero præparantur nostra Ecclesiæ tempora paulatim *ad horam illam magnæ afflictionis*, quæ totum qua patet Christianus Orbem invadet: quam præmonuit Servator T. O. M. in 6<sup>ta</sup> *Epistola Apocalyptica*, Johanni Theologo denotata *cap.* III. 10. Profecto Ecclesia Reformata per Dei judicia videtur exercenda, quin imo expurganda, dum hostes veræ Ecclesiæ pessum ibunt, ut olim in Babele obtinuit, quod cecinerunt *Jesaias Cap.* XIV. & *Vates Pf.* CXXXVII., ubi, quod in transitu monitum velim, captivus Dei in  
Baby-

Babylonia populus querulum edit murmur & lamentabundus hoc modo ingemiscit : *ad fluvios Babelis illic confedimus , etiam lacrymas fudimus , quum Zionem in memoriam revocavimus : ad salices in terra media i. e. in partibus Babyloniæ inferioribus & aquosis confedimus* יִשְׁבְּנוּ / quod ex præcedenti Com. repetere li-

cet : jam sequitur *citharas nostras suspendimus* , unde ad oculum cuivis patefcit, juxta Textum Hebræum illa verba Com. 2. על־עֲרָבִים

בתוכָּה quam maxime ad יִשְׁבְּנוּ / non ad כְּנֹרוֹתַיִנוּ esse referenda : verum hæc

unice ὡς ἐν παρόδῳ dicta funto & notata. Quod Ecclesiam vero, istis, de quibus agimus, temporibus, adtinet, illa, a Justissimo Numine castigata, tandem triumphum insignem aget, quo hostiles animi, divinis iris ac flammis ultricibus expositi, penitus absorbeantur necesse est; adeoque tunc implementum capiet plenissimum Comma 15. nostri Psalmi, quando ille רָשָׁע ׀ incisis nervis erit

delendus, ut locus beatiori statui & felicioribus Ecclesiæ N. T. diebus pateat amplissimus.

## §. 17.

i. e. asinus. nec non *Asio* i. e. noctua, quam ab auribus dictam testatur *Plinius*. *Odsanaht*, אֲדִינָה / auricula, antula, germ. *Dese*.

Literam *Dsal* seu *D* blæsum ac sibilans Ebræi, chaldæi ac Syri in suis dialectis partim in *D* simplex, partim in *S* mutarunt. id quod hodiernum in anglica literæ *Tb* seu *Tbet* blæso accidit, quod a paucis recte, a plurimis ut simplex *Tbet*, ab aliis ut purum *S* effertur. Hinc in ch. *Udæn*, אֲדָן / s. adno, אֲדָנָא / auris, ansa, & in latina *Audio*. Et in ebr. ætt. nec non ch. *Asan*, אִשָּׁן / audivit, auscultavit, *Osen*, אִשָּׁן, auris, *Osnaim*, aures, ansæ. Has dialectos secuta est græca in *αὐς*, *ἄς*, nec non latina in *Auses* & *Ausculto*.

Sic omnia concordant & ratio mutationum omnium continetur in litera arabica *Dsal*, quæ nunc ut *ds*, modo ut *d*, modo ut *s* pronunciatur. Unica mutatio in *r*, ut in *auris*, *Dor* / oreille, non continetur in his, quare ejus ratio aliunde videtur petenda. Nec eam denegavit Oriens, siquidem *aur* est a verbo ar. *Ara*, אֲרָו / ansatam fecit rem, ansas accepit. *Aurwaht*, אֲרָוָה / ansa. *Ora*, אֲרָי / ansa vestis, cui inditur globulus, uncinus vestis, ita exacte germ. אֲרָי / ær! Denique ar. *Mabharat*, מֵאֲרָה / auris extremitas, a verbo אֲרָו.

(132.) **AUDIO.** Anglis *ear* & germ. *hören*  
ab 002 / *auris* v. antec.

(133.) **AURORA.**

In ar. *ghaurat* seu *aurabt*, עררה / *aurora*,  
& ejus splendor, & generatim res nitens,  
candicans, clara, illustris. A radice *arra*  
seu ob *gain gbarra*, ערר / alba fuit res; can-  
duit; hæc convenit eum verbo אור / *or*,  
*aur*, splenduit, illuxit, &c. hinc e. *Or*, *aur*,  
אור / lux matutina, diluculum.

(134.) **AURUM.**

Plerique ab *aurora* & splendore arcessunt,  
quos videsis in Etym. Vossii. Servius ad VI.  
æn. *Aura*, inquit, *id est splendor*, hinc & *au-*  
*rum dicitur a splendore*, qui est in illo metallo.  
Isidorus idem etymon. l. 16. c. 17. adopta-  
vit. Mihi illud perplacere non diffiteor. Sic  
est *aura*, i. e. splendor & *aurum* ab *Or* s. *aur*  
אור / e. c. s. splendor, lux, lumen, corpus  
lucidum, itemque fons lucis, Sol, luna,  
luminare, unde etiam Apollo Ω, ☉ dictus.

Non tamen omittendum in lingua Etrusca  
pro *aurum* olim *ausum* dictum esse. Festus:  
quidam aurum a similitudine auroræ colo-  
ris nomen traxisse existimant, alii a Sabinis  
translatum putant: quod illi *ausum* dicebant.  
Ita quoque syr. *austhon*, אודון / *aurum*, &  
*Ufijas*, אודין / *opes*, substantiæ, essentiæ,  
ab אוד / *os*, *us* in c. s. fundum, radix rei,  
essentia, substantia, &c.

*Bibl. Hagana Cl. IV. F. III. Q q (135.)*



(135.) AUSCULTO. Differt ab *audio*. Varro l. 5. de L. L. *ab audiendo*, inquit, *auscultari declinamus*, quod hi *auscultare dicuntur*, qui *auditis parent. a quo dictum Poetæ, Audio, hanc ausculto*. Et Pacuvius: *Magis audiendum quam auscultandum censeo*. v. Voss. Etym.

Mihi verbum longiusculum, pluribusque quam tribus literis constans videtur esse compositum, *Aus-culto*. De priori voce nullum est dubium quin fit ex fonte modo indicato. In ar. *Adsaná* etiam significat: obsecutus fuit. Alteram vocem *Cult* derivare gestio a *Kol*, *Kul*, *Kala*, קול / in ar. dixit, pronunciavit de eo, condixit, sponndit, affatus eum fuit, verba fecit, *Kol*, *Kal*, dictum, verbum, vox. Sic *aus-culto* foret proprie: *dicto alterius obsequi*. Aut a verbo *Kalab*, כלה / perfecit, complevit, consummavit, it. *Calla*, כלל / id. Sic *aus-cultare* erit proprie *Audite perficere & complere*, id quod discrimini antiquorum est conforme.

(136.) AVUS.

Vossius, *Cæs. Scaligerum* sequens, derivat ab *ab*, *aba*, אבא. In ar. & syr. *Abab*, אבה / pater fuit, parentem se illi præbuit, aluit, educavit, nutrit, appellavit patrem, adscivit eum ut patrem, pro patre habuit. hinc e. c. s. a. *Ab*, אב pro *Abav* אבו / pater, in duali *Abvani* & *abani*, אבואן / parentes,  
pater

Harmonici Latino-Phoenicii. 591

pater & mater, in plur. ar. *Abaa*, *abvona*,  
 אבון / patres, majores &c. hinc *Abbas*, *Abt*,  
 quem post patrem colimus, pro eo adscisci-  
 mus. Et in ar. *Ababaa*, אבאבא / Papa, epi-  
 scopus. Hinc sine dubio etiam formatum  
 est verbum ar. *Babaa*, באבא / dixit Baba,  
 i. e. Papa, pater, infans papavit: hinc  
 etiam *Babus*, באבוס / natus s. foetus quili-  
 bet, & ar. *Bababt*, באבבת / vox infantis di-  
 centis Baba, juvenis corpulentior, obesu-  
 lus, & in syr. *Bobuso*, בבוסא / puerulus, &c.  
 hinc quoque germ. *Bube* / *Pupus* / *Puppe* / &c.



V I I.

S P E C I M E N

Ex Biographiâ

FRIDERICI III. cognomine PII

Electoris Palatini,

hactenus ineditâ,

quam

per modum Subscriptionis,

ita vulgo dictâ, typis describi curabit,

&


in incrementum Historiæ tum Politicæ tum

Ecclesiasticæ, Reipublicæ litterariæ

communicabit

JACOBUS CREMER, J. F.

V. D. M. Lerodamensis.



Meo spatium pridem jam  
cessit, quod Ego casu quodam  
possessor fierem cimelii hujus  
literarii, cujus Auctor, ex præ-  
missa Præfatione, mihi innotuit  
Auriacus Princeps, qui & hæreditarius

*Bredanus*, medio seculo proxime elapso, inter Ministros suos *Bredæ* habuit quendam JOANNEM JACOBUM HAUSMANNUM, *Simmerid Palatinum*. Hic memoratâ in urbe ad Quæsturam ærarii publici admotus, atque ita se spe reditus in Patriam & natale solum casum sentiens, animum tandem calamumque appulit ad describendam vitam FRIDERICI III. *Comitis Rheno-Palatini, & S. R. Imperii Electoris*, indigne ferens, quod talis ac tantus Princeps nondum idoneum laudis suæ præconem esset nactus, & simul spem fovens depellendi illum morbum, quem Germani vulgo das *Heimwee* vocare solent, quo se non leviter tactum dolebat.

Igitur indefesso labore huic se Biographiæ, quantum sibi per munus publicum liceret, dedicavit, eamque fere ad umbilicum perduxit Quæ cum forte fortuna in nostras incidisset manus, avide perlecta, nec non Erudito uni & alteri communicata. Quos inter heic omnino nominandus Clarissimus hujus *Haganæ Bibliothecæ* Editor, cui cum ceteris *Hausmannianus* iste labos perplacuit; quapropter ille me continuo monere, ut eundem tandem pertexam, neque amplius publico invidiam, imo *Bibliothecam* suam *Haganam* mihi aperire, ut schediasma quoddam ex Vitâ & rebus, ab incomparabili

**FRIDERICO**, tam pie quam fortiter gestis, decerperem, & huc conferrem.

Neque diu anxius hæsi, quam materiolum ex opere **HAUSMANNI** mei, quod, uti sub manu est, in folio perspicue exaratum, jam numerum 500. paginarum superavit, seligerem. Sequens historiola clar. **BARKEYO** usque adeo placebat, ut ipse eandem depoposcerit. Nec restiti, quia **L. B.** ex illâ poterit animadvertere, inter alia quam eleganti stylo Auctor noster Heroem suum *Christianum* pinxerit, & quantum absit a supervacaneo, ut integrum opus pertextum, cum recentioribus collatum, hinc inde quoque auctum tandem prodeat in publicum; ornatum insuper Effigie tanti Principis raro vel nusquam obviâ, in æs eleganter incisâ. Quid? quod persuasissimum habeamus, etiam si nihil novi, sive *ἀνεκδοτῶν*, cum hacce Biographiâ possemus propinare, tamen operæ fore pretium, ut **FRIDERICO III.**, serum licet, monumentum erigatur publice & seorsim, quemadmodum olim jam duobus **FRIDERICIS Palatinis**, I. nempe & II. struxere Viri Docti, quod ante sesquiævum quoque Noster omnino & præ ceteris meruisset.

Ast hic Elogium scribendi non est locus, neque **HAUSMANNI** acta agere volo: ad memoratum potius Excerptum sine ulteriori præfamine, propero.

•••••

M.

## Elect. Palatini inedita, nunc edenda. 595

**MAXIMILIANUM II.**, Imperatorem, **FERDINANDI I.** filium, & hujus ex fratre **CAROLO V.** Nepotem, Principem æterna memoria dignissimum, antequam is ad imperii fastigium eveheretur, ac Patre superstite etiamnum Rex Bohemiæ esset, **PAULUS IV.** Pontifex R. adeo suspectum habuit, ut in privato cum **MARTINO GUSMANNO**, **FERDINANDI** Cæsaris oratore, colloquio, non temperavit sibi ab exprobratione inter alia etiam Imperatori patri denuncianda, quod filium haberet Hæreticorum fautorem, quippe qui ab aliquot annis, cum Electoribus aliisque Principibus Protestantibus *Germaniæ* amicitiam coluisset. Atque isthac suspicione post mortem **PAULI** in aula *Romana* continuata, Pontifex per *Comitem de ARCO* ei significandum curavit, nisi ad Catholicos ritus vitam institueret, se eum in Regem *Romanorum* minime confirmaturum, imo dominium omne abrogaturum. *Romam* etiam de eo postea perlatum, quod & Prædicatorem aleret, & sæpius concionantem audiret, qui in plerisque Regni loca, licet non in ipsam civitatem *Pragensem*, Communionem calicis introduxisset. Neque id Rex ipse interdum dissimulabat, se Coenam nisi integram accipere non posse.

Quamobrem **PIUS IV.**, **PAULI IV.** Successor, per nepotem suum **MARCUM ALTE-**

PSIUM, eum monuit, in fide Catholica perstaret, spe ostentata successionis in Imperium. Rex vero MAXIMILIANUS ei respondit, „ se Pontifici de tam propensa voluntate gratias agere maximas, sed animæ suæ salutem rebus omnibus mundanis habere cariorem”: quam loquendi formulam Romæ dicebant, idioma esse *Lutberanorum*, quod alienationem ab obedientia illius sedis implicet.

Ceterum exprobratio illa PAULI IV. per MARTINUM GUSMANNUM facta, tam profundas in animo FERDINANDI Imp. radices egit, ut, nimio calore iracundiæ abreptus, rem aggredi conatus fuerit tanto Principe indignam.

Habebat MAXIMILIANUS, illius filius, Aulæ Concionatorem, virum pientissimum, Evangelicæque veritatis apprime gnarum, ac doctrinam cælestem pie sibi instillantem, JOANNEM SEBASTIANUM PFAUSERUM, *Constantiensem*, sed qui propterea odia sustinuit, tantumque non martyrium passus.

Quippe ad hunc aliquando in conclave solus FERDINANDUS Cæsar ingressus acriter increpare, & quod filium falsa doctrinâ imbuendo seduceret, exostulare cæpit. Qui tametsi responderet modeste, Cæsar tamen exarsit adeo, ut stricto pugione dextrâ, sinistrâ vero collo PFAUSERI prehensio, ictum

**Elect. Palatini inedita, nunc edenda. 597.**

ictum intentaret. Cohibuit se tamen, egressusque filio, ut hominem mox amoveret, mandavit. Hæc ex ipsius PFAUSERI ore hausta scripto consignavit JOANNES BLAHO-SLAUS, fratrum in *Moravia* minister, postea & Senior, tum *Viennæ* hospes.

MAXIMILIANUS, cum summam Patris indignationem & exacerbationem animadverteret, atque adeo, dimisso jam PFAUSERO, sibi cavendum esse intelligeret, FREDERICI Electoris *Palatini*, Principis prudentissimi ac sibi amicissimi, salutare consilium explorare, & auxilium etiam, si necessitas postularet, tempestive implorare quam studiosissime sategit. Cum vero totum hoc negotium, uti supra innuimus, non omnibus obvium sit, operæ pretium me facturum existimavi, si illud optima fide translatum huc insererem.

Exemplar literarum Cæsaris MAXIMILIANI II. ad Electorem FRIDERICUM III. Comitem *Palatinum*, cum ille tantum esset Rex *Bohemie*.

„ Illustrissime Princeps, Amicissime ac dilectissime Domine Cognate! Quandoquidem eximiam & singularem prorsus fiduciam in Dilectione Vestra repositam habeo, ab eadem omnem, & quidem amicissimam benevolentiam re ipsa expertus, licet de Dilectione Vestra nunquam bene



„ fuerim promeritus: intermittere non po-  
 „ tui, quin fidelem hunc ministrum meum  
 „ NICOLAUM A BARNSCHDORFF ad Dilectionem  
 „ Vestram ablegarem, ex quo dilectio Ve-  
 „ stra gravissimam difficultatem & mœrorem  
 „ meum percipiet. Quamobrem rogo, ut  
 „ dicto BARNSCHDORFFIO omnem fidem ha-  
 „ bere, neque me in præsentî rerum statu  
 „ deserere velit, quemadmodum plenissime  
 „ confido. Quod si vero tantum beneficium  
 „ ipsemet demereri non potero, Æternus Me-  
 „ diator ac Servator noster abundanter com-  
 „ pensabit. Cæterum Dilectioni Vestræ me  
 „ amice ac diligenter commendo. Datum  
 „ *Viennæ* in persecutione. 2. April 1560.

Dilectionis Vestræ,  
 Benevolus Cognatus,  
 MAXIMILIANUS.

**Regia negotiatio cum Electore Palatino.**

„ Serenissimus ac potentissimus Princeps  
 „ & Dominus, Dominus MAXIMILIANUS,  
 „ Rex *Bohemiæ*, Archidux *Austriæ*, &c. Do-  
 „ minus meus Clementissimus, mihi in man-  
 „ datis dedit, ut Illustrissimo Principi ac  
 „ Domino FRIDERICO, Comite *Palatino*  
 „ *Rheni*, S. R. J. Archidapifero & Ele-  
 „ „ Etori

## Elect. Palatini inedita, nunc edenda. 599

„ Etori &c. summas difficultates & angu-  
„ stias suas exponerem, in quibus ipse jam  
„ nunc constitutus est propter dimissionem  
„ Concionatoris sui Aulici, ac doctrinam  
„ in Confessione *Augustana* comprehensam,  
„ quam Regia sua Majestas pro vera ac  
„ *Christiana* Religione agnoscit, atque in  
„ illa etiam professione, mediante gratiâ  
„ divinâ, vitam suam finire, ac crucem &  
„ persecutionem ob eandem patienter ferre  
„ constanter sibi proposuit, eoque nomine à  
„ Cæsarea Majestate, per dilecto suo Domi-  
„ no & parente affligitur ac contristatur.  
„ Cujus quidem rei Celsitudo sua Electora-  
„ lis etiamnum probe recordatur. Proinde  
„ Regia sua Majestas unice confidit, Illustris-  
„ simum Dominum Electorem erga ipsam,  
„ propter supra dictum illud multiplex peri-  
„ culum, in quo propter veram Religionem  
„ versatur, non solum *Christiana* & amica  
„ commiseratione commoveri; verum etiam  
„ Regiæ suæ Majestati, in exposito hoc  
„ discrimine ac moerore fidele consilium  
„ communicaturum; quin etiam ad duos se-  
„ quentes articulos amice responsurum.  
„ Ac primo quidem, si Cæsarea Majestas,  
„ sicuti ex multis indiciis apparet, nullum  
„ amplius Concionatorem Aulicum, Confes-  
„ sioni *Augustanæ* addictum, permittere vel-  
„ let,

„ let, atque insuper etiam Regiam suam Ma-  
 „ jestatem ad Missam Pontificiam, & alios  
 „ hujuscemodi ritus & abusus adigere &  
 „ constringere satageret, à quibus Ipsa com-  
 „ plures jam annos, licet tempori aliquan-  
 „ tulum inservire coacta fuerit, abhorruerit,  
 „ & animum plane alienum habuerit: Quid  
 „ hoc casu Regiæ suæ Majestati tandem sit  
 „ agendum, & quo medio, quave viâ Illu-  
 „ strissimus Elector judicet hoc periculum  
 „ amovendum & impediendum esse? quo-  
 „ niam Regia sua Majestas *Augustanam* Con-  
 „ fessionem pro vera Religione agnoscit,  
 „ atque ipsi perquam molestum est futu-  
 „ rum, si conscientia sua hujusmodi Ponti-  
 „ ficiis abominationibus amplius foret ag-  
 „ gravanda.

„ Deinde siquidem contingeret, ut Regiæ  
 „ suæ Majestati propter *Augustanæ* Confes-  
 „ sionis professionem à Cæsarea Majestate,  
 „ id quod Deus clementer averruncet, gra-  
 „ vior persecutio intentaretur, quam con-  
 „ solationem amicitiam & fidem ab Illu-  
 „ strissimo Electore expectare ac sibi pro-  
 „ mittere possit?

„ Quo quidem casu sua Majestas ab Il-  
 „ lustrissimi Electoris eximia benevolentia  
 „ optima quæque sibi pollicebitur: etsi vel  
 „ maxime etiam periculosissima hæc nego-

„ ut

## Elect. Palatini inedita, nunc edenda. 601

„ tiatio, uti metuendum, in Illustrissimi  
„ Electoris, cæterorumque *Augustanæ* con-  
„ fessionis addictorum præjudicium detor-  
„ queretur, nihilominus Regia sua Majestas  
„ de sincera illorum amicitia, consilio &  
„ auxilio persuasissima omnino permanebit,  
„ neque oblivioni tantum beneficium un-  
„ quam tradet; verum perpetuo, uti par  
„ est, grato animo se remuneraturum pol-  
„ licetur. 3. Junii 1560.”

NICOLAUS A BARNSCHDORFF.

Ad hanc propositionem Illustrissimus Ele-  
ctor FRIDERICUS oretenus & prolixè respon-  
dit, ac summam & substantiam sententiæ  
suæ supra dictæ propositioni, a Deputato  
BARNSCHDORFFIO exhibitæ propria manu ad-  
scripsit ac subjunxit hoc plane modo: „ Re-  
„ sponsi loco sequentia testatus sum: Me  
„ erga Principem suum justâ *Christianâ* &  
„ sincerâ commiseratione permoveri. Quod  
„ autem primo loco Concionatorem PFAU-  
„ SERUM concernat, cum ille jam dimissus,  
„ neque alius quispiam Confessionis *Augusta-*  
„ *næ* addictus Regiæ suæ Dignitati permit-  
„ tendus sit, consultum mihi videri, ne  
„ Regia sua dignitas, quod placidâ viâ ob-  
„ tineri nequeat, Cæsareæ Majestati se op-  
„ po-

„ ponat , sed ut eò ardentiores preces ad  
 „ Deum effundat , qui Regiam suam digni-  
 „ tatem nunquam sit deserturus. Verum à  
 „ Regiâ suâ Dignitate hoc potissimum requi-  
 „ ri , ut abominationem Missæ , & omnem  
 „ Idololatriam aversetur , atque hunc animi  
 „ sui sensum Cæsareæ Majestati declaret ,  
 „ quo hac ratione a multorum hominum  
 „ suspicionibus liberetur.

„ Quodsi vero etiam res tandem fortire-  
 „ tur hunc effectum , ut Regiæ suæ Digni-  
 „ tati in exilium abeundum sit , quod tamen  
 „ non sperem , Regiæ Dignitati me minime  
 „ defuturum : quo quidem casu , minime  
 „ dubitem , quin in bonam partem acceptu-  
 „ ra sit ea , quæ Divina Benignitas mihi  
 „ concessit. Insuper etiam , si Pontifex  
 „ Romanus cum aſſeclis suis gravius quip-  
 „ piam sit machinaturus ac tentaturus , qui-  
 „ bus ego nullo juramento sum obstrictus ,  
 „ me una cum aliis Principibus reapse de-  
 „ monstraturum , ut Regia sua Dignitas sin-  
 „ cerum animi mei candorem & sententiam  
 „ ipso facto sit expertura. Actum 5. Junii  
 „ 1560. ”

Ex hac narratione & negotiatione liqui-  
 distissime apparet , quanta fuerit inter utrum-  
 que hunc , pientissimos profecto Principes ,  
 amicitia , quam illi per universum vitæ suæ

## Elect. Palatini inedita, nunc edenda. 603

curriculum ad extremum usque spiritum sincere ac constanter conservarunt, id quod etiam deinceps a nobis suo loco proferetur.

Cæterum JOA. SEB. PFAUSERUS, qui non minima pars fuit iracundiæ FERDINANDI Imperatoris, natus fuit *Constantiæ* ad locum *Bodamicum*. Cum ingenio esset acri & solidæ eruditionis cupido, vitæque integritate vitam ornaret, facile amorem ac benevolentiam apud viros pios ac doctos est consecutus.

MAXIMILIANO itaque *Bohemiæ* Regi commendatus, eidem Principi veritatem Evangelicam amplexo, a sacris Concionibus aliquantisper fuit. Sed ab eodem ex causa superius & prolixius recitata, dimissus, *Lavingam*, superioris *Palatinatus* oppidum pervenit, ubi Ecclesiæ Antistes fuit designatus. Eo in loco cum ad annum usque 1569. constanter & fideliter docuisset, apoplectico paroxysmo correptus ad vitam meliorem abiit die sexto Junii, cum vixisset annos undequinquaginta. Theologus fuit præsentis magnitudinis animi & consilii; eloquentia præterea, ac dignitate magna præditus, & plane vir bonus, omnibusque rebus ornatus.

PANTALEON, candidus Antistes Ecclesiarum in Ducatu *Bipontino*, hoc eum Epigrammate ornavit.

Cæ.

*Cæsaris Augustas docuit PFAUSERUS ad aures  
 Præco celebrandi dogmata sacra Dei:  
 Quantò major erat, quem tu PFAUSERE docebas  
 Sacra: aliis tantò tu quoque major eras.  
 Nunc ubi Divini sparsisti semina verbi,  
 Custodit cineres clara Lavinga tuos.*



Haftenus HAUSMANNUS noster. Aliud Epitaphium PFAUSERI concinnavit NICOLAUS NEUSNERUS, tunc temporis Professor & Gymnasiarcha *Lavingensis*, id quod novissime typis descriptum dedit Cl. SCHELHORNIIUS in *Amoenitatibus Historicis ac Literariis Novis, Germanice* edi coeptis *Ulmae & Lipsiae* 1762. Tom. I. p. 100. qui & curiosos videndi effigiem *Pfauferianam* amandat ad Elogia REUSNERI & BOISSARDI, nec non ad frontem primæ continuationis *Austriae Evangelicae* per D. RAUPACHIUM, quin etiam ad *Germanicas Collectiones Veterum ac Novarum rerum Theologicarum*, super ann. 1723.

Citatus modo SCHELHORNIIUS porro quatuor Epistolas adjecit, quas pro ornamento hujus suæ Collectionis, nec immerito habet: primam ejusdem Regis MAXIMILIANI, qua  
 Natis-

*Nathanem suum* PFAUSERUM, CHRISTOPHORO, Duci *Wurtembergico* summopere commendabat: alteram Ducis CHRISTOPHORI ad Regem, qua ille se PFAUSERI Tutorem ac Patronum profitetur, vel invito Cæsare; id quod in tertiâ MAXIMILIANI gratissime acceptum, atque iteratâ commendatione profecutum, videmus: ipso PFAUSERO in quartâ Regi suo significante, quod consilium mutaverit *Lavingamque* cesserit. Hasce vero, uti authentico idiomate sunt descriptæ, apud SCHLHORNIIUM ipsum legi velim; cum nobis sufficiat, huic Epistolarum Tetradi ex HAUSMANNO jam accessisse quintam adhuc ineditam, licet versam Latine; quæque ergo est tertia ipsius Regis *Bohemorum*, atque ad incomparabilem Electorem, FRIDERICUM nostrum exarata, simul cum actis *Barnschdorfianæ* Legationis ad Eundem: Ex quibus Anecdotis denuo clarissime patet, quam invito revera MAXIMILIANO concionator Aulicus, PFAUSERUS aulam fugere debuerit, quamque piûm, prudens ac magnanime consilium, uno verbo, *Fridericianum* responsum Legatus Regius Regi suo reportaverit.


Plura forent, quæ ex *Palatini* nostri Biographo depromere possem, si hujus scrinia compilare vellem: verum me integrum opus ad prelum parare memini ac memoro, pro-

*Bibl. Haganae Cl. IV. F. III.*      R r      inde



606 J. Cremeri Spec. ex Biogr. &c.

inde superiori specimine salivam modo curiosis movendum esse ratus, simul Eruditos, qui *Haganam Bibliothecam* lustrare solent, obnixè precatus, ut si quid habeant, quod Biographiam edendam ulterius ornare posset, benigne communicare velint. *Leodani*, 1. Kal. April. 1772.



# VIII. LITTERARIA.

## SALISBURGI.

**P**rodierunt unpartheyische Abhandlung von dem Staate des Hohen Erz-Stiftes Salzburg / und dessen Grund Verfassung / zur rechtlich- und geschichtsmässigen Prüfung des so genannten *Juris Regii*, der Herzoge in Bayern 1771. fol. sine indicio Auctoris aut loci inpressionis.

## SARISBURIÆ

*A Description of the Antiquities and Curiosities in Wilton-House &c. by James Kennedy 1769*

4.

## SCHWABACHII

Songoltschen Vorraths allerlei brauchbare Nachrichten 1765. 8. *Varia continent historica.*

## SERVESTÆ

Obiit d. 26. Martii 1766. V. C. G. SAM. NICOLAI, Prof. & V. D. M., qui etiam Francofurti ad Viadrum Doctorem egit.

## SORÆ DANORUM.

Constituti sunt a. 1765. Professores VV. CII. JOA. LUDOV. CHRISTIANUS PONTOPPIDANUS & M. GER. SCHLONNING, prior *Theologia*, alter *Eloq. & Historiarum.*

V. C. HALSDAN EINERSEN, *Philos. M. & Rector Scholæ Cathedr. Holmensis* edidit: *Speculum Regale cum Interpretatione Danica & Latina, variis Lectionibus & notis refertum* 1768. 4. Opus eximium.

## S O R A V I Æ.

Prodierunt Vernunft und Schriftmäßige Betrachtung über die unlängst herausgekommene seltsame / verworrene und verdrehte Übersetzung und Erklärung des Neuen Testaments / durch J. G. GR. 1761. 8.

## S P I R Æ N E M E T U M.

V. C. JOA. JAC. SÜNDERMAHLER, *Juris Publici Prof. Herbipolensis*, *Opuscula selectiores Juris publici doctrinas illustrantia* 1768. 4. Erga Protestantes injurius est.

## S T A D Æ.

S. V. Superintendens J. H. PRATJE edidit: *Kurzgefaßten Versuch einer Buxtehudischen Schulgeschichte* 1765. 4.

— — — — — einer Stadischen Schulgeschichte 1766. 4.

— — — — — einer Geschichte der Schule und des Athesraums bey dem Königlischen Dom zu Bremen 1771. 4.

— — — — — Altes und Neues aus den Herzogthümern Bremen und Verden / 2 bände / 1769 / 70. 8.

## S T E I N F U R T I.

ANTONIUS CORNELIUS BARKEY, *Nic. Fil. S. Th. D. cum Professionem Theologiæ Ordin. solemniter capesseret d. 16. Julii a. 1767. Orator*

*tionem Inauguralem dixit de Doctrina & Ethicis Christiana præ Philosophica præstantia & dignitate.* Edidit etiam cum Rectoratu se abdicaret 1768.

— *Programma de Affectibus Veritati noxiis* a. 1771.

— *Programma, continens Observatiunculas in Sex S. Codicis loca* a. 1772.

V. C. JOA. PETRUS BÜCHER U. J. D. & Prof. Hammonam Westphalorum U. J. Professor evocatus abiit. Ediderat Programma, cum Magistratum Academicum exueret, *de Sponsionibus* 1769.

Dissert. Juridicam *de Imputatione actionis in ira commissæ, resp. DIET. BRÖKER, Steinfurtense* a. 1769.

Sub ejus præsidio Dissert. Jurid. defendit FRID. WILH. LUD. GERSTEIN, Rheda Westph. *de Philanthropia, hosti & hæretico haud deneganda* a. 1770.

V. C. JOA. PHIL. LAUR. WITHOF, J. H. Fil. Med. D. & Prof. C. Comitum Archiater, Teutoburgum a. 1770. ut Prof. Hist. Philos. moralis & Eloq. evocatus, abiit,

Ediderat a. 1767. Dissertat. Programmatum in forma *de Optimo infantes ad virtutem & felicitatem educandi methodo.*

In locum cl. Withofii Medicinæ Professionem adeptus fuit V. C. MAURITIUS FRID. HOUTH M. D. qui d. 26. Martii 1772. Scholam suam aperuit, dicta Oratione Inaug. *de cura Principis circa valetudinem subditorum, cujus diem indicavit C. A. BARKEY, Exrector, progr. de corporis humani fabrica, Opificio, Deo dignissimo.*

## S T E T T I N I.

Constitutus est a. 1764. *Professor linguarum sacrarum* V. C. JOA. ADOLPHUS SCHINMEIER.

Ad Inaugurationem ejus

V. C. J. L. BIELKE scripsit *Programma de Theologo non Sectario.*

V. C. JOA. CAR. CONR. OELRICHS Orationem habuit *de origine necessitate & commodis Consultus Academici temporalis & ambulatorii, speciatim Palæo-Stettini* 1764.

— — Historisch-Diplomatische Beyträge zur geschichte der gelahrtheit / besonders im Herzogthum Pommern / Berlin 1767. 4.

## S T R A L S U N D Æ.

Editæ sunt *Christliche Briefe über die Theorie der Opfer* 1768. 8. Qui se scribit A. C. v. A. ejus nomen dicitur *Aken*, Præpositus in Insula Rugia.

## S T U T T G A R D I Æ.

Prodierunt

DN. JOANNES NAST *Historisch-Critische Nachrichten von den sechs ersten deutschen Bibel-Ausgaben / die zu Maynz / Strasburg und Augspurg vom jahre 1462. bis zum jahre 1477. sind gedruckt worden. Aus der Herzoglich Württembergischen Consistorial-Bibliothek zu Stuttgart und aus schriftlichen Beyträgen / nebst einer Critischen Anzeige aller übrigen vor Luther / theils wirklichen / theils vermeintlichen Bibel-Ausgaben.* 1767. 8.

DN. JO. FRID. LE BRET, Prof. und Consistorial Bibliothecarius zu Stuttgart / *Magazin zum gebrauch der Staaten und Kirchengeschichte / vornemlich des Staats-Rechts Catholischer Regenten in ansehung ihrer*

threr Geſtlichkeit / 2 Bände / Ulm 1771. 72. 8. Quam maxime laudatur, multa enim nova in his terris haectenus incognita monumenta historiae Polit. & Eccles. tradit, inter quae etiam adparent litterae P. Sarprii, Servitae.

Abhandlung von dem Hof-Gottesdienst eines Landes-  
herrs / so einer anderen Religion ist / als sein Land /  
1765. 4.

Grundsätze von dem öffentlichen / Privat- und Haus-  
Gottesdienst / nebst einiger Erläuterung derselbigen /  
aus öffentlichen Staatshandlungen 1765. 4.

Hn. JOA. GEO. ESSICHS Kurze Einleitung zu der all-  
gemeinen und besonderen Welthistorie / aufs neue  
übergesehen und bis auf gegenwärtige Zeit fortgesetzt /  
achte Ausgabe 1764. 8.

— M. JOA. CHRIST. VOLZ, Prof. der Historie /  
Grundris der Erdbeschreibung / als ein Anhang zu  
ESSICHS Einleitung in die Welthistorie 1765. 8.  
Laudatur

JULIUS CAESARS und anderer Schriftsteller Historische  
Nachrichten vom Gallischen / Bürgerlichen / Alexan-  
drinischen / Africanischen und Spanischen Kriege /  
ins Deutsche übergesezt von Hn. M. JOA. FRANS  
WAGNER, Rektor und Prof. zu Dsnabruk 1765. 8.

Hn. HENR. WILH. CLEMM, Prof. der Mathem. /  
Mathematisches Lehrbuch / oder vollständiger Auszug  
aller so wol zur reinen als angewandten Mathematik  
gehörende Wissenschaften / nebst einem Anhange /  
darinn die Naturgeschichte and Experimental physik  
in einem kurzen Plane vorgetragen wird 1764. 8.

Hn. JOSEPH FRID. SCHELLINGS Abhandlung von  
dem gebrauche der Arabischen Sprache zu einer  
gründlichen Einsicht in die Hebräische 1771. 8.

Hn. Stats-Raths VON MOSER Neueste kleine Staats-  
schriften 1768. 8.

*Discours sur la richesse & les Avantages du Duché de Wurtemberg, prononcé le 11. Fev. 1770. par Mr. URIOT, Prof. d'Histoire, Bibliothécaire & Lecteur de S. A. S. 1770. 4.*

*Wochenschrift zum besten der Erziehung der Jugend 1771. 8. Scriptum Periodicum, quo principia Milleriana de Educatione liberorum explicantur.*

*Die Haushaltungskunst im Kriege und in der Theuerung/ nebst den dazu gehörigen Polizei - Anstalten / und einer Anzeige der vornehmsten Pflanzen und Gewächsen / die statt des Brodtes dienen können 1771. 8.*

## AUGUSTÆ SUESSIONUM.

*In le Grand & Confucius par Mr. CLERC 1769. 4. Ethicam sistit Sinicam, varia quoque hic de Sinensibus multaque alia reperies.*

## S Y L V Æ D U C I S.

*Obiit d. 27. Martii 1771. V. C. CORNELIUS DE WITT, V. D. M. & LL. OO. Professor.*

*Edidit Het geestelyk Psalm - gezang, onderzocht, verklaard en te gelyk aangebonden tot den plicht om Gode te zingen &c. Amst. 1767.*

*— — Dissertationum Triadem alteram, quæ Proverbiorum Divinitas ceteraque eorum attributa asseruntur, mulierque strenua vivis pingitur coloribus, qui ipsam in propiorem ducunt cognitionem, Amst. 1770. In præfatione se contra celeb. ERNESTIUM, qui priorem Dissert. Triadem ad librum Proverbiorum ad sanioris Critices leges examinaverat, defendere conatur, eique vitio vertit, quod judicium suum*

suum de lite Doctissimum *Zachariae* inter & me, jam sopita, mutaverit, & eum inconstantiae adcusat, quasi vero vitium foret, si meliora edocti mutamus sententiam. Tandem modo plane extraordinario *se recipit* (sunt ipsissima ejus verba) *a judice male informato ad Judicem melius informatum, qui intime novit, ex quo fonte, & in quem finem nobis tradiderit Salomonis Proverbia.* Valeant jam omnes de re quacunque Theologica, quin in omni scientia Virorum Doctorum disceptationes, satis si sit ad Deum omniscium provocare! Ne dicam plane inutilem esse ejusmodi provocationem, quia alter, quem obpugnamus, eodem jure & nos pro male informatis habere, atque ad Deum, Veritatis omnis fontem, provocare potest; Deus dici nequit litem conpositurus, nisi statuas per Inspirationem hypotheses, quas adoptavimus, nobis fuisse infusas. Talem Antagonistam aut Judicem merito deprecamur.

In ipso vero libello, rejectis aliorum sententiis, adserit, ex principiis quibusdam positae luce meridiana clarius patere per *mulierem strenuam* Prov. XXXI. emblematicè delineari Doctores & Antecessores Ecclesiae & quidem tempore Reformationis. Sed ohe! jam satis est!

Constituti sunt a. 1770. Professores V. Cll. JOANNES CAROLUS PALIER, V. D. M. & *Membrum Societatis Scient. Harlemensis*, & CAROLUS JOANNES GALLÉ, A. L. M. *Philos. Doctor & V. D. M. in Ecclesia Valonica*, Prior *Theologia*, alter *Philosophia*.



## T O R G A V I Æ.

Prodiit Hn. M. JOA. THEOD. LINGKE, Archidiacon/ Hn. D. M. LUTHERS Geschäfte und Andenken in Torgau/ zur Erläuterung seiner Lebensgeschichte/ nebst X ungedruckten Briefen von ihm aus ihren Urkunden 1765. 4.

## TRAJECTI AD MOSAM.

V. C. WILHELMUS ALBERTUS BACHIENE, V. D. M. declaratus fuit a Magistratu a. 1764. *Astronomia & Geographia Professor. Orationem Inaugur. habuit de Artissimo Astronomia & Geographia connubio* 1764. 4. Viri hujus Doctissimi

— — *Heilige Geographie, of Aardrykskundige beschryvinge van Palæstina, Vol. VI. Utr. 1765. sq. 8. omnino laudem meretur, & in Germanicam quoque a Doctissimo GOTTFR. ARNOLD, MAAS, Correctore Clivenfi, cum notis ex BUSCHINGIO & MICHAELIS desumptis translati sunt linguam, uti libri cel. BUSCHINGII Geographici in Belgicam. Edidit etiam*

— — *Kerkelyke Geographie der Vereenigde Nederlanden, of Beschryving van den staat der Synoden, Classen en Gemeenten der hervormde Kerke in ons Vaderland, met veele byzonderheden uit echte stukken versameld, en benevens de daar toe behoorende Landkaarten in het licht gebragt, Vol. III. 1768 — 70. 8.*

V. C. JOA. VAN DYK, V. D. M. a. 1765. constitutus Theol. Professor. Provinciam sibi de-

mandatam auspicatus est Orat. Inaug. *de causis præcipuis, propter quas Judæi post Captivitatem Babyloniam ita abhorreant ab Idololatria, cui olim tam addicti fuerunt.* A. 1771. rude donato van Dykio, ipsi successit cl. JOANNES PANNEBOETER, V. D. M. qui d. 31. Martii 1772. Orat. Inaug. dixit *de præcipuis, maxime externis, causis exigui fructus, sub publico Evangelii Ministerio.*

## TRAJECTI AD RHENUM.

Luget adhuc Academia obitum Viri Magni, PETRI WESSELINGII, *Prof. Juris Natur. & Publ. ut & Histor. Eloquentiæ & Linguae Græcæ,* quo, licet septuagenario major, d. 9. Nov. 1764. decesserit, magnam tamen jacturam passa fuit. Ejus in locum felici omine constituti sunt Professores.

V. C. MEINARDUS TYDEMANNUS, J. U. D., vocatus *Juris Nat. Gentium & Publ. Rom. German. Prof. Ord.* Inchoavit hanc Professionem d. 22. Sept. 1766. dicta Oratione Inaug. *de Jurisprudentiæ naturalis finibus regundis,* typis excusa.

Rektoratum deinde exiit Academicum, Oratione dicta *dē Luxu, civibus & civitati noxiō* 1771.

Sub ejus præsidio scripsit Auctor JOANNES KNEPPELHOUT, *Roterod. Batavus,* Dissert. Juridico-Moralem *de Violenta defensione alterius* 1769. ut &

MICHAEL PAXI DE SZATHMAR, *Patakino Hungarus,* Dissertat. *Anti-Russavianam, de habitu Religionis Christianæ ad vitam civilem a.* 1770. V. C

**V. C. CAROLUS SEGAAR, V. D. M.,** designatus *Linguae Graecae Professor*, qui Professionem ipsi demandatam d. 25. Sept. 1766. auspicatus est, dicta *Oratione, de egregiis fructibus, qui ex assidua Auctorum Graecorum lectione ad Oraculorum Divinorum interpretem redundant.* Edidit V. C.

*Epistolam Criticam ad Virum cel. LUD. CASP. VALCKENAARIUM, complectentem collationem MS. Etymologici Trajectini cum Ammonio & cum Etymologico M. quod ad excerpta, quae habet ex Dictionario Ecclesiastico 1766. 8. ut &*

*Observationes Philologicas & Theologicas in Evangelii Lucae capita XI. priora 1766. 8. Reliquas in Lucae Evangelium ne diutius premat, V. C. enixe rogamus.*

Ad professionem *Historiarum, Antiquitatum & Linguae Graecae* eodem quoque tempore admotus fuit **RYKLOF MICHAEL VAN GOENS, Trajectinus,** Vir juvenis eruditissimus, M. Weselingii discipulus, qui Professionis initia fecit d. 29. Sept. 1766. dicta *Oratione Inaugurali, de Incrementis, quae humaniores Litterae, historiarum in primis & linguae Graecae studium seculo hoc decimo octavo ceperunt.* Specimina eruditionis haud proletariae jam ediderat V. C.: nimirum edidit a. 1764.

Sub praesidio **C. WESSELINGII** *Observationes Miscellaneas, Philologici potissimum argumenti,* ubi c. 1. agit *de adventu S. Petri Romam contra A. Bowerum,* c. 2. exhibet *Observat. Criticas in Artemidorum c. 3. explicationem Statuae antiquae ad Syllogem Diss. Acad. Cortonensis c. 4. Observat. Archaeologicas, de Carmini-*

*bus Græcorum convivalibus, quæ σχολια dicuntur* c. 5. *Observ. ad vetustissimum Callistrati Carmen in laudem Harmodii & Aristogitonis τυραννικῶν*, c. 6. *Conjecturas Criticas ad historię Poeticę scriptores.* c. 7. *Inscriptionem antiquam ex ipso marmore emendatam, quod servat, Smyrna advectum, Ampl. H. H. van den Heuvel, Magistratui Traject. a Secretis & a cl. Pocockio jam editam.*

Edidit præterea Περὶ τοῦ ἀντὶ τῆς Ὀδυσσεύς τῶν Νυμφῶν ἀντὶς, PORPHYRIUM de *Antro Nympharum*, Græce, cum versione Latina L. Holstenii, & Græca ad fidem editionum restituit, versionem C. Gesneri & animadversiones suas adjecit, & præmisit *Dissertationem Homericam ad Porphyrium* 1765. 4. conf. *Biblioth. d. Sc. & des Arts* T. XXVI. p. 342. Et honoribus titulisque, *Consilarii S. Casareo-Regii* ornatus d. 15. Junii 1768. *Dissertationem de Simonide Coo, Poëta & Philosopho*, resp. *Petro Gera. Duker.*

V. C. ALBERTUS VOGET, *Brema Saxo, S. Th. D. ejusdemque facultatis Professor Senior*, cui etiam a. 1768. *Professio Historię Ecclesiasticę* commissa erat, diem obiit supremum d. 23. Aprilis a. 1771. senio confectus, & sui desiderium reliquit. Cum infirmitatibus senii laboraret, ipso adhuc vivente, substitutus est fausto omine, ut *Theologiam* doceret.

V. C. JACOBUS ALBERTUS VOS, *V. D. M. Bommeliensis*, qui *Ordin. Theol. Professionem* auspicatus est a. 1769. d. 4. Dec. *Oratione Inaug. de Prophetis, divinæ quondam mentis interpretibus, admodum suspiciendis.* Et *Deces-*  
foris

foris sui; Viri Celeb. & plurimum Venerandi ALBERTI VOGETI memoriam celebravit a. 1771. d. 10. Junii *Oratione Funebri*, Binæ orationes typis excusæ sunt.

Commendaverat etiam præfatione V. C. JOANNIS LELANDI; librum de scriptis Deïstarum, qui h. titulo prodiit: *Beschouwing van de voornaamste schriften der Deïsten, die in deeze en de voorgaande eeuw in Engeland zyn uitgekomen, door den Heere JOHN LELAND, vertaald door Engelbert Noteboom, met een Voorrede van den Heere J. A. VOS* 1765. 8.

V. C. FRANC. BURMANNUS, S. Th. D. & Prof. O. Rectoratum Acad. deposuerat jam prima vice *Oratione ligata de Vita Christi*, & altera vice a. d. 18. Sept. 1769. eadem se abdicavit *Oratione itidem ligata, de morte Christi, ejusque sequelis* 1769.

V. V. GYSBERTUS BONNET, cum Magistratu Academico se abdicaret a. 1765. d. 28. Martii publice dixit: *de vera justaque Jesu Christi cognitione, summa mortalium sapientia.*

Peroravit quoque a. 1766. d. 10. Aprilis *de Tolerantia circa Religionem, in vitium & noxam vertente*, cum jussu Ampl. Academiæ Curatorum fasces Academicos, quos Vir cl. J. Horthemels, valetudine impeditus, constituto tempore non potuit deponere, Successori ejus traderet. Tres hæ Dissertationes typis excusæ prostant.

*Orationis postremæ de Tolerantia circa Religionem &c.* Apologiam edidit hoc titulo: *Verhandeling van eenige Byzonderheden betreffende de Kerkelyke Verdraagzaamheid, den Wel-Edelen Heere H. Goodricke briefsgewyze voorgedra-*

gedragen door G. Bonnet, Doctor en Professor der H. Godgeleerdheid 1770. 8. Num Goodrickium, V. C. in suas partes traxerit Vir S. Rev., vel in quibus consentiant vel discrepent ambo, palam fiet, quando Goodricki Responsum, quod prela exercet, prodibit.

Sub ejus præsidio defendit GOSWINUS 'T HOOFT, Gorinch. Batavus, Auctor, Specimen Academicum in Canticum Hannæ I Sam. II: 1 — 10. 1763. ut &

Sub ejus præsidio edita est Disquisitio de Conceptu coelorum 1765. Et

d. 2. April defendit ANE DRYFHOUD, A. L. M. & Phil. D. Auctor, Theses quasdam Theologicas de Prædestinatione & Creatione 1768. d. 2. Aprilis. Et

JACOBUS DERMOUT, Specimen Historico Theologicum, de statu populi Israelitici in Ægypto d. 11. Junii 1768. ut &

DAN. ALB. REGULETH, Vocatus V. D. M. Ameronganus, Diss. Phil. Theol. de Parabolis Evangelicis 1770.

Commendavit præfatione librum Lelandi de Utilitate & Necessitate Revelationis hac inscriptione: De Nuttigheid en Noodzakelykheid van de Christelyke Openbaringe, aangetoond uit den staat van den Godsdienst in de Oude heidensche Wereld, door John Leland, uit het Engelsch, met een Voorrede van G. Bonnet, Doctor en Prof. der H. Godgeleerdheid, eërste Deel 1770. 8.

V. C. SEBALDO RAVIO, LL. OO. & Antiquitatum Hebr. Prof. & Bibliothecario, Professio quoque Theol. Typicæ & Exegeticæ deman- data est ab Ampl. Curatoribus a. 1770.

Quum

Quum Magistratu Academico secundum abiret d. 11. Aprilis 1770. Orationem publice recitavit de *Judicio in Philologia Orientali regundo* 1770. Legant hanc & ad eandem studia sua componant Litterarum Orientalium & Exegeseos S. studio qui se manciparunt! dici non potest quot ex ea fructus reportabunt. Adcurator exsurget Exegesis, & exulabit, quod summi Schultensii discipulis toties & interdum injuste obicitur, nimium studii Etymologici studium.

Tribus jam indicatis Dissertationibus ad *Car. Franc. Houbigantii Prolegomena in S. S.* addidit V. C. *Exercit. Philologicam Quartam*, resp. JANO HÉNDRIX RYNINK, *Purmerenda Batavo* a. 1765. & *Quintam*, resp. CHRISTIANO DE GROOT, STIFFRY, *Haga Batavo*, a. 1767. Perrecturus autem est Vir Eruditissimus in hoc utilissimo Opere, & quas jam annunciavimus ad Houbigantium refutandum Dissertationes cum aliis jam editis denuo conjunctim typis exeudi curabit, quod consilium Reip. Litterariæ non potest non gratissimum esse. Sub ejus præsidio ediderunt & defenderunt Dissertationes doctissimas antiquarias. Viri Doctissimi

ISBRÁNDUS VAN HAMELSVELD, *Trajectinus*, Auctor, de *Ædibus Veterum Hebræorum* d. 13. Junii 1764.

JOANNES KNEPPELHOUT, *Roterdamo Bat.* Auctor, duas Dissertationes de re cibaria Veterum, quarum primam speciatim de pane, ejusque præparatione habuit d. 1. Junii 1768. alteram vero speciatim de animalibus apud Hebræos licitis, eorumque in cibum præparatione nec non de

*de cibis lacteis* d. 10. Maji 1769. Legi merentur

V. C. JOANNES HENRICUS VOORDA, U. J. D. quum ordinariam Juris Civilis professionem auspicaretur, *Orationem Inaugur.* d. 12. Nov. a. 1767. publice dixit *de Juris Civilis Scientia & interpretatione pulcherrima, sed difficili* 1768.

V. C. JOANNES DAVID HAHN, M. D. & Prof. ad Inaugurationem *Novi Theatri Physici* d. 8. Junii 1768. *Orationem* dixit *de Mathesi & Chemia, earumque mutuo auxilio.*

Sub ejus præsidio d. 29. Jan. 1768. LUDOV. CAROLUS DE LELYVELD, defendit *Dissert. Physicam de Salibus Lixivis Plantarum.*

Honores & privilegia Doctoratus Theolbg. adepti sunt Viri Doctissimi: GABRIËL FULEP DE OR, *Hungarus*, edita *Dissert. Inaug. qua inquit in nexum Vaticiniorum, Messiam ejusque regnum & bona temporalia una serie sistentium* 1765.

HADRIANUS VAN TOLL, A. A. F. Th. N. d. 17. Aprilis 1766. Specimine Inaug. Theolog. continente *Explicationem quorundam difficultium questionum, quæ in decem prioribus primi Capituli libri Genejeos versibus inveniuntur.*

ANE DRYFHOUD, A. L. M. & Philos. D. præmissa *Diss. Inaug. de Vera Satisfactionis notione & necessitate, ex Justitia Vindicativa Deo naturali deducta* 1768.

CAROLUS BOERS, *Voorsthotanus, Vocatus V. D. M. in Rosendaal, Gelriæ Coetum*, edita *Dissert. Inaug. quæ Specimen exhibet Observationum ad nuperam N. T. versionem Britannicam, ab E. HARWOOD conscriptam* 1768. Eruditi Goettingenses carpunt in hac *Dissert.* quod *Bibl. Haganae Cl. IV. F. III.* S s Do.



Doctissimus Auctor *Harwoodii* à systemate Reformatorum deviationem considerat ut *malitosam* contorsionem locorum S. S.

JOANNES HENRICUS LIVINGSTON, *A. L. M. & V. D. M. Neo-Eboracensis*, edito Specimine Inaug. quod exhibet *Observationes de Foederis Sinaïtici natura* 1770.

Honores & Privilegia Doctoratus Juridici obtinuerunt Viri Doctissimi:

PAULUS VAN LELYVELD, *Lugduno Batavus*, præmissa *Diss. Inaug. de Eventu* 1762.

JOANNES FRANCO BEIJEN, *Isalostadio Batavus*, *Diss. Inaug. de Restitutione gratiæ* 1763.

JOANNES BERND BICKER, *Amstelæd. Batav.* *Diss. Inaug. de Igne* 1766. qui & *Diss. Inaug. de Igne A. L. M. & Phil. D.* creatus est a. 1765.

ALBERTUS GRÖNING, *Bremensis*, *Diss. Inaug. de Judice Delegato, ejusque justa notione & differentia ab aliis iudicibus, præsertim mandataris Jurisdictionis* 1766

BERNARDUS PETRUS VAN LELYVELD, *Lugd. Bat.* *Diss. Inaug. de Jure Albinagii (vulgo Droit d'Aubaine)* 1767.

JOA. PETRUS FARRET, *Diss. Inaug. de Intercessione Apostoli Pauli pro Onesimo* 1768

ALBERTUS GEORGIUS ELSNERUS, *Diss. Inaug. de Adoptionibus* 1768.

NICOLAUS PESTERS, *Diss. Inaug. de Jure maritimo Foederati Belgii* 1770.

PETRUS JOANNES A LELYVELD, *Lugd. Batavus.* *Diss. Inaug. de Originæ Monetæ, aliisque huius spectantibus* 1770.

EVERARDUS GIBBERTUS VAN BEAUMONT, *Hag. Batavus*, *Diss. Inaug. de eo quod justum est circa pacta, tam publica quam privata* 1771.

JOANNES HENRICUS MOLLERUS, *Haga Batavus*,  
Diff. Inaug. de *Speculatoribus* 1771.

PETRUS LEONARDUS VAN DE KASTELE, *Haga  
Bat.* Diff. Inaug., exhibente *Miscellanea Ju-  
ridica* 1771.

LUBERTUS VAN BEUSECHEM, *Indo Batavus*, Diff.  
Inaug. de *Judicis in infligendis poenis officio*  
1772.

GUIL. NICOL. PESTERS, *Haganus*, Diff. Inaug.  
de *rebus Incorporalibus* 1772.

NICOLAUS STEENGRACHT DE OOSTERLAND, *Me-  
dioburgo Zelandus*, Diff. Inaug., qua exhiben-  
tur *Theses Juridicæ* 1772.

JOANNES CAROLUS GODIN, *Trajectinus*, Diff.  
Inaug. de *indole summi Imperii & Juris Civi-  
lis positivi adfectionibus* 1772.

JOANNES CHRISTOPH. WILH. RHAM, *Brunsvigus*,  
Diff. Inaug. de *finibus Juris Civilis regundis*  
1772.

O. G. JOA. BERG, Diff. Inaug. de *foro militum  
privilegiato, præcipue in delicto communi* 1772.

A. J. a WESTRENEN, *Theses Juris Inaug.* 1772.

HERBERTUS HENR. VAN DAM, *Specimen Jurid.  
Inaug.* 1772.

Doctoratus laurea in Medicina ornati fuerunt  
Viri Doctissimi

GODEFREDUS WILHELMUS SCHILLING, *Prignitio  
Brandenb. præmissa Dissert. Inaug. de lepra*  
a. 1769.

HENRICUS AMELIUS BACHIENE, *Trans-Isalanus*,  
Diff. Inaug. de *Secretione lactis in mammis mu-  
liebribus* a. 1767.

JACOBUS KAAS, *Dissert. Inaug.*, quæ sistit *Ob-  
servationes quasdam de Borace, in primis de Sale  
Narcotico* a. 1770.

PHILIPPUS ZWEERTS, *Diff. Inaug. de Circulatione sanguinis in corpore humano* a. 1771.

ABR. CORONEL, *Diff. Inaug. de febrium utilitate* 1772.

DAVID LEVI, *Diff. Inaug. de Angina* 1772.

JOA. JACOBUS VERHEL, *Diff. Inaug. de Saliva* 1772.

A. L. Magistri & Philosophiæ Doctores creati sunt Viri Doctissimi

NICOLAUS KALKOEN, *Amstelæd. Diff. Inaug. quæ Observationes quasdam hydraulicas exhibet* a. 1772.

ABRAHAMUS BARNAART, *Hartemensis*, *Diff. Inaug. Physico-Mathematica de legibus quibusdam caloris* a. 1772.

Prodierunt

V. C. GISBERTI MATTH. ELSNERI, *Th. D. & Prof.* *Comment. in Epist. Pauli ad Romanos Belgica lingua conscripti, cujus primum Volumen jam adnunciavimus; absolutum hoc opus est a. 1772. & constat 4 Vol. 4. Prolixitas erudito huic labori haud prodest, & evitari commode potuisset.*

*Dissertation sur les Miracles, contenant l'Examen des Principes posés par Mr. DAVID HUME, Ecuyer, dans son Essai sur les Miracles, composée en Anglois par Mr. GE. CAMPBELL, D. es Theologie, Principal du College, Marechal & Pasteur a Aberdeen, traduite par Mr. JEAN DE CASTILLON, Dr. en Philos. & Droit, Prof. en Philos. Mathemat. & Astronomie, Membre &c. 1764. 12. Multam laudem meretur rec. in Bibl. des Sc. & des Arts T. XXI.*

V. C. ANE DRYFHOUD, *Herenvena.-Frisii*, *Th. & Philos. D. & A. L. M., Specimen Philos.*

*Philos. Theol. de Providentia Dei speciali*  
1768. 8.

V. C. MOSIS AMYRALDI *Paraphrasis in Psalmos Davidis una cum Adnotationibus & Argumentis. Editio altera, nitidior, auctior & emendatior, quam nova Praefatione optimo consilio edi curavit Vir pl. Rev. & doctissimus JACOBUS CREMERUS, V. D. M. Lerodamensis* 1769. 4. Et hoc consilium laudavit cel. Ernesti, hancque editionem recensuit in *Meis. Theolog. Biblioth. T. X.*

V. C. DANIELIS THEODORI HUETII, V. D. M. *Lamentationum Jeremie Paraphrasis Poëtica* 1770. 8. Elegancia se commendat.

*Oude en Rechtsinnige Leere aangaande den eigen aart van de Kerke Gods en derzelve uitwendige Voorregten, betoogd uit het woord van God en uit de Formulieren van Eenigheid, door den Heere JOA. HENR. BACHIENE, Predikant te Utrecht* 1769. 8.

*De Leere van de Sacramenten naar den aart van de Goddelyke Verbonden verklaard door den Heere JOA. HENR. BACHIENE, Predikant te Utrecht* 1771. 8.

*De wederleggende Godgeleerdheid naar de Voorleezingen van wylen den Heere JOA. LAUR. VAN MOSHEIM, Kancelier enz., uitgegeeven en met Aanmerkingen voorzien van den Heere C. E. VAN WINDHEIM, uit het Hoogd. vertaald, eerste deel* 1771. 8.

*Verhandeling over Luk. II. 15. a. of het gevoelen van de Hoog-Eerw. en doorgeleerde Heeren Barkey en Hofstede, dat onder de Hemelschâren, welke over des Grooten Zaligmakers heilryke Geboorte vrolyk juichten, ook volmaakte*

